BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
34 A
14

MA

IN

In quibus {

Et modus pr
tinetur, præ
uini uerbi c

Auctore F
Ordinis P

Hac poſtrem
tum. D. Iacc
dio illuſtra

His adiecimus

VENETI

MALLEVS

MALEFICARVM,

IN TRES DIVISVS PARTES,

In quibus {
Concurrentia ad maleficia,
Maleficiorum effectus,
Remedia aduerſus maleficia,

Et modus procedendi, ac puniendi maleficos abundè continetur, præcipuè autem omnibus Inquiſitoribus, & diuini uerbi concionatoribus utilis, ac neceſſarius.

Auctore R. P. F. IACOBO SPRENGER Ordinis Prædicatorum, olim Inquiſitore clariſs.

Hac poſtrema editione per F. Raffaelem Maſſeum Venetum. D. Iacobi a Iudeca inſtituti Seruorum, ſummo ſtudio illuſtratus, & à multis erroribus uindicatus.

His adiecimus indices rerum memorabilium, & quæſtionum.

Conventus Sanctae Mariae Transpontinae



VENETIIS. Apud Io. Antonium Bertanum. 1576.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

AMPLISSIMO
SCIPIONI
REBIBAE, TITVLI
S. ANGELI,
PRAESBITERO CARDINALI
DE PISA NVNCVPATO,

OMNIVM HAERETICORVM

Cenſori optimo.

Joan. Antonius Bertanus. S. D.

NVLLVM arbitror hominem uerè pium, reperiri, (AMPLISSIME CARDINALIS) qui uarijs ingenijs hominum conſideratis, quibus bonarum artium ſtudia, hodiernis temporibus, & uigent, & deficiunt, non uariè afficiantur. Lætari ſummoperè debet, quòd hæc noſtra ætas iugiter intenta eſt libris, nullam quietem in eorum ſtudijs intermittit, quotidie na-

ſcuntur ingenia, quæ in communem omnium vtilitatem aliqua produnt. Nam cum ſcientia propemodum infinita ſit, copiam quoque librorum penè infinitam fateri neceſſe eſt; Non enim aliquid tam bonum in rerum natura exiſtit, quòd non melius inueniri poſſit, cum neque apud Græcos neminem extitiſſe (Auctore Plinio) ſcimus, qui vnus omnia tractauerit. Id igitur cum ita ſit, pergratum quidem omnibus eſſe debet, in hæc tempora incidiſſe, cum videmus hunc afferre doctrinam, Hunc ingenium, Alium diligentiam, Hunc interpretari libros, illum verò multa ex librorum varietate in unum colligere, quæ diuerſis hominum generibus profutura exiſtimantur, Animo angi etiam meritò poteſt, aliquos intueri, certatim ſtudentes nenias ſuas, Calcographis publicandas tradere, vel aliorum nugas aliàs impreſ-

ſas, typis iterare, monumenta uerò clariſſimorum uirorum, qui ſummis laboribus, ac uigilijs, priſcis temporibus profuerunt, obruta tenebris iacere ſinunt, neſcientes quàm per arduum ſit, nouis auctoritatem dare, obſcuris lucem & faſtiditis gratiam. Tot enim tamque uaria in omni ſcientiarum facultate ſcripta, commentata, expoſita, emiſſaque ſunt, (hac noſtra tempeſtate,) ut ipſa quidem potius luci obſcuritatem, quàm lumen afferant. Laudatione igitur digni uidentur, qui uetuſtis nouitatem, abolitis nitorem, dubijs fidem dare conantur: (habet certè antiquitas auctoritatem quandam, ac eam dignitatem præſefert, quàm nullus unquàm niſi impudenter contemnit.) Hos itaque pro uiribus imitatus, ſcripta olim emiſſa, temporum autem iniuria, aut inopinato fortunæ euentu exciſa, meis typis

excitare, & quaſi a morte ad uitam reuocare conor. Inter quæ cum MALLEVM MALEFICARVM iterum imprimere curarem, egi cum R. P. ac erudito Theologo D. Jacobi a Judaica F. Raffaelo Maffeo Veneto Ordinis ſeruorum (ut ſua qua poßet diligentia) eum recognoſceret, tabulis, & indicibus Illuſtraret, res malè affectas ſanitati reſtitueret, Auctorem quoque libri inueniret, atque palam faceret. Annuit ipſe, (pro eius ſumma humanitate) meis precibus, & in hac re, diligentiam curamq́ue maximam adhibuit, ut mihi morem gereret, & ſtudioſis omnibus ſatisfaceret. JACOBVM SPRENGER Theutonicum Prædicatorij inſtituti Mallei auctorem apud Joannem Tritthemium inuenit, corrupta innumera, & deprauata correxit. Titulos Quæſtionibus ueluti ſum-

marium

marium appoſuit, Indicem rerum notabilium locupletiſſimum legentibus maximo uſui, ac magnæ oblectationi futurum confidens, ædidit, & alia multò plura, quæ inter legendum, uel cum alijs libris antea (ſi contuleris) impreſſis, feciſ ſe inuenies. Cum autem quærerem ſub cuius Mæcenate, ac Patrono exiret, atque in vulgus emanaret, nihil enim in publicum exit, quod alicui præſtantiſſimo uiro non commendetur, tu quidem præter cæteros) ILLVSTRISSIMAE PRINCEPS) occurriſti, qui non ſolum amplitudine dignitatis, vſu rerum, quas equo iure Sedis SANCTISSIMAE INQVISITIONIS Uniuerſalis, ſibi vendicat, præfulges; verum etiam omnibus animi dotibus, Religione, probitate, continentia, prudentia, eruditione, Doctrina, ac (quod eſt præſtantis ſingula-

gularisque tuæ naturę proprium) in optimarum diſciplinarum Cultores, ſumma liberalitate beneuolentiaque adeò præſtas, ut pauciſſimi reperiantur, qui comparari tecum poſsint. Quo fit, ut non modò ipſe, te meum Protectorem, DVCEM & PRINCIPEM obſeruem, ac mirificè uenerer, & meis caracteribus, MALLEVS MALEFICARVM aduerſus calumniatores ac Detractores ualidum defenſorem ſibi comparet, Spiritumque ex te (non minus quàm primas Promethei ex luto confectas imagines ex Phœbeis radijs habiturus,) ſed uniuerſi Fidei Catholicę Zelatores (Præcipuè autem Raffael Maffeus Mallei cenſor) propter animi tui celſitudinem, ita admirentur, atque ſuſpiciant, ut te tutorem quaſi Numen aliquod è cœlo demiſſum ſibi arbitrentur. Quo circa te oro

(RE-

(REVERENDISSIME CARDINALIS) atque obteſtor, ut librum hunc alacri fronte ſuſcipere & animum meum ad te obſeruandum, & colendum ſatis iam perſpectum, & cognitum, habere digneris. Sic enim ſummum deſiderij mei fructum feram, & maiora in poſterum tibi polliceor. Vale, diuque felix viues.

APOLOGIA AVTHORIS IN MALLEVM MALEFICARVM.

CVM inter ruentis ſeculi calamitates quas proh dolor non tam legimus , quàm paſſim experimur, uetus oriens damno ſuæ ruinæ irrefragabili diſſolutus , eccleſiam quam nouus oriēs homo CHRISTVS IESVS aſperſione ſui ſanguinis fœcundauit,licet ab initio uarijs hæreſum contagionibus inficere non ceſſat illo tamen præcipuè in tēpore his conatur, quādo mundi ueſpere ad occaſum declinante, & malitia hominum excreſcēte,nouit in ira magna,ut Ioā. in Apoc.teſtatur , ſe modicum tempus habere. Quare & inſolitam quandam hæreticam prauitatem in agro dominico ſuccreſcere fecit,hæreſim inquam maleficarum,a principaliori in quo uigere noſcitur ſexu denotando . Quæ dum innumeris machinatur inſultibus, hoc tamen in ſingulis quod cogitatu terribile , DEO nimium abhominale, & omnibus CHRISTI fidelibus odibile cernitur, operibus expletur . Ex pacto enim cum inferno; & fœdere cum morte fœtidisſimæ ſeruituti, pro earum prauis explendis ſpurcitijs ſe ſubijciunt. Præterea ea quæ in quotidianis erumnis , hominibus, iumentis, & terræ frugibus, ab eis DEO permittente & uirtute

uirtute dæmonum concurrente inferuntur. Inter quæ mala nos inquiſitores IACOBVS SPRENGER unà cum charisſimo ab apoſtolica ſede in exterminium tam peſtiferæ hæreſis, ſocio deputato: licet inter diuinorum eloquiorum profeſſores ſub prædictorum ordine militantium minimi. Pio tamen ac lugubri affectu penſantes quid remedij, quidve ſolaminis mortalibus ipſos pro ſalutari antidoto foret adminiſtrandum, huic operis præ cunctis alijs remedijs pios ſubmittere humeros dignum iudicauimus, confiſi de melliflua largitate illius, qui dat omnibus affluenter, & qui calculo ſumpto de altari forpice, tangit & mundat labia imperfectorum, in finem optatum cuncta perducere. Verum cum in operibus hominum nil fiat adeò utile & licitum, cui non posſit aliqua pernicies irrogari. Ingeniola etiam noſtra ad acumen non perueniunt ueritatis, niſi lima alterius prauitatis plurimum fuerint abraſa. Ideo qui de nouitate operis nos redarguendo æſtimat ad certamen illius confidenter accedimus. Sciat tamen hoc ipſum opus nouum eſſe ſimul & antiquum, breue pariter & prolixum, antiquum certe materia & authoritate; nouum uero partium compilatione, earûque aggregatione, breue propter plurimorum authorum in breuem perſtrictionem, longum nihilominus propter immenſam materiæ multitudinem, & maleficarum imperſcrutabilē malitiam.

malitiam. Nec hoc dicimus, cæterorum authorum ſcriptis præſumptuoſe derogãdo, noſtrumque opus iactanter & inaniter extollendo, cum ex noſtro ingenio pauca & quaſi nulla ſint addita. Vnde non noſtrum opus, ſed illorum potius cenſetur quorum ex dictis fere ſunt ſingula contexta. Qua ſimul ex cauſa nec poemata condere nec ſublimes theorias cepimus extendere, ſed ex ceptorum more procedendo ad honorem ſummæ trinitatis, & indiuiduæ unitatis ſuper tres partes principales, originem, progreſſum & finem. Maleficarum malleum tractatum nuncupando, aggredimur recollectionem operis ſocio, executionem uero his quibus iudicium duriſsimum imminet eo quod in uindictam malorum, laudem uero bonorum conſtituti cernuntur à DEO, cui omnis honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

TENOR

TENOR BVLLAE APO-
STOLICAE ADVERSVS
hæreſim maleficarum.

INNOCENTIVS EPISCO-
PVS, SERVVS ſeruorum DEI.
Ad futuram rei memoriam. Summis deſiderantes affectibus prout paſtoralis ſollicitudinis cura requirit, ut fides catholica noſtris potiſsimè tēporib. ubiq; augeat & floreat, ac oīs hæretica prauitas de finib. fideliū procul pellatur, ea libenter declaramus, ac ēt de nouo cōcedimus, per quæ huiuſmodi piū deſideriū noſtrū notiuum ſortiatur effectum cunctiſq; propterea per noſtræ operationis miniſterium, quaſi per prouidi operatoris ſarculum erroribus extirpatis, eiuſdem fidei zelus & obſeruantia, in ipſorum corda fidelium fortius imprimatur. SANE nuper ad noſtrum non ſine ingenti moleſtia peruenit auditum, quòd in nōnullis partibus Alemaniæ ſuperioris, nec non in Maguntinen. Colonien. Treuerēn. Saltzburgen. & Bremen. prouinciis, ciuitatibus, terris, locis, & diocœſibus complures utriuſque ſexus perſonæ proprię ſalutis immemores, & à fide catholica deuiantes, cum dæmonib. incubis & ſuccubis abuti, ac ſuis incantationibus, carminibus, & coniurationibus, aliiſq; nephandis ſuperſtitiis, & ſortilegiis exceſsibus, criminibus & delictis, mulierum partus, animalium fœtus, terræ fruges, uinearum uuas, & arborum fructus, nec non homines, mulieres, pecora pecudes, & alia diuerſorum generum animalia, uineas quoque, pomeria, prata, paſcua, blada, frumenta, & alia terrę legumina, perire, ſuffocari, & extingui facere, & procurare, ipſoſq; homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes, & animalia diris tam intrinſecis, quàm extrinſecis doloribus & tormentis afficere, & excruciare, ac eoſdem homines ne gignere, &

mulieres ne concipere, uirosq; in uxoribus, & mulieres ne uiris actus coniugales reddere ualeant impedire. Fidē præterea ipſam quam in ſacri ſuſceptione baptiſmi ſuſceperunt, ore ſacrilego abnegare. Aliaq; quamplurima nefanda exceſſus & crimina, inſtigante humano generis inimico committere & perpetrare non uerentur in animarum ſuarum periculū, diuinæ maieſtatis offenſam, ac perniciofum exemplum, ac ſcādalum plurimorum. Quodq; licet dilecti filii HENRICI inſtitoris, in prædictis partibus Alemaniæ ſuperioris, in quibus etiam prouinciæ, ciuitates, terræ diocœſ. & alia loca huiuſmodi comprahenſa fore cenſetur, nec non IACOBVS SPRENGER per certas partes lineæ Rheni, ordinis prædicatorum & theologiæ profeſſores, hæreticæ prauitatis inquiſitores, per literas apoſtolicas deputati fuerunt, prout adhuc exiſtunt, tamen nonnulli clerici & laici illarum partium quęrētes plura ſapere quàm oporteat, pro eo quòd in literis deputationis huiuſmodi prouinciæ, ciuitates, diocœſ. terrę. & alia loca prædicta, illarumq; perſonæ ac exceſſus huiuſmodi nominatim & ſpecifice expreſſa non fuerunt, illa ſub eiſdem partibus minime cōtineri, & propterea præfatis inquiſitoribus in prouinciis, ciuitatibus, diocœ. terris & locis prædictis, huiuſmodi inquiſitionis officium exequi non licere, & ad perſonarum earundem ſuper exceſſibus & criminibus antedictis, punitionem, incarcerationem & correctionem admitti non debere, pertinaciter aſſerere non erubeſcunt. Propter quod in prouinciis, ciuitatibus, diocœ. terris & locis prædictis exceſſus, & crimina huiuſmodi non ſine animarum earundem euidentia iactura, & ęternæ ſalutis diſpendio remanent impunita. Nos igitur impedimenta quęlibet quæ per ipſorum inquiſitorū officii executio, quomodolibet retardari poſſet de medio ſubmouere, & ne labes hęreticæ prauitatis, aliorumq; exceſſum, huiuſmodi in perniciem aliorum innocentum ſua uenena diffundat, oportunis remediis prout noſtro incumbit officio, prouidere uolentes fidei zelo ad hoc maxime nos impellente, ne propterea cō

tingat

tingat,prouincias,ciuitates,diocœſes,terras & loca prędi ƈta ſub eiſdem partibus Alemaniæ ſuperioris, debito inquiſitionis officio,carcere eiſdem inquiſitoribus in illis officium inquiſitionis,huiuſmodi exequi licere,& ad perſonarum earundem,ſuper exceſſibus & criminibus prædiƈtis correƈtionem,incarcerationem, & punitionē admitti debere,perinde in omnibus,& per omnia,ac ſi in literis prędiƈtis prouinciæ,ciuitates,diocœ.terræ & loca, ac perſonæ,& exceſſus huiuſmodi nominatim , & ſpecifice expreſſa forent,authoritate apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus.Proq; potiori cautela literas & deputationem prędiƈtas ad prouincias,ciuitates,diocœ.terras & loca , nec non perſonas,& crimina huiuſmodi extēdentes, præfatis inquiſitoribus,quòd ipſi,& alter eorū , accerſito ſecum dileƈto filio, IOANNE GREMPER Clerico Cōſtātien.diocœ.magiſtro in artibus,eorum moderno, ſeu quouis alio notario publico , per ipſos,& quemlibet eorum pro tempore deputando in prouinciis , ciuitatibus,diocœſis,terris,& locis prędiƈtis,contra quaſcunque perſonas,cuiuſcunque conditionis, & præeminentię fuerint huiuſmodi inquiſitionis officium exequi,ipſaſq; perſonas quas in pręmiſsis culpabiles reperierint,iuxta earū demerita corrigere,incarcerare,punire,& mulƈtare.Nec non in ſingulis prouinciarum huiuſmodi parrochialibus eccleſiis,uerbum DEI fideli populo quotiens expediret,ac eis uiſum fuerit proponere,& prędicare , omniaq; alia & ſingula in pręmiſsis , & circa ea neceſſaria & opportuna facere,& ſimiliter exequi libere & licitè ualeāt, plenè ac liberam eadem auƈtoritate de nouo cōcedimus facultatem. Et nihilominus uenerabili fratri noſtro Epiſcopo Argentinenſi,per apoſtolica ſcripta mādamus,quatenus ipſe per ſe,uel per aliū,ſeu alios præmiſſa ubi,quando,& quotiens expedire cognouerit,fueritq; pro parte inquiſitorum huiuſmodi,ſeu alterius eorū legitimè , requiſitus,ſolenniter publicans,non permittat eos quoſcūq; ſuper hoc contra prædiƈtarum & præſentium literarum tenorem,quauis authoritate moleſtari, ſeu aliàs quomo

do

do libet impediri moleſtatores & impedientes,& cõtra-
dictores quoslibet,& rebelles,cuiuſcunque dignitatis ſta
tus,gradus,pręeminentiæ,nobilitatis, & excellentiæ aut
conditionis fuerint & quocunq; exemptionis priuilegio
ſint muniti. Per excommunicationis,ſuſpenſionis & in-
terdicti,ac alias etiam formidabiliores de quibus ſibi ui
debitur ſententias,cenſuras & pœnas,omni appellatione
poſtpoſita,compeſcẽdo, & etiam legitimis ſuper his per
eum ſeruãdis proceſsibus, ſententias ipſas quotiẽs opus
fuerit aggrauare & reaggrauare authoritate noſtra pro-
curet,inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſe-
cularis. Non obſtantibus præmiſsis, ac conſtitutionibus,
& ordinationibus apoſtolicis contrariis quibuſcunque.
Aut ſi aliquibus communiter, uel diuiſim ab apoſtolica
ſit ſede indultum,quod interdici,ſuſpendi,uel excommu
nicari non poſſint, per literas apoſtolicas non facientes
plena & expreſſam, ac de uerbo ad uerbum, de indulto
huiuſmodi mentionem; & qualibet alia dictę ſedis in-
dulgentia generali uel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exi
ſtat,per quã pręſentibus non expreſſam,uel totaliter nõ
inſertam,effectus huiuſmodi gratiæ impediri ualeat,quo
modolibet uel differri, & de quacunque toto tenore ha
bẽda ſit in noſtris literis mẽtio ſpecialis. Nulli ergo om
nino hominum liceat hãc paginam noſtræ declarationis,
extenſionis,conceſsionis & mandati infringere,uel ei au
ſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ
ſumpſerit,indignationem omnipotentis DEI, ac bea
torum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incur
ſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Milleſimo, quadringenteſimo, octuageſimo quarto. Non. Decembris. Pontificatus noſtri Anno primo.

INDEX ALPHABETICVS RERVM AC SENTENTIARVM MEMORAbilium, quæ ſparſim in hoc opere continentur.

A

ABACVCH per angelum bonum, in momento transfertur in Caldeam 189

Abimelech domus, oratione Abrahæ ſanatur 395

Abiurare quando aduocatus debet 393

Abiuratio ex uehementi ſuſpicione 374

Abiuratus quando relapſorum pæna puniri debet, & quando non 428

Abiuratio etiam a fautoribus & defenſoribus Hæreticorum fieri debet 276

Abnegantium fidem diuerſitas 180

Aborſum malefici procurant 206

Acta prophetarum melius quam homines, Dæmones noſcunt 183

Actus actiuorum ſunt in patiente prediſpoſito 64

Actus coniugalis matrimonii tribus impeditur 2

Actus intellectus uoluntatis & corporis in homine cõſiderari oportet 53

Actus carnalis cur reſpectu unius, & non alterius mulieris impeditur 94

Actus generationis per maleficium, etiam in matrimonialiter coniunctis impeditur 95

Accuſatio ad pœnam talionis eſt perículoſa 369

Adam ſi nõ peccaſſet, an qui nunc ſaluantur, ſaluati fuiſſent 148

Adæ peccatum, generalitate maius eſt omnibus, 150

Adæ culpa dupliciter conſideratur 143

Adæ peccatum non excedit maleficarum crimen 143

Ad inſtantiam partis proce-

 dere

dere, graue periculum eſt. 378
ad conficiendum quatuor cō currunt 332
adorare imagines ut Dem, tempore Nini Regis, homines cæperint 19
adiurare irrationalem creaturam licet 344
aduocatus ad delati beneplacitum, non deputatur 391
aduocatus quando Hæreſi arcam efficiatur 392
aduocatus in formatione teſtium, quomodo erga delatum ſe habeat 383
aduocatus quid reſpondere debet ſuper inimicitiæ allegationem 396
aerem dæmones perturbant 265
aerem caliginoſus Dæmonibus competit 266
aer figurabilis, quomodo 194
aereum corpus, Dæmon poteſt aſſumere 194
agere contra conſcientiam quid importat 131
agens ex propoſito cognoſcit ſuum effectum 79
agnetis maleficæ caſus 263 268
angeli inter ſe, differunt ſpecie 42
angeli mali quo ad intellectum triplici acumine ſcientiæ uigent 32
triplex eſt eorum ſtatus 146
angelus nullo ſuggerente peccauit 144.145
Non eſt ſuſceptiuus pœnitētiæ, nec ueniç 145
ibi eſt ubi operatur. 89
angeli peccatum, aliorum angelorum peccata exceſſit, et præceſſit 125
angelus et homo in liber. arbit. creati, ut beatitudines præmium perciperent 125
angelus quare de cuſtodia Regis ſollitus 51
cooperatur ad gratiæ infuſionem 54.162
prædiſpoſuit beatam uirginem in conceptionem uerbi eterni 163
eius comeſtio qualiter fiat 197
angelicæ cuſtodiæ robur. 162
ab eius cuſtodia qui deſtituūtur. 164
aliquando corpus aſſumit aliquando occupat. 195
angelus minimus omnem humanam uirtutem excedit 189
angelica poteſtate, Dęmones arctantur 158
alec piſcis captus, ſtatim extra aquam uocem emittit 196

alexander de ales ſententia de preſtigio 213
alexander, & Himeneus per excomunicationem a Diabolo oppreſſi 316
alchimiſtæ uerum aurum efficere nequeunt. 14
amalechitarum animalia iuſte interficiuntur 136
amon ægrotatur, ob ſpeciem Thamar 306
amnon Thamar Sororem ſuam adamauit 87
amor inordinatus ex Diabolo, & ex maleficio procedit 87
amor hæreos, unde proueniat 306
amor & odium in uoluntate fundantur 85
amore mulierum etiam Sancti tentati ſunt 87
anna quædam nomine equos maleficiauit 263 268
anima tenet infimum gradum, in ordine ſubſtantiarum ſpiritualium 38
animę reſidentia in cētro cordis aſſignatur 224
anima ſuo corpori dominatur potisſimum, quando eſt ad uita per gratiam 50
anima quando operatur in corpore alieno, ſicut in proprio 15
anima proprio corpori unitur, ut forma 27
anima humanæ nulla apprehenſio ſufficit, ad immutationem corporis exterioris 27
anima eſt actus corporis phyſici, &c. 30
Non poteſt localiter mouere corpus, a ſe uiuificarum 31
complexiones corporis imitatur 49
animal uiſum ateritis prodeſt 24
animæ illabi deo ſoli eſt poſſibile 85.88
animalia ſunt res dominorum ſuorum 258
animalia amalechitarum interfecta 258
animalia imperfecta poſſunt a Dæmonibus fieri. 140
antonius Dæmonem, in maſſa auri reperit. 102
an magicis, & mathematicis intendere ſit peccatum apoſtaſiæ 133
an diuinatio, per Dæmonum inuocationem ſit licita 142
an omnis actio infidelium ſit peccatum. 134
Appellatio ante Sententiam fienda 275
Appetere Dei æqualitatem quid ſit 124

Apollo diuinandi auctor. 144
Apoſtaſia quid importet ſecundum D.Thom. 131
Apoſtatam etiam, ſiue homagio quis efficitur 262
Apoſtaſia uerbi, & operis 262
Aqua benedicta ad quid ordinetur 350
Aquæ uirtus ſuper energumenos, & maleficiatos, 333
Aqua benedicta 160
Aranea in medio telæ 224
Aræ idolorum deſtruere præcipitur 346
Aremantia fit in aere 144
Arreptitius dicitur, ab arripio, quia arreptus eſt a dæmone 83
Argumēta probantia Deum non permittere tanta mala a maleficis per Diabolum fieri 149
Artifex diabolus, a paucis incho at 170
Artificialia corpora, ita corporibus cœleſtibus ſubduntur, ſicut naturalia 17
Artificiata, ſicut ordini & prouidentiæ artis ſubduntur, ita omnia eſſe participant 119
Aſſerere maleficium non dari, ex radice infidelitatis procedit 2
Aſtronomicæ imagines ex opere Dæmonum 337
Aſtronomi quare uera prædicunt 52
Auaritia fundamentum omnium uitiorum mulierum 69
Auctoritas Epiſcoporum per cap. Multorum querela nimis eneruatur 353
Auicennæ remedia ſuper philocaptionem 307
Auicenę dictum de uirtute imaginatiua immutante corpora extranea, quomodo intelligitur 16
Auguſtini ſententia de hominum tranſmutatione in bruta. 106
Augures qui 145
Auriſpices obſeruant dies, & horas 145
Auri forma ſubſtantialis non eſt per calorem ignis Alchimiſtarum, ſed per calorem ſolis 14
Auxilio Dæmonum uti, eſt apoſtatare a fide 262

B

Balneatrix contrita inci neratur f. 269. 272
Barbā radere cur Deus præceperit 346
Baſiliſcus quando homines inter-

interficiat 24
Beatitudinis gradus in patria, quomodo menſuretur 140
Bona Eccleſiæ tribus partibus diuidatur 256
Bonifacij VIII. ſtatutū 389
Bonitates Diuinæ in genere. creaturis communicatę, 121
Bonum gratiæ, naturę bonū excedit 145
Butyrum maicum maleficiali opere formatum 261

C

Campanæ pulſatio contra tempeſtates utilis f. 342
Cananeorum punitio 137
Candela tandiu lucet, quàm diu ceram habet 122
Canoniſtæ magis q̃ Theologi de maleficijs tradant. 114
Canonis intellectus declaratur 7
Canis prædicatorum officium in ſcripturis ſignificat 224
Caput mortui per Symonem magum agitatum 225
Canis animal, perfidis appropriatus 228
Catulus latrans aduerſus Hæreticos D. Dominicus 67
A carnis tentatione Hælias monachus liberatur. 165
Carmina, & exorciſmi liciti 323. 325
Caſus notabis Saltzburgenſis 325
Caſtrum Lendebrunenſe. 271
Caſus notabilis 268
In Sueuia 256
In Rorbach 272
In Salamina Regni Cypri. 311
Caſus prædiuitis Auguſtienſis 264
Caſus principis Maleficos fouentis, & indebitè populū aggrauantis 280
Quis contigit Spiræ
Caſus Maleficę ad iudicium candentis ferri appellantis 421
in oppido Argentinenſi notabilis 227
In Ryclishofen 221
In oppido Merſpurg 212
In Rauēſpurg 212. 204. 161
In Baſilea in uilla Oberuuiler 183
In uilla Buchel 184
Sacerdotis Oberdoff 197
In Oppido Vualshoris 191
In uilla Vuyſenta i 161
Lauzanenſis 210.
In Diœceſi Auguſtienſi 170
In confinibus Sabaudiæ. 176

Comitis argentinenſis 173
In Dyocœſi Brixienſi 172
Caſus Maleficiati 296
Mulieris ab incubo uexatæ 296
Mercatoris Spirę 290
In Dyocœſi Argentinenſi, cuiuſdam uirginis 171
In Oppido Briſiaci Baſileæ 176
In Ducatu Luuianenſi. 177
In Bernenſi 178
Caſus iuuenculæ maleficiatę 250
Caſus Epiſcopi Alemani tempore Nicolai Papæ. 286
Charitas ępiſcopi erga ſacerdotem obſeſſum 236
Chryſmate ſancto malefici abutuntur 270
Chyromantici 145
Circes, quomodo ſocios ulyxis in bæſtias mutauerit 108
Citatio generalis neceſſaria 369
Citationis formula 369
Ciuitas Spirenſis 154
Cythara Dauid unitatem Diuinę eſſentiæ ſignificabat 65
Cautela per iudicem ſeruāda 410
Cautela præſeruatiua Maleficiorum 409
Cautelæ quinque a iudice obſeruandæ ut Delata ueritatem fateatur. 416
Cautela potiſſimam ad ueritatem extrahendam, quæ exemplo confirmatur 416
Cautioni fideiuſſoni quando malefica relinquitur 386
Cauſalitas Dei primum omnium agens 119
Cauſa triplex cur ſupra corpora cœleſtia, Malefici immutationem aliquam facere non poſſunt 206
Cauſa inimicitię inueſtiganda cum conſilio peritorum 399
Cauſa alicuius rei dupliciter intelligi poteſt 89
Capienda, & incarceranda Malefica ad iudicis nutū, 386
Captio innocenti non nocet 387
Caſus Boemi tempore Pii ſecundi Pont. 134
Caſus tempore Ludouici ſecundi Imperat. 241
In diocœſi Baſileæ 245
Inter Briſiacū, & Heygug 246
Inter Ysbruck 247.248
Iuuenculæ Maleficiatæ. 250

Oppidi

Oppidi Zamberni 251
Caſus obſtetricis 252
In Oppido Damni 253
Cerebrum humidiſſimum, omnium partium corporis 160
Cereum benedictum licet accendere 160
Clauium uigor notatur 299
Clericum negociatorem, quaſi peſtem fugiendum 68
Clericus Hæreticus 138
Clerici incantatoris actus 308
Clerici fautoris Maleficarum pœna deſcribitur 273
Clericus Maleficus deponendus, & in monaſterio retrudendus 6
Clerici a propriis iudicibus emendentur 352
Clotides uirgo miranda fecit 70
Concilii Carthaginenſis ſententia
Concilium Acquirenſe 105 354
Confeſſionis ſacramentalis uirtus 309.310
Concordia Dęmonū non eſt amicitiæ ſed nequitiæ 46
Coniuratio ad lachrymas emittendas 408
Coniugium carnis officio conſeruatur 304
Conſuetudo ſeruanda in eccleſia, quæ diuino cultui non repugnat 343
Corinthus fornicarius per excommunicationem obſeſſus 316
Contemptor excommunicationis 274
Creaturæ impotentia 121 122
Creaturæ perfectæ & imperfectæ 219
Credendum eſt, cuilibet auctori in ſua arte 384
Crimen Hæreſis mere Eccleſiaſticum 277
Crimen Maleficarum non minus ciuile, q̃ eccleſiaſticū uidetur 277
Chriſtinæ Duciſſæ Brabantiæ conſilium 297
Crucifixi imaginem quidam ſagittis transfixit 272
Cognoſcere cogitationes cordis qūo multi poſſint 32 89
Cognouit Angelus, ſe creaturam eſſe 124
Cognitio intellectus ex rebus cauſatur 60
Colerici ſunt iracundi. 50
Columna cui fuit Chriſtus alligatus eſt Romæ 235
Cometa, mortis Regum inditium 51
Cometæ non ſunt ex his, quæ a principio genita ſunt

aſtra 51
Comes caſtri Thelonel, ex maleficiis ditatus 289
Comes maleficiatus, in matrimonii actu 174
Copia appellationis petenda 497
Cauſas appellationis iudex diſcutere debet 498
Comeſtio qualiter fiat 197
Comeſtio Chriſti quomodo 197
Complices mali nil commune habent, niſi perſonam perdere 389
Confeſſio cuiuſdam fœminę in extremo poſitę 251
Conceptus in maritata inficitur etiam per alterius ſeminis commiſtionem. 201
Corpus immutari poteſt, ex forti imaginatione & apprehenſione ad uarias ęgritudines 56
Corpora a Dęmonibus poſſunt tranſmutari 334
Corpus dominicum ſumptum a quadam muliere ob maleficia perpetranda 208
Corpus hominis, diabolus inhabitare poteſt 231
Culpa ordinatur ad pœnam 45
Culpabilis ignorantia iuris Diuini, non cadit in faciē tem quod in ſe eſt 12
Cur maleficę non ditentur 115
Cur principibus nocere non poſsint 155
Cur dæmones ex maleficio aliquando, homines ſubſtantialiter inhabitent 313

D

Damaſceni opinio de cometa f.51
Dea fortunæ ceca 52
Dęmonis uirtus, corporali uirtute fortior 2
Dæmones eſſe non credunt, aſſerentes non eſſe maleficos, niſi in uulgi exiſtimatione 3
Dæmones ex ſubtilitate naturæ multa quæ nos non poſſumus operantur 3
Dæmones, quare conſtellationibus conſtringantur. 13
Dæmon maleficio utitur, quare 15
Dæmon motui cœleſti non ſubiicitur 13
Dæmon colligit determinata actiua applicando determinatè paſsiuis. 13.30
Dæmones cuncta per intellectum, & uoluntatem exequuntur 32

dæmo-

Dæmones agnoſcunt ex influxu cœleſtium corporum, naturales hominum impreſſiones, & diſpoſitiones ex quibus poſtea maleficia inferunt 32
Dæmonum opere, aliqui nō præſtigioſè, ſed eſſentialiter in lupos transformantur 9
Dæmon delectatur, homines in paganorum errorē inducere 113
Dæmones in ſpecie paruulorum apparentes nutricibus ſe coniunguut 345
Dęmon ſemper ſuperbia & inuidia peccat 32
Dæmon licet neminē timeat, ſanctorum tamen meritis ſubiacet 32
Dæmon poteſt adminiculo alterius agentis corpora ſubſtantialiter, & accidentaliter tranſmutare 32
Etiam corpora localiter mouere 52
Senſum omnes immutare 32
Imo uoluntatem, & intellectum licet indirectè. 32
Dæmon in ſuis operibus ſuperfluitatem ſubterfugit 201
Dæmon in maleficiis generationis obſeruat, tempus 202
Dęmones omnibus infeſti. 204
Dæmoaes carent pulmone, & lingua 196
Dæmon in quibus poteſt per ſe, etiam dum malefica poteſt 241
Dæmon nihil efficere poteſt ſine diuina permiſſione. 243
Dęmon non poteſt innocentem de maleficio infamare 244
Dęmon homagium a malefico petit 176
Dęmones ſubtilitate intellectus uigent naturaliter 182
Dæmoniacis quando non eſt communio deneganda 315
Dęmon pręſens maleficiato dupliciter intelligitur 352
Dæmon ſubſtantialiter inhabitat hominem, quomodo 327
Dæmones ſemper cum maleficiis concurrunt 18
Dęmones abſque aſſumptione corporis poſſunt tranſmutationes in ſeminibus facere 38
Dęmon poteſt aliqua reponere ut conſeruetur ſemen

ne calor uitalis euaporet. 40

Dæmonis poteſtas 301

Dæmonem ad aliquem effectum inuocare eſt inutile, ſiquis illi non ſe obtulerit 261

Dæmones uariis generibus alliciuntur 63

Dæmones circa ſperam ignis actiua paſſiuis coniungere ſciunt 266

Dæmones ad exercitium deputati non ſunt in inferno, ſed in iſto aere caligino ſo 45

Dæmones pręcipue gaudent peccato fornicationis, & idolatriæ 35

malef. Debent ultimo ſupplicio puniri, etiam ſi ad fidē reuertuntur 125

Decipere poteſt diabolus ſenſus hominis, ita ut tangibile, & uiſibile intangibile, & inuiſibile uideatur 100

Dęmon poteſt interiorem fantaſiam immutare, & intellectum obtenebrare 86

Dęmones de quolibet ordine cecidiſſe creduntur 43

Dæmones extra uas debitum actos uenereos exercuiſſe nuſquam legetur 43

Dæmones non ſunt ſpiritus immundi, licet ſint impuri 32

Deceptus fuit, Præſtantii pater 221

Deſtruitur opinio canoniſtarum in intellectu cap. Epiſcop. 186

Defenſio ſtat in tribus 391

Delata quando redditur ſuſpecta 394

Delatus quando per ſimplicem pœnam iudicari poteſt 395

Delata in cibo & potu humaniter tractetur 415

Delatus cum omnia negat, tria faciat iudex 384

Deprehenſus in hęreſi euidentia facti aut teſtibus, eſt puniendus licet non confiteatur 385

Determinatio dubiorum circa fidem principaliter ſpectat ad eccleſiam, præcipuè autem ad Pontificem Chriſti Vicarium, & Petri ſucceſſorem 362

De cognitione hæretici aliter canoniſtæ, & aliter Theologi ſentiunt 359

Deum recognoſcere tanquam ſuum principium, & finē, ſacrificium eſt digniſſimū 217

Deum poſſe mala impedire, & non uelle, non concludit 127

Deus laudabilis, cum per miſericordiam parcit, & per iuſtitiam punit 125
Deum ita ſummè potentem ſicut ſummè bonum dicere non concludit 121
Deus ſuam oblationem ſanctificat 253
Deum uelle mala eſſe uel fieri propter bonum uniuerſi, dicere, eſt erroneum 117
Deus uniuerſa mala permittit, caſibus Angelorum & hominum permisſis 118
Deus poteſt ex malis particularibus bona plurima elicere 120
Deus non poteſt facere creaturam ex ſui natura impecabilem 120
Deus iuſtè permittit hominem peccare 121
Deus immediate omnib. prouidit 118
Deo prouidentiæ conuenit 118
Deus eſt creaturæ obiectum ultimus finis 90
Dei auctoritate quãdo malefici creaturam uariè transmutant 9
Deus quare permittit mala. 150
Deus iuſte permiſit Angelos & primum hominem cadere 150
Deus non limitauit ſuam uirtutem ad naturalem profectum 150
Deus ſolus, quomodo miracula facere dicatur. 60
Deus quinq; de cauſis hominem flagellat 139
Deus duplici ex cauſa permittit maleficos in pueros per Dęmones graſſari 435
Deus præcepit maleficos occidere 346
Deo non conuenit Diaboli malitiam impedire 150
Deus ſolus menti illabitur 231
Deus neq; uult mala fieri, neque mala non fieri 117
Deuoti aliquando, & ſine ordine, & ſine exorciſmis obſeſſos a dęmonibus liberant 321
Diabolus dicitur, a dia, & bolus 44
Diaboli opere Cham filius Noe naſcendo riſit. 19
Diabolus, quomodo circa animam operatur 239
Diabolus frequenter tentat ut ſaltem tædium uincat 169
Diabolo maximè diſplicet quod eius machinamenta in Dei gloriam reſultent. 151
Diabolus magis tentat ma

los quam bonos 152
Diaboli appetitus maior eſt ad tentãdum bonos quã malos 152
Diabolus quos magis in ſomnis uexat 90
Diabolus, Quid appetiit 14
Diabolus quod deſiderauit, aliis etiã notificauit 124
Diabolus poteſt maleficam in tormentis indurare, ne ueritatem fateatur 410
Diabolus præſtanti obediẽtiam,& reuerẽtiam ſignis exterioribus, quid dicendum 132
Diabolus, quot modis fit cauſa peccati 62
Diabolus ſuam oblationem inficere non ceſſat 258
Differentia inter imaginari, & fantaſiari 213
Differentia inter imagines nigromantiæ & Aſtronomicæ 20
Differentia inter duellum, & candentis ferri examen 419
Directorium diſponendum ad torturandam delatam 405
Diſcipuli cur filium lunati cum non liberarunt 331
Diſputatur an crimen maleficorum ſit merè eccleſiaſticum 350
Diuina uirtus ſuper cauſis ſecundis declaratur 168
Diuina nomina ad collum ſuſpendere an ſit licitum 325
Diuina uoluntas proprie dicta eſt beneplaciti 152
Diuinatrices conſulere non lidet 413
Diuinatores,& malefici qui hæretici iudicantur iuris præſumptione non ex natura rei iudicio ordinario ſum.& non inquiſitori ſubiacent 360
Diuinatio eſt ſecundum genus ſuperſtitionis 19
Diuinatio eſt per expreſſam Dæmonum inuocationem 19
Documentum mulieribus, copulam carnalem uiro exhibentibus 257
D. Dominicus fuit in ſuo ortu præmonſtratus 67
Diaboli opere, actus matrimonii impeditur 5
Dona naturalia Angelorum malorum per peccatum non ſunt immutata, ſed non manſerunt integra & ſplendidiſſima 32
Duarum maleficarum caſus 103
Duellum ad uitę conſeruationem ordinatur 418

Duellum licitum aliquando 420
Duellum Dauid cum philiſteo diuina reuelatione fuit 420
Duellum ſimpliciter illicitum tam ex parte appellantis quam recipientis 420
Duellum aliquando ſiue peccato mortali ex parte iudicantium, aut conſulum 420
Duo Spiritus creati non poſſunt eſſe in uno et eodem loco diffinitiuè 223
Duo malefici pagani, ad cęllam D. Antonij miſſi 215
Duo habet Deus per naturam ſuam beatitudinem, & bonitatem 124
Duo fratres ſimul infirmabantur, & curabantur 50
Duplex modus ſacrilegę profeſſionis 176
Dupliciter Sortilegi, & diuinatores. 353
Duplex actiuum proportionatum ſenſui 106

E

Eccleſia Monialium Hohemzorn 272
eccleſia nunquam errauit in fide 362
effectus pęnales quadruplices ſunt 18
effectus maleficiales fantaſticos eſſe & imaginarios quibuſdam uidetur 2
ego Deus zelotes uiſitans & cęt. quomodo intelligatur 256
eleutherij Abbatis exemplum 223
Aeneas an ex cōcubitu Veneris, & anchiſis oriri potuerit 53
Epiſcopi & iquiſitores purā intentionem habeant 390
Epiſcopus Vienenſis litanias minores inſtituit. 112
epiſcopus aliquando ſine inquiſitore, & inquitor ſine Epiſcopo poteſt contra maleficos procedere 366
epilepſiam Dęmones inducunt 240
equitare cū Diana, uel Herodiade eſt cum Diabolo tranſmeare 8
equitatio malefica, quando que in imaginaria
equitatio Abbatis donum 164
erant dicentes, Extrema maleficij realia medium autem fantaſticum eſſe 8
error negantium maleficium realem dari ex prauo intellectu canonis 26. quaeſ. epiſcopi. 34
error contra ſcripturam Sacram etiam contra articulos fidei,

dei, contra ueritatem determinationis eccleſię eſt hęreſis. 362
error in mente hęreticum non facit, ſine pertinacia uoluntatis 11
excommunicationis pœna arcetur iudex teſtificantiũ nomina reuelans 290
excommunicationis, quis eſfectus 316
ex culpa noſtra omnis pęna 140
exercere opera uitæ, quomodo Spiritus poſſit 195
exemplum in ciuitate Spirenſi 160
exorciſmi eccleſię uirtus 160
exercitus alicuius domini, an excommunicationis pœnam incurrat iuſſu domini Maleficos defendens. 276
exemplum de quadam maga, & ſortilega 127
experimentum ad cognoſcẽdam maleficialem infirmitatem 154
experientia maleficarum qua re ſit prædicanda 261
ex pręſumptione cuiuſdã ſacerdotis quid accidit 317
ex malitia quantacunque humana maleficorum opera oriri non poſſunt 58
ex effectibus in cognitionem cauſę deuenitur 60
exiſtens in gratia, non poteſt illudi paſſiuè a Diabolo 216
exorciſta de ſuis uiribus faciliter non pręſumat 317
exorciſta quomodo poteſt uti herbis, & petris. 318
extrinſeco impedimento Dæmon impedit uim generatiuam in matrimonialiter coniunctis 304
ex melanconia, apparitiones mulieribus fantaſticæ uidentur. 300
exorciſmi a. D. Gregorio inſtituti 332
exorciſmus ad quid ordinetur 330
exorcizatio quę fit in baptiſmate, non eſt quo ad omnes partes poſt baptiſmũ in oppreſſo a Diabolo 328
exorcizandi modus pro maleficiato, uel a Dæmone obſeſſo 328
experimentum ad maleficas cognoſcendas 293
experientia quædam uitanda 294
exempla de uexatis ab incubis 298
ex terra, & acqua, aeris perturbationes fieri pñt. 265
extra unum Deum, nihil eſt numinis 8
eucharistia malefico non datur

tur quando peccatum eſt notorium 6
ezechias ſerpentem æreum deſtruxit 346

F

FAlſarij pecuniæ, morte puniuntur 277
falſa Dæmonis ſigna quando 226
fatum dari, quomodo ſit uerum 54
fatum eſſe aliquid, & dari aſſertio hæretica 54
fatum quid ſit 55
fatum dupliciter conſideratur 54
fati & prouidentiæ diſcrimen 54
fato non ſubduntur, maleficarum opera, ſed alijs cauſis 55
faſcinatio tripliciter accipitur 21
faſcinatio poteſt abſque dęmonum operę a ſortilegis uetulis fieri 23
fautores Maleficorum & ſagittariorũ duplices ſunt 493
fautores hæreticorũ duodecim magnas pœnas incurrunt 493
fautores Maleficarum, poſſunt ab ordinarijs, & ab inquiſitoribus abſolui. 276
faunus Sicarius apud Romanos quis 35
fęmina duo genera lachrymarum habet 69
fæminæ uiris ſunt ſuperſtitioſiores propter tria 70
fęminę tam animæ quã corporis uiribus ſunt defectuoſæ 71
fæmina unde deriuetur 71
fidei & rationi nõ repugnat aſſerere mores hominum, diſpoſitiue & contingenter, a ſyderum diſpoſitionibus uariari 49
fidei catholicæ nemo amplius nocet ſicut obſtetrix malefica 114
fidei habitus cognoſcitur per actum eius 360
fides quando Aduocato adhibetur 399
fides difficulter adhibetur Maleficæ detentæ aliam accuſanti 484
flegmatici ſunt pigri 50
fieri procreari quando intelligitur 9
filius non portabit iniquitatem patris, quomodo intelligitur 202
filij Dei in ſcriptura Geneſis filij Seth dicuntur 31
filię hominum in 6. capitu. Geneſis, filiæ Cain dicuntur 31
filij ſecundum corpus, ſunt res patris 136

filij

filii aliquando pro parentibus puniuntur. 258
filię maleficarũ infamatę. 25
formas uel ſpecies corporis plani non membro uirili organizato, poteſt Diabolus ad uim fantaſticam educere 101
formula ſecundũ modum denuntiationis 371
formula inchoanda ſecundum clamoroſam inſinuationem 372
formula abſolutionis a uinculo excõicationis 453
formula abiurationis pro uehementer ſuſpecto et ſiat in uulgari, ut ab omnibus capiatur. 444
frenetici putant ſe mira uidiſſe 214
friuola aliquando eſt appellatio 497
fugitiuus & ſe contumaciter abſentans, ut hereticus condemnandus 478
fumus cuius arboris aduſtę Dęmonem fugat 219
Furonei Regis Græcorũ ſententia de felicitate 72
futura reuelantur 143
futura quędam, cauſam naturalem habent in homine ſomniante 143

G

GAlliæ & Germaniæ ritus 342
genethalici dicuntur, propter natalium Syderum cõſiderationem 52
geniti ex ſpurcitiis Diaboli, an ſint maioris uirtutis quàm alii 200
Giſla chriſtianiſſima mulier Vngariæ regnum ad Chriſtum deduxit 70
graue periculum ad inſtantiam partis procedere 378
grando ſaltzburgens. 267
gratia Solus Dei eſt domum 162

H

HAbent indulgentiam conſuetã qui accedũt ad uidendum Hæreticum abiurantem, & brachio Seculari tradendum 467
Henricus imperator candentis ferri iudiciũ, erga ſuã cõiugem exercuit 418
hengeſt maleficæ concurſus 389
hæſſiæ caſus 238
herba quædam accẽſa fumigans facit trabes apparere ſerpentes car. 102. 309.
herba quædam, Lach eſtringit 260
hæreſis eſt dicere Deum non permittere homines ex lib. arb. peccare 126
hæreſis eſt apoſtaſia car. 631

Hęreſis maleficarum ab aliis hęreſibus differt 28
Hęreticus iuris præſumptione 359
Hæreſia ab electione dicta 364
Hæreticus ſimplex relapſus etiam ſi pœniteat, eſt occidendus 277
Hæreticus apertus foras mittitur uiolentus abſconditus 68
Hæraclides uir ſanctus uitas ſanctorum patrum compilauit 165
Huſſitę & alii hæretici quare permittantur 169
Helias monacus trecentas fęminas in monaſterio collegit 165
Hæretici quidam propria cõfeſſione morti adiudicati illæſi in igne opere malefico remanſerunt 412
Hæreticus propriè debet quinque conditiones habere 356
Homines opere Dęmonum localiter trãsferantur 187
Hęreticus, qui in expoſitione ſacrę ſcripturæ erat 4
Hæreticus euidentia facti 10
Hæreticus ex ſua confeſſione quis. 11
Hæretici duplici pœna puniuntur. car 134
Hæretici reuerſi ſæpe non recipiuntur, & quare. 277
Hæretici inquiſitorum iudicio ſubiiciuntur 350
Hęreticus proprie, quinque conditionibus efficitur. 356
Hæreticus non dicitur qui fidem Chriſti per baptiſmũ non ſuſcepit. 363
Homo uidens lupum uocem amittit 24
Hominem procreare, eſt actus corporis uiui 30

I

Ianus Idolum diuerſis faciebus confictus 208
idromantia, fit in aqua uel in chriſtallo car. 144
idolatria primum ſuperſtitionis genus 19
ignis de cœlo cadere Dęmones faciunt
ignis & aer Dæmonibus ſub ſunt 20
ignorantia multiplex. 11.12
incantatores qui 279
incantatores dupliciter fiunt 279
incantationes licitę ſeptem modis fiunt 279
incarceratio ad pœnam, & ad cuſtodiam 388
in captura malef. uel hæreti. quomodo procedendum 387
in cauſa appellationis multa ſunt

ſunt a iudice obſeruanda 499
In cauſa graui criminis, magna cautela procedatur. 170
In cauſa fidei ſumariè procedatur 378
In cauſa Hæreſi diffamari tantummodo apud bonos & graues, parũ refert quoniam uiles & ſimplices etiam attenduntur 436
In purgatione canonica deficiens pro conuicto habetur 437
Incontinentiæ peccatũ quid cauſet 330
Incubi & ſuccubi non poſſunt actus exercere niſi in aſſumptis corporibus 37 408
Incubus agit inuiſibiliter, inquo ad cricunſtantes ſuas ſpurcitias 293
Incubos & ſuccubos ſemper fuiſſe 198
Infamis repellitur a teſtimonio, et debet excõmunicari. car. 132
Infamis quando quis efficiatur, et inhabilis ad honores
Infantibus non renatis baptiſmate maleficæ utuntur 175
infantes ſigno crucis præſeruantur 178
Infidelis, hæreticus nõ dicitur 336
Infidelitatis peccatũ in quo conſiſtat. car. 110
Infirmi guſtus non decipitur ex parte rei, ſed ex parte humorum car. 100
In fornicatione iuuenis peccat, ſenex inſanit. car. 170
Imago crucifixi cruorem miraculoſe erumpit 272
Imago cerea ſub palla altaris inſtrumentum maleficarum 107
Imagines duplices 61
Imaginibus uti illicitũ ſemper 27
Immiſſiones in nobis per angelos 163
In monaſteriis neminẽ meliorem uel peiorem inuenies, quam qui aut profecerunt in illis, aut defecerunt 68
Impatientia et inuidia mulierum etiam Sanctarum 72
Impedimentum in ui generatiua fit dupliciter 210
Impedientes officium inquiſitionis 494
Impedimentum actus carnalis 94.97
Impœnitentes 275
Impoſſibile eſt malitiam eſſe

in uoluntate quin error in intellectu 359
inimicus capitalis non admittitur ad actionem 377
inimicus capitalis testis eſſe non poteſt 36
inimicus capitalis qui 377
inimicitia capitalis multis modis inueſtiganda 397
inoxii tribus modis per maleficas a Dæmonibus ſubuertuntur 169
in qua Die abiuratio fieri debeat 444
inquiſitor aut Epiſcopus omnia faciat ut relapſus pœniteat 466
inquiſitorum Hyſpaniarum opinio de iudici compe tenti 353
inquiſitores non ſe intromitunt niſi in his quæ ſapiunt hæreſim 353
inquiſitorum opinio, ſuper exorciſmos maleficiati 334
inquiſitor cumanus ann. 1185: Quadraginta unam maleficam incinerari fecit. 176 114
inquirere aliquid occultum car. 141
Iob dictum cap. 40. de leuiathan exponitur 318
iob ſuper actum uenereum non fuit tentatus 216
Ioſeph a muliere falsò accuſatur 31
iudæ peccatum maius eſt omnibus aliis deformitate car. 130
iudæi maleficium inſigne 108
iudicis eccleſiaſtici eſt iudicare hæreticos, Maleficos, ſecularis autem exequi, et punire 277
iudicium ferri candentis neque auctoritate diuina neque ſanctorum patrum ſancitum 419
iudicium ſuper delatam ab altera malefica in negatiua perſiſtentem. 488
iudicium facti ab euidentia differt
iudex ad quæſtionandam maleficam non ſit pronus 402
iudicium poli, et fori car. 138
iudicium dei duplex 359
iudicium facti et teſtium productio legitima reddit aliquẽ pro deprehenſio in adulterio 305
iudex rigoroſius procedat cõtra deprehenſos manifeſte quam contra ſuſpectos. 430.
iudex eccleſiaſticus propter

ſolam inconſtantię ſuſpicionem relapſum curię ſeculari tradat 278
Iudex malefica omnia negantem non adiudicet igni, tametſi uiolenter ſit ſuſpecta 450
Iudex minora mala uitare permittit 418
Iudex poteſt apoſtolos dare 497
Iudex deſinit eſſe iudex ſtatim appellatione exhibita 502
Iudex ſecularis, epiſcopi conſenſu poteſt malefi. iudicare & punire 277
Iudicis cum medico conuenientia in cautelis utēdis 408
Iudex in crimine hęreſis & malef. libellū non exigat. nec litis conteſtationem poſtulet 423
probationes neceſſarias admittat 423
Summariè & ſimpliciter procedat 423
Dilationem amputet 423
Tempore feriarum poterit ſententiare, 423
Etiam ſine ſcripto 423
In criminalibus ſententiam non differat 423
Contra mulierem pregnantem ſententiam differre poteſt. 424
Contra negantem confeſſam, ſententia differenda 424
Iudex non tenetur deponentes manifeſtare, nec ad cōſpectum rei pręſentare 388
Iuliani apoſtatæ perfidia. 132
Iulianus quare apoſtata & non hæreticus dicitur 363
Iumenta per uerba ſacra, & carmina ſcripta benedicere licet. 339
Iuſtitia diuina in toto uniuerſo 60
Inuocatio beatæ uirginis, quàm utilis 309
Iuuenis in equa conuerſa 215
Intellectuales ſubſtantiæ bonæ 56
Intellectus bene diſpoſitus uirtuti non contrariatur uero 56
Intellectus humanus poteſt ab angelo adiuuari 81
Intendens ſuperſtitioſè rebus naturalibus quomodo licitum 26
Interrogandus eſt, ſanatur a maleficio quibus remediis malefica uſa eſt 491
Interrogatoria generalia quomodo formari debeat 380

Inter tres ſpecies infidelitatis Hæreſis maleficarum eſt grauiſſima.car. 131
Interrogatoria ſuper teſtes 379
Interrogatorii particularis, datur modus 382
Intuitus maleficarum in iudicium. 410

L

LAc reſtringitur naturaliter, poſt conceptum fætum. 260
Lacte etiam priuant 270
Lac eſt de natura mẽſtrui in quolibet animali 260
Lachrimę donum im pœnitentibus præcipuum 408
Lachrimas non poteſt malefica in tormentis emittere. 408
Labor duplex circa maleficiatum 333
Laicus maleficus excomunicandus 6
Laicus hæreticus quando debet comburi 135
Laodices uxoris regis antiochi caſus 74
Legum doctorũ, opinio de iudice competenti maleficarum 351
Lędere in fama Diabolus poteſt 241
Leprã Dæmones hominibus inferre poſſint 240
Leuis ſuſpicio, ex leuibus cõiecturis oritur. 389
Leuis ſuſpicio 425
Licitum eſt quod non eſt ſuperſtitioſum 323
Linguæ uis, & energia 67
Locutio Dæmonum in obſeſſis 196
Luciferi peccatum maius eſt omnibus aliis cauſalitate car. 230
Lupi rapiunt, & comedunt infantes quintupliciter. 112
Lupi caſus in Galliis 113
Lupum uidens, quare fugit. 82
Liberi arbitrii proprietas. 122

M

MAcharii ſanctitas. 168
Magi Pharaonis 9
Magi cuiſdam caſus 262
Mala maleficarum omnia mala excedunt 126
Malum triplex 129
Malæ mulieres recenſentur auctoritate ſcripturæ 70
Maleficarum enormitas 125 128
Maleficus quando reddit uxorem uiro exoſam 93
Naleficium quot modis pro-

curatur 92
Maleficarum uſus in Die Dominica 179
Earum profeſſio ſacrilega 180.176
Maleficarum uirtus 175
Aliquando lædunt, curare autem non ualent. 175
Maleficæ uoluntariè ſuſpenſæ 182
Malefici malum amorem alicui inferunt 206
Aborſum procurant.
Vſus nominis auferunt.
Aliquod corporis membrū inijciunt.
Odium ſeminant.
Odium generatiuam impediunt
Veras defectus & ueras infirmitates inferunt.
Per Homagium Diabolo præſtitum.
Negant Chriſtum.
Euchariſtiam non adorant.
Crucem conculcant
Abnegant baptiſma
Et Vniuerſalem Eccleſiam. 178.179
Maleficus quis ſit. 7
Quomodo Diabolus ſe offerat 8
Malefici pœna imponitur 46
Ad eius accuſationem quilibet admittitur. 6
Maleficæ corpore Sacratiſſimo Chriſti abutuntur. 209
Malefica annoſa, & ſterilis. 201
Malefici ritibus eccleſiæ abutuntur in ſuis maleficiis. 339
Malefica deprehēſa in crimine eſt carceri mancipanda 386
Maleficiatum curare, maioris difficultatis eſt quàm Energumenum, aut poſſeſſum 333
Maleficæ aliquando fantaſticæ & illuſoriæ transferuntur 192
Maleficij crimen ſecundum aliquos cum ſit mixtum ab epiſcopo & iudice ſeculari debet diſerui, & iudicari 357
Maleficos ſemper fuiſſe. 192
Maleficarum origo 199 200
Maleficæ iudicio Inquiſitorum ſubijciuntur 360
Malefica igni adiudicatur, licet non confiteatur per ſimplicem hęreſim, & teſtium multiplicationem 450
Maleficiata in tibijs. 492
Malefici & ſagittarij a principibus

cipibus expellantur. 492
Maleficium tollitur, uel per aliud maleficium & alium maleficum, aut per maleficiales & illicitos ritus. 295
Malefici ad pœnitentiam recipiendi 496
Maleficiatus quomodo cognoſcatur 287
Maleficus pœnitens, abſolua tur ab excommunicatione. 278
Maleficus ad libitum lędere non poteſt 266
Maleficæ delatæ uariis ſtatus. 431
Malefici, quomodo occulta ſciunt. 144
Malefici peccant faciendo quod ſecundum ſe eſt malum, & quia prohibitum. 129
Malefici ſagittarii, in ſeptem horrendis maleficiis incurrunt 270
Maleficæ non ſunt ſimpliciter hæreticæ, ſed etiam Apoſtatę. 135
Maleficarum proprium eſt, concitare contra ſe, folio 383
Circa membra uirilia, quædam mira maleficæ operantur. 99
Verè, & realiter. ibid.
Vt plurimum præſtigioſa illuſione. ibid.
Maleficarum hæreſis quare dicatur, & non potius maleficorum. 76
Mala maleficarum principaliter dęmonibus ſunt imputanda. 242
Malefica aliquando diaboli opere in quæſtionibus efficitur inſenſibilis. 402
Maleficæ faciliter crimina ſua fatentes, quæ. 408
Maleficę quædam maleficia coactè inferunt. 403
Maleficium aliquando dirimit matrimonium iam contractum aliquando nō 304
Maleficium a defectu naturali diſcerni poteſt folio. 103
Maleficium non poteſt ſemper ſolui per illum qui fecit. 103
Maleficium per aliud non debet tolli 283
Malum ex hoc aliquid eſt, quia adimit bonum folio 129
Malum illud magis eſt, quòd plures mali rationes includit. 129
Mali interdum per malos, interdum per bonos puniuntur. 137
Mathematici proprie 53

Matres cum ex aliqua orta cōmotione & improuiſe ſe Diabolum, uocant ſuper pueros, uel eos Diabolo offerunt in eundem poteſtatem tradunt 258
Medici quomodo infirmitates cognoſcant car 153
Matrimonium contractum dirimitur per maleficium ſuperueniens 5
Melodia utilis obſeſſis 319
Ex Melanconia apparitiones mulierib. fantaſticę uidentur 300
Melanconici ſunt inuidi 50
Melius Dæmon ſcire poteſt, quam homo per artem, 102
Melius eſt quædam neſcire quam uilia ſcire, quomodo intelligitur 116
Membrum perdidiſſe quidā retulit 217
Membra uirilia auferuntur arte præſtigioſa 212
Membrum uirile per maleficium nunquam amputatur, ex parte rei, licet ex parte imaginationis patiētis auferri uideatur 100
Memoria eſt in poſteriore parte capitis 214
Memoria eſt cōſeruatoriū intentionum 83
Meretrices cur permittantur 418
Mercatoris Spirenſis caſus. 290
Meritorium eſt opera diaboli delere 283
Minor culpa eſt opera diaboli delere 283
Minor culpa eſt in Angelo quam in maleficis 146
Miſeri iudicandi qui 393
Mobile ſecundum locū quomodo eſt in potētia ad aliquid extrinſecum 190
Mitius agendum eſt, quando quis ſuam hæreſim abiurat 135
Monialis Dęmonem in lactucæ ſpecie comedit. 102
Monialis ſine ſigno crucis lactucam comedens 233
Modi, 13. ſeruandi circa ſententiam ſeruandam contra malefica m ab alia malefica incinerata uel incinerandā delatam 483
Modus inchoandi proceſſum communis 372
Modus concitandi grandines declaratur 267
Modus ſententiandi uehemēter ſuſpectam 444
Modus interrogandi inquirendi, & examinandi, maleficos & hęreticos non eſt idem in omnibus. 407
Multa in iudice obſeruanda

in cauſa appellationis. 500
Multa horribilia perpetrantur, quæ hæretica nō ſunt iudicanda 357
Mulier amarior morte, & quare 75
Mulierē ne concipiat, malef. procurat 210
Mulier bona beatificat uiros, ſaluat gētes, & urbes 69
Muli er quæ ſit 69
Aut amat aut odit 69
Cum ſola cogitur mala cogitat 9
Pro carnis concupiſcentia intelligitur 70
Eſt animal imperfectum 71
Eſt minoris fidei quam uir. 71
Virum decipere laborat 71
Lubricam habet linguam 70
Fuit formata de coſta pectoris tortuoſa quaſi contraria uiro 71
Fœmina quare dicatur 71
Mulier Sanſonis infeſta 71
Mulier malitia
Mundum uiſibilem per inuiſibilem creatum 223
Mundus Diuinæ prouidentiæ ſubiacet 118
Mundus eſt adulteriis plenus 307
Motores orbium imprimere poſſunt in animas, quomodo intelligatur 72
Motus idem eſt totius & partes, ſicut totius terræ & glebæ 39
Colligere ſemina poſſunt dęmones & reponere in debito loco 40
Ad mutationem organi operationes mutantur 224
Motus localis eſt primus motuum 190
Mors naturalis non eſt ſatiſfactoria car. 138
Mors hominum ſyderibus cauſari dupliciter intelligitur 49
oyſes percuſſit Egyptum miniſterio bonorum Angelorum 18
Miracula dupliciter ſancti faciunt 17
Miracula bonorum per publicam iuſtitiam fiunt 60
Miracula malorum ſigna publicę iuſtitię fiunt 60
Miraculoſi effectus maleficorum 59

N

Narratio cuiuſdam honeſti patris f.213
Natus

Natus ex incubo per ſemen deciſum cuius filius dicatur 36.40
Naturæ propter nobilitatem ſecluduntur 42
Natura corporalis, nata eſt ſpirituali obedire, quo ad motum localem 268
Natura, officium & culpa in dæmonibus conſideratur 266
Natura corporalis, ad nutum, angelis non obedit 265
Negare prima fronte ſuſpitionem inducit 382
Negotium fidei ſummæ priuilegiatum exiſtit 348
Nembroth cogebat homines adorare ignem 1
Nemo per ſolam, uehementem ſuſpitionem de crimine hæreſi condemnantur 429
Nemo noſcens malum operatur illud 58
Nemo ex præſumptione damnandus 374
Nemo in Eccleſia Dei nocet quam qui peruerſè nomen ſanctitatis tenet 68
Neque malitiam humanam refrenare ibid.
Nigromantia unde dicatur car. 141
Nihil inuocandum circa appellationem ab hora appellationes factę uſque ad apoſtolos negatiuos dãdos 499
Nolens abiurare de uehementi, an ſit brachio ſeculari tradendus 430
Non conſentiens abiurationi, ut impœnitens tradatur brachio ſeculari. 480
Non comparenti citato pœna infligitur 482
Nouas rerum ſpecies, diabolus condere non poteſt. 263
Nouas ſpecies quomodo dæmones producant 111
Nouum dupliciter intelligitur 111
Notarius totum ſcribat in proceſſu quod delatus in tortura fatetur 406
Non confitens uno tormento, aliud experiatur. 406
Notariorum obſeruatio, & cautela 452.456

O

Oblatus diabolo, non poteſt niſi miraculo ſè liberari fo.257
Obſeruanda a iudice in finalibus cautelis 414

Obſer-

Obſeruatio Maleficarum iumenta infeſtantium 261 263

Obſeſſi non habentes rationis uſum, quomodo communicantur 314

Obſeſſi per maleficas, ad præſidia maleficarum non ducantur 317

Obſeſſorum diuerſitas 237 236

Obſeſſi per Paulum. B. Antonii diſcipulum liberati. 332

Obſcuratio Solis in Chriſti paſſione, unde 207

Ochoziæ infirmitas unde. 288

Octo modi conſiderandi in iudicāda delata ab aliqua malefica 484

Oculi mala qualitate infecti aerem medium inficiunt. 24

Odium inter coniugatos, cum crimine adulterii, opere dæmonum fieri poteſt 307

Officiales impedientes officium inquiſitionis excommunicati ſunt 496

Oliua a meretrice plantata eſt infructuoſa 53

Omne actiuum mouetur ab actiuo ſibi proportionato 106

Omnis actio eſt per contactum 31

Omnis actus uenereus extra matrimonium peccatum mortale 303

Omnis forma corporalis eſt forma nidiuidua per materiam 189

Omnis ſapiēs prouiſor defectum excludit 115

Omnis multitudo reducitur ad unum 47

Omnis infidelium uita peccatum eſt quom. intelligatur 134

Omne quod incipit de nouo habet aliquam cauſam 48

Opera maleficorum nō ſubduntur fato 55

Operationes ſequuntur naturales conditiones 42

Opera maleficarum de genere bonorum efficiuntur de genere malorum. 133

Opus amoris, maxima miſeria 507

Opus Dei licet per Diabolū utietur, non tamen eſt potentior illo 13

Oppoſita habent fieri circa idem 168

Orat iudex eccleſiaſticus ſecularem, ne abiuratum & relapſum pœna ſanguinis puniat 471

Ordo ſeruandus in ſententia contra

cõtra delatam ab alia maleſica uel incinerata. 483
Ordo ſeruandus cum conuicto legitime, omnia tamẽ negante. 472. per totam quæſt.
Ordo ſumitur in genere non in ſpecie. 437
Ordo ſententiandi conuictũ fugitiuum. 478
Ordo inter dęmones. 44. 45
Ordo ſacrilegij obſtetricum 254
Ordo prædicatorum prę-oſtenſus. 228
Organum uiſus a dęmone illuditur. 214
Ordo in purgatione canonica ſeruandus. 438
Ordo ſumitur in genere nõ in ſpecie. 437
Ordo ſeruandus in exorcizatione. 329
Oues, lupum & canem naturali imaginatione diſcernunt. 86
Oua formicarũ in potu ſumpta, incredibilem uentoſitatem generant. 300

P

PArochi mulieres communicando ſummam adhibeãt diligẽtiam. 209
Paſſio ſenſibilis non eſt ſine immutatiõe corporali. 23
Paſſionis Chriſti tempore, ſides B. Virg. non defecit. 71
Paternarum ſcelerum imitatores in actu, uel inhabitu. 258
Peccatum ſecundum Auguſtinum. 131
Peccati prima corruptio in nos per actum generationis prouenit. 77
peccatum unius, quomodo in alterum deriuetur. 136
peccatum unum, quanto eſt grauius altero. 130
peccatum ex certa malitia, grauius eſt peccato ignorantiæ. 129
pede terram tangere maleficæ, non permittatur. 187
pœna damni, & ſenſus. 256
pœna filiorum hæreticorum 134
pœna ſpiritualis triplex. 138
pœna etiam mortis, criminoſis inflictæ, ſi patienter & in gratia ſuſtineantur ſunt ſatisfactoriæ. 138
pœna ſortileg. 135
pœna relapſi datur, cui poſt purgationem canonicam in eandem ſpeciem hæreſis inciderit. 456
pœnitentia danda quibuſdã abiuratis. 457
pœnitentia 40. dierum imponitur diuinatoribus, & maleficis occultis. 349
petenda eſt copia appellationis

nis. 497
Perfidia in Chriſtiano hære ſis dicitur 354
Perſonæ honeſtæ quæ ſint 379
Periculum graue in publica tione nominum. 389
Periodum hominis poteſt dæmon naturaliter ſcire. 183
Periuri teſtes eſſe poſſunt 376
Philocaptionis, remedia ſeptem 307
Philocaptio ex triplici cauſa oriri poteſt 306
Philocaptus opere dæmonũ quomodo cognoſcatur. 307
Pili maleficę omni ex parte abraduntur in tormentis 410
Pii papæ tempore caſus. 154
Apiromantia, fit in igne. 144
Poſt abiurationem, abſoluendus eſt maleficus a ſententia excommunicationis. 452.459
Poteſtas quando diabolo propter peccatum datur, non ceſſat ceſſante peccato. 282
Poteſtas dęmonum quinque modis impeditur 158
Poteſtas clauium maxima. 299
Potentia perſonarum atten denda 389
Porphirii opinio. 96
Prædicator cautè de mulieribus loquatur, propter beatam Virgnem. 70
Prædicatores 4. debent populo prædicare. 8
Præſtantii pater imaginatio 312
Præſtigioſa illuſio duplex. 223
præſtigium quid. 101
Vnde dicatur. ibid.
Tripliciter poteſt fieri. ibid.
Primum peccatum diffundi tur ſuper actum venereũ. 210
Princeps Rhęni. 271
Priuatus ſuffragiis eccleſię in quibus malis incurrat. 216
Priuilegium unius, non facit legem communem. 287
Probationes leuiores ſufficiunt ad præſumendum non autem ad condemnã dum. 373
Probationes in criminibus debent eſſe luce clariores 373
Pro manifeſta deprehenſa in hæreſi maleficarum eſt habenda. 401
Proceſsi inchoatio cõtra maleficos tripliciter fit. 366
Proceſsi inchoatio communis, ſecundum famam publicam

blicam 186
proceſsi inchoatio per denũtiationis modum 370
procedere per uiam pietatis quando, & quomodo 452
profugus aut fugiens comparendo, & hęreſim adiurando; ſi relapſus non fuerit admittatur 480
pertinaces per annum in excommunicatione, uelut hęretici condemnandi 273
Contra impediẽtes officium inquiſitionis
propria confeſſione, quomodo quis condemnetur 441
proportio nulla, inter ſub ſpiritualẽ & corporalem 37
prudentia eſt recta ratio contingentium 116
producti opere dæmonum ſilij eius, cuius ſemen ſunt generati 345
pueri aliquando a matribus opere dęmone ſubtrahuntur 345
pueri ex malefica paſſione oblati Diabolo etiam in adulta ætate ſe a dæmonibus liberari poſſunt. 257
puellæ lindaruen conſtantia 308
pueros capere poſſunt maleficę opere Dęmonum.
puellæ pulchros crines habentes magis a dæmonibus uexantur. 29
puella pluuiam, & tempeſtatem concitans. car. 259
punKer Malefica 271
punitio ſi patienter non ſuſtinetur, eſt ad uindictam car. 137
punitio temporalis propter alienam culpam 258
purgatio canonica quando indicenda 455
Et quomodo fienda
purgare ſe trina, uel quarta manu ordinis ſui quomodo intelligitur 437

Q

Quare dæmones ſe incubos faciat 35
Quare prius homo exorcizetur, poſtea baptizatur. 327
Quare cometæ in morte regum apparent 81
Quando quis effectum maleficialem conſequitur, ſine expreſſo pacto cũ Dæmone inito 262
Quatuor in Aduocatura iudice obſeruanda 391
Quatuor modis malefica cõuinc

uinci poteſt 395
Quatuordecim ſunt ſpecies ſuperſtig.car. 140
Quantitatis & ſubſtantiæ differentia 196
Quæ moleſtant delatum in tormentis 414
Quæ tolleranda 294
Quæſtionatus de infamia ſi nihil concedit pro immuni habeatur 439
Quæſtiones ſunt fallaces 440
Quæſtiones ſunt fallaces, & ſæpius inefficaces 445
Quærere mulierem per fluuium 73
Qui in ſomnis de nocte uehuntur non feruntur a propris animabus 189
Qui per annum in excommunicatione perſiſtit uelut hæreticus condemnandus 428.430
Quibus manifeſtantur nomina teſtium 390
Quid ſit ſummariæ procedere 378
Quid ſit ſapere heręſim manifeſte 360
Quinque ſunt impedientia ne malefici maleficialē effectum cauſam 340
Quinque modis cognoſcitur an aliquis modus ſit ſuperſtitioſus aut debitus 342
Quinque modis poteſt Dæmon aliquem illudere. 102
Quinque perſonæ ad minus adſint in teſtium examinatione 380
Quod multis modis uidetur non poteſt omnino falſum eſſe 35
Quo tempore ſint faciendæ interrogationes 414

R

RAro inuenitur confeſſa, impenitens 467
Rationibus probatur demonum opera homines localiter transferri 188
Recipientes hæreticos. car. 274
Recipiendi apoſtolos modus 501
Receptores & fautores hæreticorum 134
Recipiens maleficum ad deuaſtationem alicuius caſtri an ſit maleficarum receptor, fautor, & defenſor
Receptores hæreticorum in duplici genere ſunt. 494
Regna uacua propter coniunctionem Iouis & Saturni 50
Regula infallibilis iudicandi

di iudici non poteſt aſſignari. 452
Relapſus quomodo quis eſſiciatur. 419
Relaptio hominum militum ordinis Hieroſolymitani. 311
Remedia pro maleficatus duplicia. 304
Remedium contra maleficus tribus modis illicitum. 285
Remedium contra incubos & ſuccubos. 297
Remedia pro a dæmone obſesſis ſunt exorciſmi eccleſiæ, confesſio ſacra communio ſacrorum uiſitatio ab excommunicatione abſolutio & oratio 314
Remediatur maleficis, ſine ſuperſtitione. 290
Virtute uniuerſali maleficiũ non poteſt amoueri. 291
Remedium ſuperſtitioſum tollerandum. 292
Remedium eccleſiaſticum ponitur pro maleficiatis. 305
Remedia illicita, aut ſimpliciter, aut ſecundum quid. 390
Remedia licita, ab illicitis quomodo diſcernuntur. 491
Remedia quædam illicita contra grandines. 337
Remedia duplicia pro maleficiatis. 354
Remedio uano uti ad maleficium tollendum eſt illicitum ſecundum Thomam. 284
Remedia quædam iudici ꝓponetur ad ueritatem cognoſcendam. 412
Remedia ſuper maleficiatis ad amorem uel odium. 309
Remouens, & prohibens, eſt mouens ſicut accidens, 13
Reſpectus iudicis in iudicando. 487
Reuelatio angeli quando fiat. 143
Roſa flos ueneris. 75
Rex Babilonis quare ſtetit in biuio. 349

S

Sacerdos non bene diſpoſitus quid agat. 332
Sacerdos friſynſen uehitur. 187
Sacerdos quidam a dæmone oppreſſo. 134
Sacerdos maleficatus nomine Paſlhelim. 184
Sacra uerba corpori alligata a maleficiis præſeruant. 162

Sagittariorum & alii armorum incantantore pœna 495
Salomon diis ſuarum uxorum quare reuerentiā exhibuit 495
Saluia putrefacta, quomodo tempeſtatem cōcitet 15
Sacramētorū & ſacramētalīū abuſio triplici ex cauſa 207
Samuel qua uirtute ſuſcitatus car. 142
Sanctorū ſciētia excreſcēs etiam artes Dęmonū ortæ 20
Sanctorum reliquię uirtus. 324
Sanguis occiſi hominis quare ad præſentiam interfectoris emanaat 16 25
Sanguinei ſunt benigni. 50
Sapiens dominabitur aſtris quomodo 50
Saturunus dominatur plumbo 290
Saturni uirtus ſuper plūbū. car. 254
Satius eſt mori famę, quam idolatricis ueſcis, car. 133
Satyri genera Dæmoniorū ſunt 34
Saulis ultio unde 288
Secularis poteſt ſine epiſc. & inqui. licētia de crimine hæreſi, iudicare nō poteſt 276
Sententia abſolutionis cōtra totaliter immunem 432
Sententiandi formula contra præciſè diffamatum. 435
Sententia hæreticis pœnitētibus danda 458
Sententiandi modus cōtra confeſſam relapſam ſed pœnitentem.
Sententiandi ad quæſtionē modus 404
Sentētia diffinitiua quomodo ferenda 422
Sententia, non niſi in cōuictū aut ſpontè cōfeſſum non fertur 422
interlocutoria Diffinitiua, & præcepti
Senſus interiores nō illudūtur. car. 213
Senſus cōmunis & alii iuteriores immutantur. 213
Sereni ſentētia de Diaboli poteſtate. car. 215
Sententia non feratur ſub conditione 423
Sententia contra uehementer ſuſpectum 447

Sententia in eo qui uarius eſt in confeſſionibus. 439
Seuerus D.Martini diſcipulus 232
Septem decem uiginti & triginta teſtes aliquando in purgatione canonica requiruntur 437
Septem metalla ex ſeptem planetis 290
Sex cauſæ quibus obſeſſus ꝑ exorciſmos liberatur. 331
Sexta feria dies ad crimina detegenda 415
Semẽ emiſſum per nocturnã pollutionem,nõ ita colligit dæmon ſicut deciſum. 201
Semiplena probatio 24
Seuiendi facultas Diabolo non datur ubi malefica nõ cõcurrit 264
Signa mendacia quando. 226
Signa malorũ in fidei nocumentum 226
Signa diuinæ uolũtatis ſunt quinque.car. 152
Signo crucis ſe munire quantum ualeat.car. 158
Sicut propoſitum in propoſito ita oppoſitũ in oppoſito 168
Simpliciter & de plano in cauſa fidei procedendum 497
Siluani & fauni cũ mulieribus extiterunt 34
Syderi cœli ſu ꝑ lib.ar.hominis dominium non habẽt 52
hominis peccatum ex liber. arbitr. procedit. 46
homines hominibus Dęmones dęmonibus pręſunt. 41
hominem in gratia cõſtitutũ poteſt Diabolus inhabitare 231
homines a Dæmonibus procreari 33
humida bene recipiunt, & male retinent. 83
hyppocratis ſententia laudatur 50
Symon magus incantationibus uſus eſt 108
Symoniacus non eſt hæreticus ſecundum iura 358
Sine culpa non eſt quis puniendus,niſi ſubſit cauſa 138
Sine culpa,niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniẽdus 256
Si per quæſtiones quis quædam confitetur abiurabit ea,& alia propter quæ deprehenſus erat 442

Socii Diomedis nō uere in aues conuerſi 221
Scoti opinio de maleficio tollendo per aliud 283
Socrates duas uxores habuit 72
Sol ſuper aurum ſuam uirtutem oſtendit.
Solutio maleficiorū aliquādo eſt, aut nobis ignota, aut illicita 104
Somniare de aqua uel de aliquo liquore ſignū eſt flegmatis 142
De terreis, ſignum eſt melanconiæ.
De igneis, ſignū eſt coloræ
De uolatu ſignum eſt ſanguinis 143
Specula noua impuritatem contrahunt ex mulieris menſtruatę aſpectu 21
Spina, oſſa, & alia per opus naturę quadam muliere emiſſa 253
Spiritus immundus tot eſſe quot i hominibus ſtudia 10
Suffragiorum Eccleſię cōmoda 316
Super actum uenereum quare diabolus magis maleficia exercitat 36
Superſtitionis ſpecies 14
Superſtitio prima die Maii practicata 337
Superſtitio eſt religio ſupra modum ſeruata 323
Superſtitio multa narrātur. 323
Summarium procedēdi cōtra maleficos 367
Suſpectus de uiolenti, hęreticus habendus 430
Suſpectos & diffamatos ſētētiandi modus 454
Suſpectus de uehementi generaliter abiuret 429
Suſpectus publice abiurare debet 44?
Suſpicio uehemens quæ ſit & quomodo tollatur. 426
Suſpicio uiolenta quę ſit 436 430
Suſpecti de Hęreſi maleficarum ſunt in triplici genere 428
Suſpicio triplex 424
Suſpicio temeraria, probabilis, & uiolenta 424
Suſpectus uiolēter de hęreſi quomodo, quis efficitur 448
Contra quem non admittitur defenſio 449
Sed ut hæreticus cōdemnādus 449
Suſpicio uehemēs ex dictis teſtium inſurgit 374
Statio ſolis ſub Ioſuæ unde 207

Staſſi hæreſiarchæ cõfeſſio. 267
Stella cometa eſt impreſſio calida, & ſicca 51
Stella in tranſitu D. Thomæ, quomodo formata 52
Stimulus datus Paulo, qui fuerit 139

T

Taciturnitatis maleficæ Haganoæ 411
Taciturnitas maleficę unde oriatur 411
Tenor condemnandi confeſſam & relapſam acim pœnitentem 469
Termini peremptorii aſſignatio 500
Terminus eſt aſſignandus præfixè pro appellatione 499
Theologi & canoniſtæ cõcordia in tollendo maleficium, per ſuperſtitioſa, & uana opera 283
Teſtes coram delato adducendi 414
De teſtium inimicitia, iudex per ſe inquirere tenetur 374
Duo teſtes quando ſunt concordes 374
Quid faciendum
Teſtes duo quando ſunt cõcordes quid faciendum 374
Teſtes ſingulares uon ſufficiunt in cauſa hęreſis 374
Teſtes pluries examinari poſſunt 375
Teſtes cogendi ſunt in cauſis eccleſiaſticis 375
Teſtes infames, criminoſi, ſerui admittuntur ad teſtificandum contra, & non pro, in cauſa fidei 376
Teſtium conditiones 376
Duo teſtes legitimi nõ ſingulares ſufficiunt 373
Duo teſtes de iuris equ:tate non ſufficiunt in crimine hæręſi 373
Teſtes duo in materia hæreſis non ſufficiunt 337
Teſtis citatus, & iuratus eſſe debet 380
Traditur brachio ſeculari abiuratus de hæreſi uehementer, non autem leuiter tantum 462
Tradendus brachio ſeculari prius omni eccleſiaſtico ordine eſt denudandus. 463
Transferri per aerea, dormiendo & uigilãdo poſſunt habere 187
Trãſmutatio per maleficos

qui-

quibus cauſis fiat. 9
Ttrasmutatio ſubſtãtialis, & accidentalis. 220
Tria ſunt in homine uoluntas, intellectus, & potentiæ. 163.78
Tria ſunt quæ a cauſis cæleſtibus dirigi poſſunt. 161
Tria attendant facere iudex cũ delatus omnia negat 384
Tria uitiorum genera ĩ malis mulieribus. 76
Tria in rerum natura ſunt, quæ medium tenere neſciunt, lingua eccleſiaſticus, & fœmina. 67
Tria ſunt ſimul tempore. 125
Tria in captione maleficæ ſeruanda.
Tria ſunt genera hominũ quibus maleficę nocere, non poſſunt. 161
Tribus modis aliquis deprehenditur hæreticus. 385
Triginta dies ad Apoſtolos exibendum. 498
Tripliciter quis in hęreſi deprehenditur. 10
Tollat iudex grauamẽ, cum iniuſtè delatum aggrauauerit. 498
Tolliẽ maleficium uel licitis, uel illicitis remedijs 489
Tortura facit mentiri 440
Tormenta cõtinuanda, nõ iteranda. 407
Tormẽta non iterantur, niſi ſupueniant indicia noua. 407
Torrores Dei, ſunt Dæmones. 266
D. Thomę & Auicenę ĩ numero & officiorum ſenſuum interiorum diſſidium 82
D. Thomas caſtitatis donũ habuit. 165

V

Vacas malef. inficiunt. 260
Vana uanis retundere, toleratur aliquando ſecundum aliquos. 284
Vana peccata inter cognatos. 303
Vbi maior culpa, ibi & pœna maior 41
Ventos cõcitant dæmones 265
Grana catapuciæ uẽtoſitatem generat. 300
Verba tituli ſanctę crucis, quantę ſint efficacię. 162
Verba decreti in fauore inquiſitorum 368
Vanitatem multi faterẽtur niſi metu malis retracte

 rentur

rentur 406
veſte liuida ad modũ ſcapularis monaci induitur ab iuratus 453
Vetularũ aſpectus ueneno-ſus 21
Violẽta ſuſpicio ſufficit ad condemnationem 11
Violenta ſuſpicio ad cõdẽ nationẽ ſufficit & eſt duplex 424.430
Violenta ſuſpicio ex cõuincentibus cõiecturis oritur 487
Vnguẽtũ ex membris puerorũ, quo malefici trãſferuntur localiter 190
Vinum dulce in febricitãte a marum uidetur, ꝓpter linguę infectionem 100
Viſio duplex 196
Viſio corporalis 197
Vultu, hominis ſecretum cognoſcitur 197
Viſitatores Maleficarũ infames 289
virgo quędam orationem, & ſigno crucis hominẽ à maleficio liberauit. 321
Vir aliquãdo, quare uxorẽ uidere non poteſt 109
Viri ueſtibus mulierũ quare indui non debent 346
virtus ſpiritualis fortior ẽ uirtute corporali 189
Virtutis Angeli quare dicit infinita
Virtus uerborũ eſt ex diuina inſtitutione 337
Virtus iſtorum uerborum. Verbum caro factũ eſt. 161
Virtus Dęmonis naturalis oĩa corporalia excedit. 189
vniuerſi ꝑfectio in quo cõſiſtat 121
Vnum & ens cõuertuntur. 88
vnũquodoque ĩ ſua natura relinquit ordine diuinę prouidentiæ 123
Volũtas Diuina multipliciter dicit, quo ad operationis 152
Volũtas metaphorica, eſt uoluntas ſigni 142
Volũtas per peccatũ uelu ti nauis abſq; gubernaculo 87
Vſus exorciſmi, nõ erat in eccleſia primitiua 332
Vsũ actus carnalis impedit Diabol⁹ & quomo. 94
vſu rationis carere multipliciter 315
Vſus uerborũ Domini ſuꝑ ęgros manus, quomodo practicãdus 322.324
Vti uerbis iocoſis cũ Dęmonibus periculoſum 317
Vtendum & cõſilio in iure peritorum ĩ cauſa hęreticorum & maleficarũ 367

Vxor

Vxor qundo propte r ſuſpicionem formicationis poteſt dimitti 424

X

Xpi corpus in luto cõculcare poteſt aliquãdo ſine errore intellectus fieri 349
Xps ſupra pinaculum tẽpli a diabolo in momento portatur 188

Z

Zelus animarum ſacrificium Deo acceptũ. 347
Zoroaſtes artis magicæ, & mathematicę primus inuentor 19

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TABVLA QVAESTIONVM TOTIVS OPERIS PRIMAE PARTIS.

QVAESTIO I. An aſſerere maleficas eſſe ita catholicum quod eius oppoſitum pertinaciter defendere ſit hæreticũ. c. 1.

Quæſtio ſecunda. Quod ad effectum maleficialem, ſemper habeat dæmō cũ malefico concurrere, uel quod alterum ſine adminiculo altetius talem effectum poſſit producere. car. 14

Quæſtio tertia. An catholicum ſit aſſerere quod effectus per incubos & ſuccubos dæmones ſic procurãtur, quod etiam ueri hominis in multiplicationem & originem maleficorum per tales dęmones procreantur. car. 29.

Quæſtio quarta. An catholicum ſit aſſerere quod actus incuborum & ſuccuborum dęmonum, tantummodo infimis ſpiritibus conueniat. car. 40

Quæſtio quinta, an quoquo modo poſſit catholicè cenſeri, quod origo & multiplicatio maleficorum operũ ex influentiis procedat corporum cœleſtium, abſque adminiculo dęmonum, ſeu a ſubſtantiis ſeparatis, ut ſunt motores orbium cœleſtium, ſeu etiam a malitia hominum concurrente ad uoces, & uerba quęcunque ſtellarum. car. 46

Quæſtio ſexta, quo ad maleficos cum Dæmonibus concurrentes, cur mulieres amplius inueniantur hac hæreſi infectę quàm uiri, cuiuſmodi etiam mulieres præceteris ſunt inuolutę declaratur per quinque, ſequentes quæſtiones. car. 66

Quæ-

Quæſtio.7.An maleficæ uirtute Dæmonum mentes hominum ad odium, uel amorem inordinatum incitare ualeant,& de modo proponendi huius modi materia in Sermonibus ad populum. car.78
Quęſtio 8.An generatiuam potentiam ſeu actum uenereum impedire, & maleficiare poſſunt, cum quadam incidentali quæſtione,cur interdum actus ille impeditur reſpectu unius,& non reſpectu alterius perſonæ. c.91
Quæſtio 9.An prǫſtigioſa illuſione membra uirilia quaſi ſint a corporibus euulſa auferre ſolent,cum aliis difficultatibus annexis. car.98
Quæſtio 10.An homines in beſtiales formas poſſint trãſmutare cum alia incidentali quæſtione. c.105
Quæſtio 11.De obſtetricibus maleficis conceptus in utero,& extra diuerſi modi interimentes. c.113
Quæſtio 12.An Diuinam permiſſionem in operibus maleficarum commẽdare ita ſit catholicum quod eius oppoſitum.ſ. illam redarguere omnino ſit hæreticum. car.115
Quæſtio 13.Super duas diuinas permiſſiones,circa caſum Diaboli,& primorum parentum ex quibus cuncta maleficarum opera iuſte permittuntur. c.123
Quæſtio 14.An pręmiſſis non obſtantibus peccata maleficorum grauiora ſint peccatis malorum Angelorum, & primorum parentum,& quod grauiſſima merentur pœnas etiam in præſenti quęſtio.quidem tota prædicabilis. car.128
Quæſtio 15.an propter peccata maleficorum innoxii ſæpe maleficantur,& interdum propter peccata propria. car.136.
Quæſtio 16.An Hæreſis maleficarum omnes alias ſuperſtitionis ſpecies excedat. car.140
Quæſtio 17.eſt declaratiua 14. grauitatem criminis ad peccata quæcunque Dęmonum comparando. c.145
Quæſtio.18.Contra quinque argumẽta laicorum, quod Deus non permittit tantam poteſtatem Diabolo, & Maleficis,& annectitur hęc quæſtio primæ. c.143

Secun-

SECVNDAE PARTIS.

Quæſtio. 1. An quis poſſit per Bonos Angelos ita beneficiari, quod a maleficis & Demonibus non poſſit maleficiari, & continet. 16. cap. car. 156

Primum cap. De diuerſis medijs, quibus Dæmones ad augumentum illius perfidiæ alliciunt per Maleficas innoxias & honeſtas puellas. c. 169

2. De modo ſacrilegæ profeſſionis earum, et de Homagio Diabolo præſtando. c. 178

3. De modo quo de loco ad locum transferuntur. c. 185

4. De modo quo ſe incubis dæmonibus ſubijciunt. car. 193

Qualiter ex iis multiplicantur.

An ſemper cum feminis deciſione incubus maleficam aggrediatur. c. 201

An potius uno quàm alio tempore, aut loco. c. 202

An uiſibiliter illas ſpurcitias agitent cum maiori uel minori uenerea delectatione. c. 203

An incubi tantummodo mulieres ex eorũ ſpurcitiis procreatas aggrediantur. c. 204

5. De modo generali quo per ſacramenta eccleſię maleficia exercentur & de Sex modis quibus omnibus creaturis (corporibus cœleſtibus, exceptis ueras) infirmitates licet non ueras ſanitates, uirtute naturali inferri poſſunt. c. 205

6. De modo quo uim generatiuam impedire ſolent. c. 210.

7. De modo quo membra uirilia auferre ſolent per operationis modos, ut ſcias quæ tacta ſunt in queſtio. 8. primæ partis potentiam faciendi tangere. c. 213

8. De modo quo homines in beſtiales formas tranſmutant. c. 218

9. De modo quo Dæmones intra corpora, & capita ſine læſione exiſtunt, dum præſtigioſas operanturt tranſ- muta-

mutationes 222
10. De modo quo Dęmones per maleficarum operationes ſubſtantialiter homines inhabitant. c.230
11. De modo quo omne genus infirmitatis in generali inferre poſſunt. c.240
12. De modo in ſpeciali quo hominibus grauiores infirmitates inferunt. c.246
13. De modo quo obſtetrices maleficæ præ omnib. aliis maiora damna inferunt dum infantes, aut interimendo, aut execrando Dæmonibus offerunt. c.251
14. De modo quo iumentis uaria nocumenta inferunt. c. 260
15. De modo quo grandines & tempeſtates concitare, ac fulgura fulminare ſolent. c.265
16. De tribus modis quibus uiri, & non mulieres maleficiis afficiuntur. c.270
Quæſtio 2. Vtrum ſit licitum maleficia aut per alia, aut per illicita tollere & continet 8. cap. c.281
primum caput. De remedio eccleſiaſtico contra incubos, & ſuccubos Dæmones. c.295
2. De remediis pro his qui circa uim generatiuam maleficiantur. c.301
3 De remediis contra maleficiatos ſuper amorem, uel odium inordinatum. c.301
4 De remediis cum præſtigioſa arte membra uirilia auferuntur, & cum homines, in beſtiales formas tranſmutantur c.305
5 De remediis contra obſeſſos ex maleficio c.313
6 De Exorciſmis Eccleſiæ contra quaſcunque infirmitates a maleficis illatas, & de modo exorcizandi. car. 320
7 De remediis, contra grandines & fulmina & pro iumentis maleficiatis. car.337
8 De remediis contra quaſdam occultas Dęmonum infeſtationes, & pro illis qui ſe Dæmonibus, intuitu alicuius commodi temporalis totaliter deuouiſſent. c.344

TER-

TERTIAE PARTIS.

Queſtio generalis & introductoria quis ſit competens maleficarum iudex c.348
Quæſtio, 1. Quis ſit modus competens iudici ad inchoandum proceſſum fidei contra maleficos car.348
Quæſtio 2. De numero teſtium car.353
Quæſtio 3. Vtrum iudex poſſit compellere teſtes ad iurãdum dedicenda ueritate in cauſa fidei,& quotiens poſſint examinari c.375
Quæſtio 4. De conditionibus teſtium c.375
Quæſtio 5. An inimici capitales ad teſtificandum admittantur c.376
Quæſtio 6. De continuatione proceſſi qualiter teſtes ſunt citandi & interrogandi. c.378
Interrogatoria ſuper teſtes c.379
Interrogatoria generalia ſuper maleficum, aut maleficã. c 381
Interrogatoria particularia ſuper eoſdem c.382
Queſtio 7. Varia dubia declarans ſuper præmiſſa interrogatoria, & reſponſiones negatiuas, & an delata ſit, incarceranda, & quando pro manifeſtè deprehenſa in hæreſi maleficarum ſit habenda c.384
Quæſtio 8. De modo capiendi, & incarcerandi. c.386
Quæſtio 9. An Deponentium nomina ſint ei poſt captionem manifeſtanda. c.388
Quæſtio 10. Qualiter defenſiones ſint concedendæ cum deputatione aduocati c.391
Quæſtio 11. Quid faciet aduocatus cum ſibi nomina teſtium non publicantur c.393
Quæſtio 12. Qualiter inimicitia capitalis, inter delatum & teſtes inueſtiganda c.357
Quæſtio 13. De his quæ habet iudex aduertere, ante locum carceris & torturæ, & ne ſit facilis ad exponẽdum maleficam tormẽtis torturæ propter maleficium taciturnitatis c.401

Quæ-

Quæſtio 14. De ſententiandi delatum ad quæſtiones, & quomodo prima die ſit quæſtionanda, & an poſſit conſeruationem uitæ compromittere. c.404
Quæſtio 15. De cõtinuatione tormentorum & ſignis quibus malefica cognoſcitur, quomodo ſit abradenda, & de uariis cautelis ſuper maleficium taciturnitatis. c.407.
Queſtio 16. De tempore, & ſecundo modo interrogandi, atque de cautelis extremis a iudice obſeruandis. c.414.
Quæſtio 17. Super purgationem uulgarem & præcipuè ſuper examen candentis ferri ad quod maleficas appellant c.418
Quæſtio 18. De his quæ iudex obſeruare debet tã in ſententia interlocutoria quàm diffinitiua. car.422
Queſtio 19. Quot modis iudex poteſt delatum habere ſuſpectum, & ſuper quibus ſententiam facere poteſt c.424
Quæſtio 20. Quomodo ſit ſententia ferenda ſuper perſonam totaliter immunem c.431
Quæſtio 21. De ſecundo modo ſententiandi delatum, diffamatum tantummodo c.435
Queſtio 22. Super tertium modum ſententiandi diffamatum, & queſtionibus exponendum. car.438
Quæſtio 23. Super Quartum modum ſententiandi ſuſpectam de hereſi leuiter. car.442
Quæſtio 24. De modo ſententiandi uehementer ſuſpectam c.444
Quæſtio 25. De modo ſententiandi uiolenter ſuſpectum c.448
Quæſtio 26. De modo ſententiandi debite ſuſpectum, & diffamatum c.454
Quæſtio 27. De modo ſententiandi cõfitentem hæreſim pœnitentem non relapſam. c.458
Queſtio 28. Qualiter ſententianda ſit relapſa probabiliter, ſed pœnitens c.462
Quæſtio 29. De ſententia inferenda relapſæ confeſſæ ſed impenitenti. c.467

Quæſtio 30. Super hæreſim confeſſam & relapſam & impœnitentem. c.469
Quæſtio 31. Super conuictum, & deprehenſum omnia tamen negantem. c.472
Quæſtio 32. Super conuictum & fugitiuum, uel ſe contumaciter abſentatem. c.477
Quæſtio 33. Super delatam ab alia malefica incinerata, uel incineranda qualiter ſit ſententiandum. c.483
Quæſtio 34. De modo, ſententiandi maleficam maleficia tollentem, & ſuper maleficas obſtetrices, & maleficos ſagittarios. c.450
Quæſtio 35. Super modos ſententiandi maleficos quoscunque friuolè, aut etiam iuſte appellantes. c.497

FINIS.

AVCTORES EX QVIBVS HOC OPVS DESVMPTVM eſt,& ab Auctore citati.

DIoniſius Areopagita
Ioan.Criſoſtomus.
Ioan.Caſſianus.
Ioan.Damaſcenus.
Heraclides.
Hilarius.
Auguſtinus.
Gregorius papa primus.
Iſidorus epiſ.Hiſpalenſis.
Itinerarium Clementis.
Remigius.
Albertus Magnus.
Thomas Aquinas.
Bernardus Abbas.
Bonauentura Cardin.
Antonius archiep.Florent.
Petrus de Bonauentura
Petrus Damianus.
Nicolaus de Lyra.
Gloſa ordinaria.
Paulus Burgenſis.
Magiſter Hiſtoriarum.
Magiſter Sententiarum.
Vincentius Beluacenſis.
Guhelmus Pariſienſis
Petrus De Palude.
Petrus de Taranthaſia
Scotus.
Guido Carmelita.
Alexander de Ales,
Ioan.Nider.

Rabbi

Rabbi Moyſes.
Compendium Theologicæ ueritatis.
Vitę Sanctorum Petrum.
Concilia.
Iura Canonica.
Boethius.
Hoſtienſis.
Gratianus.
Thomas Brabantinus.
Raymundus.
Vbertinus.
Gotffredus.
Cæſareus.
Bernardus.

Alii etiam ſunt (amice lector) quicquid auxilii Maleficorum, & Dæmonis naturę cognitionem appetentibus, præſtare ualeant: tuo calculo relinquimus diiudicandum, quorum nomina hæc ſunt.

Michael Pſelus. De natura Dæmonum.
Martinus Plauſc Epiſc. Tubingæ. De Maleficiis.
Aſteſanus ord. Minorum. in ſumma de caſibus.
Bartholomæus de Spina ord. Prædicat. De Strigibus.
Ioan. Franciſcus Picus Mirandulanus. De Ludificatione Dæmonum.
Conſtantinus Parentinus: Seruita, de Incubis & Succubis.
Paulus Girlanda de caſtellione, de Sortilegiis & tortura ſortileg.

Acta & practica Inquiſitorum.

MALLEI MALEFICARVM

Tria continens, quæ ad Maleficium concurrunt, ut ſunt, Dæmon, Maleficus, & Diuina permiſſio.

An maleficium ſit. QVAESTIO PRIMA.

VTRVM aſſerere maleficos eſſe, ſit adeò catholicũ, ꝙ eius oppoſitũ pertinaciter aſſerere, oĩno ſit hæreticũ. Et arguit quod nõ ſit catholicũ quicq̃ de his aſſerere. 26. q. 5. epiſcopi. Qui credit poſſe fieri aliquã creaturã aut in melius deteriusve trãſmutari, aut in aliã ſpeciẽ uel ſimilitudinem trãsformari q̃ ab ipſo oĩum creatore pagano, & infideli deterior eſt. Talia ãt referunt fieri a maleficis, iõ talia aſſerere nõ eſt catholicũ, ſed hęreticũ. Pręterea nullus effectus maleficialis eſt in mũdo, Probat. Quia ſi eſſet, operatione dæmonũ fieret. Sed aſſerere ꝙ dęmones pñt corporales trãſmutatiões aut impedire aut efficere nõ videtur catholicũ, quia ſic perimerẽ poſſent totũ mundũ. Pręterea oĩs alteratio corporalis, puta circa infirmitates aut ſanitates procreãdas reducit in motũ localẽ patet ex 7. phyſi. Quorũcunq; eſt motus cęli. Sed dęmones motũ cęli uariare nõ pñt. Dionyſius in epiſ. ad Polycarpũ. Quia hoc ſolius Dei eſt. Ergo uidetur ꝙ nullam trãſmutationẽ ad minus uerã in corporib. cauſare pñt, ꝙ neceſſe ſit hmõi trãſmutationes in aliquã cauſam occultã reducere. Præterea ſicut opus Dei eſt fortius q̃ opus diaboli, ita & eius factura. Sed maleficiũ ſi eſſet in mũdo, eſſet utiq; opus diaboli cõtra facturã Dei, ergo ſicut illicitũ eſt aſſerere facturã ſuperſtitioſam diaboli excedere opus Dei, ita illicitũ eſt credere, ut creaturę & opera Dei in hoĩb. & iumentis ualeãt uitiari ex operib. diaboli. Pręte. id qđ ſubiacet uirtuti corpali, nõ hẽt uirtutẽ imprimẽdi in corpora, ſed dæmones ſubdunt uirtutib. ſtellarũ qđ

poteſt eo quod certi incantatores conſtellationes determinatas ad inuocandum dæmones obſeruant, ergo non habent uirtutem imprimendi aliquid in corpora, & ſic multo minus maleficæ. Item dæmones non operantur niſi per artem. Sed ars non poteſt dare ueram formam Vnde in c. de minerij, dicitur. Sciãt auctores alchimiæ ſpecies tranſmutare non poſſe, ergo & dæmones per artem operantes ueras qualitates ſanitatis aut infirmitatis inducere non poſſunt, ſed ſi uere ſunt, habent aliquam aliã cauſam occultã abſque opere dæmonũ & maleficiorũ. SED CONTRA in decre. 33. q. p. Si per ſortiarias atq; maleficas artes nonnunquã occulto iuſto Dei iudicio permittente, & diabolo præparante, &c. Loquitur de impedimẽto maleficiali quo ad actus coniugales tria concurrere, ſcilicet maleficam diabolum & Dei permiſſionem. Præterea fortius agere poteſt in id quod eſt minus forte. Sed uirtus dæmonis eſt fortior uirtute corporali. Iob. 40. Nõ eſt poteſtas ſuper terram quæ ei ualeat comparari, qui creatus eſt ut neminem timeret. RESPONSIO. Hic impugnandi ſunt tres errores hæreticales quibus reprobatis ueritas patebit. Nã quidã iuxta doctrinã sãcti Thomæ in 4. diſt. 24. ubi tractat de impedimento maleficiali; conati ſunt aſſerere maleficium nihil eſſe in mundo, niſi in opinione hominum qui naturales effectus quorum eſſentiæ ſunt occulte maleficiis imputabant. Alii qui maleficos cõcedunt ſed ad maleficiales effectus illos tantũmodo imaginare, & fantaſtice concurrere aſſerunt. Tertii qui effectus maleficiales omnino dicunt eſſe fantaſticos & imaginarios licet dęmõ cum malefica realiter cõcurrat. Horum errores ſic declarantur & reprobãtur. Nã primo omnino de hæreſi notantur per doctores in 4. præfata diſt. pręcipue per ſanctum Thomã in 3. art. & in corpore q. dicens illam opinionem eſſę omnino contra auctoritates ſanctorũ, & procedere ex radice infidelitatis. Quia ubi auctoritas ſcripturę ſacræ dicit ꝙ dæmones habent poteſtatem ſupra corporalia & ſupra imaginationem hominũ quando à Deo permittuntur, ut ex multis ſcripturę ſacræ

paſsibus

paſsibus notatur. Ideo illi qui dicũt maleficium nihil eſſe in mundo, niſi in exiſtimatione hominũ. Etiã non credũt eſſe dæmones, niſi in exiſtimatione uulgi tantũ, ut errores quos homo ſibiipſi facit, ex ſua æſtimatione imputet dæmoni. Et ꝙ etiam ex imaginatione uehementi aliquæ figuræ apparent in ſenſu tales quales homo cogitat, ꝙ & tunc creduntur dæmones uideri dicamus uel etiam malefici. Et quum hæc uera fides repudiat per quã angelos de cęlo cecidiſſe & dæmones eſſe credimus. Ideo & fatemur ipſos ex utilitate naturę ſuæ multa poſſe quæ nos non poſſumus. Et illi qui eos ad talia inducunt facienda malefici uocantur hæc ibi. Quia uero infidelitas in baptizato hæreſis nominantur, ideo tales de hæreſi reprehendũtur. Alii duo errores dæmones & eorum naturalem potẽtiã nõ negãtes, ſed in inter ſe quo ad effectum maleficialẽ & ipſam maleficam diſsidentes, inquantũ unus concedit maleficam realiter cooperari ad effectum, non tamen uerũ, ſed fantaſticũ. Alter uero per contrarium effectum realẽ in leſo concedens, ſed maleficã fantaſtice putat cooperari. Fundamentum errorum ex duobus paſsibus canon qui habentur 26. q. v. epi. ſ. ſumpſerũt, ubi primo reprehendũtur mulieres, quæ credunt ſe cum Diana, uel Herodiana nocturnis horis equitarę. Inſpiciatur ibi canon. Et quia ſepe fantaſtice & imaginarie talia ſolummodo fiũt, ideo & illi errantes, de oĩbus aliis effectibus ita fieri iudicant. Secũdo, quia ibi continetur ꝙ qui credit uel aſſerit poſſe fieri aliquã creaturã, aut in melius deteriusve immutari aut transformari in aliam ſpeciem, uel ſimilitudinem q̃ a Deo oĩm creatore, infidelis eſt, & pagano deterior. Vnde propter hoc, ꝙ ibi dicitur deteriuſve immutari dicũt, illũ effectum nõ eſſe realem in maleficato, ſed tãtũmodo fantaſticum. Sed ꝙ hi errores hæreſim ſapiant, & cõtra ſanũ intellectum canonis militãt, oſtenditur primo tam per legẽ diuinam q̃ etiam eccleſiaſt. & ciuilẽ, & hoc in generali demum in ſpeciali uerba canon. exprimendo, licet etiã in ſequẽti quæſtione clarius hoc deduceretur Nam lex diuina in plerisq; locis præcipit maleficas nõ ſolam eſſe uitã

das,ſed etiam occidendas,cuiuſmodi pœnas non imponeret ſi non ueraciter & ad reales effectus & læſiones cum dæmonibus concurrerēt.Mors enim corporaliter nō infligitur ſine corporali & graui peccato,ſed aliud de morte animæ quę fantaſtica illuſione ſeu etiā tentatione oriri poteſt.Hæc eſt ſententia S.Thomę in 2.diſt.7. in quæſtione.An uti auxilio dęmonum ſit malum. Nam Deutero. 18.præcipitur omnes maleficos & incantatores interfici Leuitici etiam.19.dicitur.Anima quæ declinauerit ad Magos & ad Ariolos & fornicata fuerit in eis ponam faciem meam contra eam & interficiā eam de medio populi mei, Et iterū.20. Vir uel mulier in quibus phytonicus uel diuinus ſpiritu fuerit,moriatur,& lapidibus obruēt eos.Et dicūtur phytones in quibus dæmon operatur miros effectus . Præterea hęc ſunt quod propter hoc peccatum Ochozias infirmus mortuus fuit.4. Regum.1. & Saul.2. Paralipo. 10.Diuinorum deniq; eloquiorum tractatores quid alius in eorum ſcriptis dicunt.2.diſt.7.& 8. tradiderunt de poteſtate demonū & magicis artibus eorū ſcripta inſpiciantur cuiuſcunque doctoris ſuper 2. librum ſent. & inueniet nullo diſcrepante magos & maleficos uirtute dæmonū permittēte Deo,miros affectus non fantaſticos poſſe producere.Taceo de uariis aliis locis,in quibus Sāctus Thomas diffuſe de huiuſmodi operib. pertractat ut in ſumma contra genti.lib.3.cap.1.& 2.in prima parte. q.114.argu 4.Et in ſecunda ſecundæ,q 92.& 93. Inſpiciantur deniq; poſtillatores & Gloſatores de Magis Pharaonis.Exod.7.Inſpiciantur & dicta Auguſtini. 18. de ciuitate,Dei cap.17.Et in ſecundo de doctrina chriſtianā . Similiter aliorum doctorū quibus omnibus cōtradicere ualde abſurdum eſt , nec a uitio hęreſi excuſari poteſt. immo in iure hæreticus cenſetur quicunq; erat in expoſitione ſacrę ſcripturę,24.q.1.hæreſis. Et quicunq; aliter ſentit de his quæ fidē cōcernunt quam Romana tenet eccleſia.e.c.& q.Hæc eſt fides quod deniq; contra ſanum intellectum canonis militant oſtenditur per legē eccleſiaſticam,Nam & canones doctores ſuper c.Si per ſortiarias

& maleficas artes.24.q.1.& extra de frigidis & maleficiatis, quid aliud procedunt niſi de maleficiali impedimẽto circa act⁹ cõiugales declarare quo dirimit cõtractũ aut cõtrahendũ matrimoniũ. Dicunt.n.ſicut & Tho.in 4.ubi ſupra q̃d ſi maleficiũ ſuperueniat matrimonio ante carnalem copulã, tũc ſi eſt ꝑpetuũ impedit & dirimit matrimonũ contractũ, cuiuſmodi ſentẽtia nõ daretur ſuper illuſoriũ & fantaſticũ effectũ, ut de ſe patet. Videat Hoſti.in ſumma copioſa, ſimiliter Gotfri. & Raymun. qui etiã nulli bi legũtur difficultaſſe. An talis effectus poſſet cẽſeri imaginarius & nõ realis, ſed hoc tãquã ꝑ ſe notũ relinquebãt & quo poſſet cẽſeri ꝑpetuus uel tẽporalis declarãt ſi poſt trienniũ duraret nec dubitabãt an imaginarie ꝑ maleficã ſeu illuſorie intromittetur. Sed q̃d uere & realiter põt talis defectus procurari uirtute dæmonis propter pactũ cũ eo initum, uel etiã per ipſũ dæmonẽ abſq; malefica, licet hoc rariſſime fiat in eccleſia ubi ſacramẽtum matrimonii meritoriũ exiſtit. ſed quod inter infideles hoc contingat, hoc eſt, qa iuſto titulo illos poſſidere ſe cernit, ut Petrus de palude in ſuo quarto recitat deſpõſo qui deſpõſauerat Idolũ, & nihilominus cõtraxerat cũ quadã iuuẽcula q̃ tamen cognoſcere non potuit propter diabolum qui ſemꝑ ſe in corpore aſſumpto interpoſuerat, cum tamẽ in eccleſia diabolus conatur optius per maleficas propter ſuũ lucrum in perditionem animarum tales effectus intromittere, & qualiter hoc facere poteſt, & quibus mediis inferius declarabitur, ubi de ſeptem modis nocẽdi hominibus per conſimiles effectus tractabitur. Ex aliis etiam quæſtionibus quas theologi & canoniſtæ circa hãc materiam mouent, hoc idem patet diſcutiẽtes quomodo poſſit tollit, & an licitũ ſit per aliud maleficium tollere, & quod, ſi malefica mortua ſit, per quam maleficiũ eſt immiſſum de quo caſu Gotfri.in ſua ſumma mentionem facit, de quibus in quæſtionibus tertiæ partis patebit, cur deniq; tam diligẽter canoniſtæ uarias pœnas promulgaſſent, diſtinguẽdo de occulto & manifeſto peccato maleficorum, ſeu potius diuinatorũ cũ noxia ſuperſtitio uarias habeat ſpecies, ut

notoriũ ſit eucharistia denegetur. Si occultum pnĩa 40. dierum de conſe.diſt.2.pro diacone.Item ſi clericus quod deponendus & in monaſterio detinendus. Si laicus excõmunicandus 26.q.v.Non oportet. Item quod tales infames debeant cenſeri, & qui ad eos concurrunt, immo nec ad accuſationem debet admitti.2.q.8.quiſquis nec. Sed per legem ciuilem hoc idem oſtẽditur.Nam Azon in ſumma ſuper 9.libro.codicis.rubrica de maleficis.l.poſt corneliam de ſiccarijs & homicidijs dicit.Sciẽdum quod omnes illi quos uulgus maleficos uocat,& etiam illi qui artem diuinãdi ſciunt, patiuntur capitalem pœnam vt.l. nemo.C de maleficis.Item inferunt pœnam.l.culpa.l.nullus.Hæ enim leges his uerbis utuntur.Nemini permittitur diuinare, alioquin ſuppliciũ capitis gladio uultore feret proſtratus, & ſubdit.Sunt & alij qui arte magica,uitę innocentum inſidiantur,animos mulierum ad libidinem flectunt, & hi beſtijs obiiciũtur, vt.e.C.l.multi. Decernũt etiam leges ꝙ ad eorum accuſationem quilibet admittatur,ſicut & canon.in c.ĩ fauorẽ fidei.lib.6.de hære.unde ſubditur ibidem.Ad hanc accuſationem quilibet admittitur quaſi in crimine læſæ maieſtatis. Ipſam enim propemodum pulſant maieſtatem diuinam.Item ꝙ quæſtionibus in interrogandum ſubiiciantur. Subdit & quilibet nulla dignitate obſtante, quæſtioni ſubiicitur,& qui conuincit, uel ſi detegat facinus ſuum, ſit eculeo deditus,vngulisq́; ſulcãtibus latera, perferat pœnas dignas ſuo facinori.vt.e.C.l.ſi ex. &c. Nota quod olim duplici pœna tales plectebantur capite & ungulis, ad dilacerationem corporis ſeu ad deuorandum beſtiis obiiciendo.Iam autẽ cremantur forte propter feminęum ſexum. Item prohibent participationem. Vnde ſubditur, ſed nec permittantur tales ad limen alterius accedere, alioquin cõcremantur bona,nec aliqs debet eos ſuſcipere uel cõſulere, alioquin deportantur in inſulam, & omnia bona publicantur.Hic notatur pœna exilij cum amiſſione omnium bonorum qui tales cõſulunt aut ſuſcipiunt.Has pœnas ubi prædicatores populis & rectoribus terrarum publicant,

plus

plus aduerſus maleficas,quàm ex aliis ſcripturarum alle gationibus marceſcunt.Præterea & per leges commendantur qui eorum maleficiis obſtant. Vnde ubi ſupra.l. eorum.Alii autem qui faciunt id ne labores hominum uentorum grandinisq; lapidatione ſternuntur,non pęna ſed pręmio digni ſunt. Qualiter autem ſit licitum talia impedire inferius patebit,ut prius tactum eſt Omnia autem hęc negare aut friuole illis reſiſtere quomodo põt ſcrupulo hæreticæ prauitatis carere. Iudicet unuſquiſque niſi fortaſſis eum ignorantia excuſabit, ſed cuiuſmodi ignorantia excuſat ſtatim inferius patebit.Concludendo ex omnibus præmiſſis catholicam & ueriſſimam aſſertionem,quod malefici ſunt,qui dæmonum auxilio propter pactum cum eis initum,maleficiales reales effectus, permittente Deo,procurare poſſunt, nõ excludẽdo quin & pręſtigioſos effectus & fantaſticos etiam per media præſtigioſa producere ualeant.Sed quia pręſens ſpeculatio ſuper maleficiales effectus uerſatur qui plurimum ab aliis differunt,ideo per hoc nihil ad propoſitum,cum tales potius ſortilegi uel incantatores dicuntur, quam malefici Demum quia fundamentum ſui erroris capiunt ex uerbis can.præcipue duo ultimi errores non loquẽdo de primo qui ſeipſum cõdemnat dum nimiũ cõtra ueritatẽ ſcripturæ exorbitat.Ideo ad ſanũ intellectum canonis eſt præcedendum. Et primo contra primum errorem dicentis medium eſſe fantaſticum,ſed extrema eſſe realia.

Vbi notandum,quod quatuordecim ſunt ſpecies capitales in genere ſuperſtitionis quas recitare cauſa breuitatis non expedit,quia clare recitantur ab Iſidoro. 8. Ethimolog.& ſecunda ſecundæ per ſanctum Tho. q. 92. Tum etiam quia inferius ubi de grauitate huius hæreſis tractabitur de ipſis mentio erit.& hoc quæſtione ultima huius primæ partis.Et ſpecies ſub qua huiuſmodi mulieres continentur uocatur ſpecies phytonum,in quibus dæmon uel loquitur uel mira operatur.Et eſt ſepius prima in ordine Species aũt ſub qua malefici continentur uocatur ſpecies maleficorũ. Et quia inter ſe plurimum diſtãt

nec oportet quod qui in una ſpecie laborat quod ēt ſub aliis cōprehendatur. Ideo ſicut canō de illis mulierculis mēt:one facit & nō de maleficis. Ita falsè canonē interpretatur q̄ huiuſmodi imaginarias deductiones corporū ad totum genus ſuperſtitionis per omnes ſpecies eius reducere uelint, ut ſic ille mulieres imaginarie ſolum, ita & oēs malefice trāſferantur & perāplius canonē falſificant qui ex illo arguere uellet ſolummō imaginarie ad effectum malefici alem ęgritudinis uel morbi cōcurrere. Pręterea tales ſic errantes peiāplius reprehendunt dum extrema cōcedunt realia ſcilicet dæmonē operātem & effectum morbi realem, medium autem inſtrumenti, ſcilicet ꝑſonā maleficā dicunt fantaſtice cōcurrere cum tamen mediū ſemꝑ naturā participat extremorum. Nec ualet ſi dicat̄ ꝙ etiā fantaſia ſit quid reale, quia ſicut fantaſia ut talis, nil pōt efficere nec cōcurrere ad dæmonis operationem niſi ꝑ pactum initum cum dęmone, in quo pactū malefica ſe totā obtulit & abſtrinxit diabolo uere & realiter & nō fantaſtice aut imaginarie ſolum, ita ēt oportet ꝙ coopereret̄ diabolo uere corporaliter. Nam & ad hoc ſunt oīa maleficorum opera, ubi ſemꝑ aut ꝑ uiſum, aut ꝑ locutionem ſe alicuius maleficii inſtrumenti repoſiti ſub limine domus operatiōe ſua maleficia exercent, ꝓut in ſequenti qōne patebit. Præterea ſi quis uerba canonis diligenter inſpiciet cōſiderabit quatuor q̄ prædicatores, & ſacerdotes ꝑ eccleſias ſibi cōmiſſas oī cum inſtātia populo prædicare debent, ſcilicet ꝙ extra unum Deum nemo arbitretur aliquid eſſe numinis uel diuinitatis. Secundo ꝙ cum Diana uel Herodiade equitare eſt cum diabolo (qui ſe ita fingit & nominat) trāſmeare. Tertio ꝙ talis equitatura ſit tunc fantaſtice quando diabolus mentē ꝑ infidelitatem ſibi ſubiectā agitat taliter ut ea q̄ ſolo ſpiritu fiāt, corporaliter fieri credunt. Quarto ꝙ tali dn̄o habeāt in oīb. obedire. Vnde ad maleficiales actus hęc uerba extēdere eſt abſurdum, cum ſint diuerſæ ſpecies. An āt malefici etiam localiter transferantur in ſua ſpecie ſuperſtitionis uel ſolum imaginarię ſicut phytones, tractabitur

bitur de illo in cap.2.partis cap.3.quod utroq; modo.Et cur ſecundus error cum primo eliditur quod ad fundamẽ tum & ſanum intellectũ canonis. Tertius inſ. per qui ex uerbis canonis effectum maleficialem aſſerit fantaſticũ ex uerbis canonis ẽt eliditur.Nam in eo quod dicit q̃ cre dit poſſe fieri aliquã creaturam aut in melius deterius ue transfmutari,aut in aliã ſpeciẽ uel ſimilitudinẽ transfor mari,quã ab ipſo omniũ creatore &c. Infideli deterior eſt.Hæ tres partes ſi nudæ intelligãtur ſunt cõtra proceſ ſum ſcripturæ & determinationẽ doctorũ. Nã poſſe fie ri aliquas creaturas a maleficis utpote uera animalia im perfecta,inſpiciatur ſequens canon nec mirum poſt alle gatũ canon.epiſcopi quid Auguſt.determinat de Magis Pharaonis qui uirgas in ſerpentes uerterũt,inſpiciatur gl. ſuper illud Exod.7. Vocauit Pharao ſapientes inſpicia tur & alia gl.Strab.quod dęmones diſcurrunt per mun dũ quãdo per incantationem malefici per eos aliquid ef ficere conantur & colligunt diuerſa ſemina,& ex eorum adaptione poſſunt prorumpere diuerſas ſpecies. Inſpicia tur & Albertus in de animalibus. Inſpiciatur & ſanctus Tho.1.parte.q.114.ar.4.Quorum dicta breuitatis cauſa obmittuntur.ſolum hoc ſupereſt ut intelligatur ibi fieri procreari.Secundum etiã quod in melius deteriusve ua leat tranſmutari,intelligatur ſolummodo a Deo autho ritate & ad correctionem ſeu etiam punitionem, ſepius tamen iſta miniſterio dęmonum exercentur, & ſicut de primo dicitur Dominus percutit & ipſe medetur,& ego occidam & ego uiuere faciam.Ita de ſecundo dicitur im miſsionem per angelos malos,ut ſupra tactum eſt.In prę fato deniq;.c.nec mirum,inſpiciantur uerba Auguſt.quæ dicunt maleficos & cuiuſmodi eorum operationes quan do hominibus interdum non ſolum infirmitatem ſed ẽt mortem inferre.Tertium ẽt ſane intelligere expedit cum moderni malefici ſepius opere dæmonum transforman tur in lupos & alias beſtias. Sed canon loquitur de reali tranſformatione & eſſentiali, & non de præſtigioſa quæ ſepius fit,de qua etiã Auguſt.xviii. de ciuitate Dei.

cap.

cap.xvii. multa refert,ut de famoſiſſima m aga Circe & de ſociis Dyom edis & de patre præſtantii. De qua mate ria in capitulis ſecundæ partis patebit.Et an ſemper ſunt præſentes uel abſentes malefici & an illum formē diabo lus aſſumit uel ipſe homo per ſe uideatur talis ca. 6.& 7.

An ſit Hæreſis maleficos aſſerere.

SEd quia ſecunda pars quæſtionis dixit quod his oppoſitum aſſerere pertinaciter ſit hæreticum. Quæritur, an tales debeant habere tanquam manifeſte deprehēſi in hæretica prauitate, uel ſolum de hæreſim uehemēter ſuſpecti.ET VIDETVR quod primo mō.nā Bern.in gl.ordinaria in ca. ad abolendam. §. præſenti. & uerſi.deprehenſi.extra de hære.Præſenti nihilominus ordinatione ſancimus, ut quicunque manifeſte fuerint in hæreſi deprehenſi &c. declarat quod tribus modis quis cenſetur manifeſte deprehenſi, facti uidelicet euidentia, quia publice prædicat hæreſim, uel legitima probatione per teſtes uel ex ſua confeſſione.Et quia tales publice prędicant ſeu temere contra pręfata omnia ſe opponūt aſſerentes maleficas non eſſe:aut quod nullo modo ualeant hominibus nocere.Ideo tanquā manifeſte deprehenſi in tali prauitate ſub diſtin.continentur ad eundem etiam ſenſum eſt eiuſdem Bern.gloſſ.in c.excommunicamus.ſecundo,ſuper uerbo deprehenſi publice. Ad idem etiam facit.c.ſuper quibuſdam.extra de uer. ſig.Inſpiciat ibidē lector cap.& reperiet ueritatem.SED CONTRA,quia hoc nimis durum uidetur,tum propter pœnā annexam quæ notatur in c.ad abolendam §. in præſenti.extra de hære.ubi in clerico ponitur degradatio, & ꝙ ſecularis relinquat arbitrio poteſtatis ſecularis animaduerſione debita puniendus. tum etiam propter ignorantiam & multitudinem eorum qui culpabilis in tali errore cernitur.Et ex multitudine tali rigor iuſtitiæ eſt temperandus.diſt.xl.ut conſtitueret.RESPONSIO.Cum noſtra ſit intētio potius a uitio hæreſis huiuſmodi prędi-

catores

catores pro poſſe excuſare quā incuſare,cum ut dicitur ex tra de præſum.c.literas.§.quocirca mādamus quatenus cū propter ſolam ſuſpitionem quamuis uehementem nolumus illum de tam graui crimine condemnari &c.ubi glo. ſuper condemnari.Præcedi poteſt contra talem ſic uehementer ſuſpectum , ſed non debet propterea condemnari , niſi adſit.ut ibidem declaratur uiolenta ſuſpicio , attamen quia ſuſpitionem excludere non poſſumus , & hoc propter friuolas eorum aſſertiones contra fidei ueritatem , & cum hoc triplex ſit ſuſpitio leuis, uehemens , & uiolenta de quibus in c. accuſatus & c. cum contumacia lib.vi.de hære.& per notat a per archidiaconum. & Ioā.Andreæ ſuper cap.accuſatus & uerbo uehemens. & de præſump.ca. litteras.De uiolenta etiam loquitur cano.diſt.xxiiij.quorundam. Ideo quærendum cuiuſmodi ſuſpitione talia prædicans ſubiacet. Et quidem cum talia dogmatizantes non æqualiter ſe ad huiuſmodi errores habere noſcuntur. eo quod aliqui ex ſimplici ignorantia iuris diuini , aliqui etiam ſufficienter informati adhuc fluctuant uacillando & plene aſſentire nolunt, & cum error in mente hæreticum non faciat , niſi adſit pertinatia uoluntatis , oportet etiam dicere quod ad ſuſpitionem ſuper crimen hæreſeos non ſe æqualiter habeant , attamen quia per ignorantiam putant ſe poſſe euadere. Aduertant paululum quam grauiter peccant qui ex huiuſmodi ignorantia delinquunt. Nam licet multiplex ſit ignorantia , tamen in rectoribus animarum ignorantia quæcunque ſit non poteſt dici ignorantia inuincibilis ſeu ignorātia particularis ſecundum philoſophos, quæ a Iuriſtis & theologis dicitur facti.Sed cenſetur in eis ignorantia uniuerſalis,quæ eſt ignorantia iuris diuini quia eſt eorum quæ quis de iure ex lege diuina ſcire tenetur.diſt.41.Nicolaus papa.Diſpenſatio cœleſtis ſeminis nobis iniuncta eſt.Væ ſi non aſperſerimus uę ſi non tacuerimus . Tenetur enim habere ſcientiā ſacræ ſcripturæ.diſt.36.per totum.Et ad hoc ſubdictorū animas informandas eadē diſt.ca.2.§.ecce.& §.Si quis uult.licet

ſecun-

ſecundum Ray. Hoſtien. Tho. non requiratur ꝙ habeant ſcientiã eminẽtẽ, ſed ꝙ habeat competentẽ, id eſt ſufficiẽtem ad ſuum officium exequendum. Attamen pro illo tum aliquali conſolatione dummodo damna præcedentia lucris ſequentibus deinceps recompenſant eſt eis aduertendum quod hic ignorantia iuris licet dicatur interdũ affectata & ſupina. Dicitur tamen affectata, id eſt, uoluntaria dupliciter. Quia interdum cum ſciẽtia intentionis, interdum cum ignorantia intentionis. Prima licet in nulla excuſat, ſed damnat. De qua Pſal. Noluit intelligere ut bene ageret. Secunda tamen diminuit uoluntarium ita & peccatum. Quia fit quando quis tenetur aliquid ſcire, ſed neſcit quid teneatur, quæ etiã fuit in Paulo. 1. Thim. 1. Miſericordiam conſequutus ſum, quia ignorans feci ĩ incredulitate. Quia tamen dicitur affectata indirecte, quia ꝓpter alias occupationes negligit addiſcere ea quę ſcire tenetur, nec uult laborare in ſtudio ad ſciẽdum illa, & excuſat non a toto ſed a tanto. Et etiam iuxta Ambro. ſuper illud Rom. 2. An ignoras quod benignitas Dei ad pœnitẽtiam te adducit. dicit, grauiſſimè peccas ſi ignoras grauiſſime, id eſt, ualde periculosè. Ideo pręſertim iam in temporibus ad ſuccurrendum animarum periculis omnem ignorantiam repellamus, & duriſſimum iudicium quod nobis imminet ſuper diſtrictam rationem & talentum nobis creditum ſemper præ oculis habeamus, ne ipſa ignorantia etiam in nobis notetur craſſa uel ſupina, per metaphoram homines craſſi uel ſupini, qui nõ uidet etiam ea quæ coram ipſo ſunt. Dicit enim Cancellarius ĩ floribus regularium moralium, & in ſecunda regula, quod culpabilis ignorantia iuris diuini, non cadit in facientem quod in ſe eſt. Ratio eſt quia Spiritus ſanctus talem hominem de neceſſarijs ad ſalutem, quæ uires eius excedunt docere immediate paratus eſt. Ad primum argumentum ſolutio patet per ſanum intellectum canonis. Ad ſecundum dicit Pe. de tharam. Perimeret utique ex magna ſua inuidia qua aduerſus hominem agitatur, ſi à Deo permitteretur. Quod autem Deus permittit ſibi aliqua, & aliqua

non,

non, hoc cedit in maiorem ipſius diaboli cõtumeliam & diſplicentiã,quod Deus in omnibus utitur eo,contra ſuã uoluntatem ad manifeſtationem gloriæ ſuæ. Ad tertium dicitur ꝙ ante rationem ægritudinis aut alterius effectus maleficialis ſemper præcedit aliquis motus localis,inquã tum dæmon per maleficam colligit determinata actiua, quæ uidelicet lędere poſſunt & apponit determinatis paſ ſiuis ad inferẽdum dolorem,uel nocumentum aut actum aliquem ſpurciſſimum.. Et ſi quæritur an motus ille rerũ a dęmone localis reducatur in motum cœleſtem. Dicẽdũ eſt quod nõ. Quia nõ mouetur & ex uirtute naturali,ſed mouentur ex obedientia naturali qua ſubijciũtur uirtuti dæmonis,qui habet hoc ex uirtute naturæ ſuæ quod põt ſupra corpora. Hoc dico,non ꝙ poſſit influere rebus materialibus aliquam formam uel ſubſtãtialem uel acciden talem abſque adminiculo alterius rei naturaliter. Sed quia poteſt Deo permittente res localiter mouere & ex rebus cõiunctis dolorem uel aliquam qualitatem produ cere. Vnde effectus maleficialis non ſubijcitur motui cœ li,ſicut nec ipſe dæmon licet res illæ & infirmamenta ſubijciantur. Ad quartum dicendum eſt. Opus Dei poteſt opere diaboli omnino uitiari,prout ad pręſens loquimur de effectu maleficiali. Sed quia hoc nõ poteſt niſi diuina permiſſione. Et ideo non ſequitur quod diabolus ſit Deo fortior,demum quia nõ uiciat opera Dei ꝑ uiolentiam cum ſic etiam deſtruere poſſet. Ad quintum ſimpliciter notum eſt ꝙ corpora cœleſtia non habent uirtutem imprimendi in dæmones cum nihil agat ultra ſuam uirtutem,ſed quod magis aduocati ſibi certa conſtellatione ueniunt,duplici ex cauſa hæc facere uidetur. Primo quiã ſciunt uirtutem illius conſtellationis iuuare ad effectum quem magi optant. Secundo faciunt ut homines inducãt ad uenerandum aliquod numen in ſtellis ex qua ueneratione etiam ante tempora ritus idolatriæ proceſſit. Ad ultimum quantum ad terminos argumenti ſuper aurum alchimicum,dicendum ſecundũ ſanctum Tho. in 2. diſt. 6. in ſolutione unius argumenti,ubi declarat de uirtute dæ-

monum in operando. Quod licet quædam formę ſubſtã tiales per artem induci poſſint uirtute naturalis agentis, Vt quando forma ignis inducitur per artem in lignũ, hoc tamen non poteſt fieri uniuerſaliter eo quod ars non poteſt inuenire ſemper ſeu coniungere propria actiua pro priis paſſiuis, poteſt tamen facere aliquid ſimile, & ſic al chimiſtæ faciunt aliquid ſimile auro, quantum ad accidẽ tia exteriora, ſed tamen non faciunt uerum aurum, quia forma ſubſtantialis auri non eſt per calorem ignis quo utuntur alchimiſtæ, ſed per calorem Solis in loco determinato vbi uiget virtus mineralis, & ideo tale aurum nõ habet operationem conſequentem ſpeciem. Et ſimile eſt de aliis eorum operationibus. Ad propoſitũ, Dæmones operantur per artem circa effectus maleficiales, & ideo abſq; adminiculo alterius agentis nullam formam ſubſtantialem uel accidentalem inducere poſſunt, & quia non dicimus quod maleficia inferant partem abſque adminiculo alterius agentis ideo etiam cum tali adminiculo poteſt ueras qualitates ægritudinis aut alterius paſſionis inducere, ſed qualiter hæc adminicula ſeu adminiſtrationes inſtrumentorum habent ad effectum maleficialem cum dæmonibus concurrere uel non patebit per ſequentia.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

An Dæmon cum maleficio concurrat. SECVNDA QVAESTIO.

AN catholicum ſit aſſerere ꝙ ad effectũ maleficialem ſemper habeat dæmõ cum maleficio cõcurrere, uel quod unus ſine altero, ut dæmõ ſine maleſico, uel e cõuerſo talẽ effectũ poſſit producere. Et arguit primo ꝙ dæmõ ſine maleſico. Aug. in lib. 83. q. Omnia quæ uiſibiliter fiunt etiã per inferiores poteſtates aeris fieri poſſe credũtur. Sed omnia nocumẽta corporalia non ſunt inuiſibilia ſed potius ſenſibilia, igitur etiam a dæmonibus fieri poſſunt. Præterea ea ſcripturis nocumenta Iob illata, ubi ignis de cœlo cecidit, & familiã cum gregibus pecorum

uno Impetu conſumpſit,& turbo domum deiiciens libe ros occidit,dæmon per ſe abſque maleficis concurrẽte, tantũmodo diuina permiſsione operatus eſt. Ergo a ſimi li in aliis qui maleficis aſcribuntur. patet & de ſeptem ui ris Sarræ uirginis,quos dæmõ occidit.Præterea quicquid poteſt uirtus ſuperior abſque adminiculo uirtutis ſuperioris poteſt & uirtus ſuperior abſq; adminiculo uirtutis inferioris.Sed uirtus inferior poteſt concitare grandines,& inducere infirmitates abſque auxilio uirtutis ſuperioris. Dicit enim Albertus de proprietatibus rerum quod ſaluia putrefacta modis ut ibidem ponit ſi protecta fuerit in fontem mirabiles concitabit in aere tempeſtates.Præterea ſi dicatur quod dæmon utitur maleficio nõ propter indigentiam,ſed propter eius quã quærit perditionẽ.Contra Ariſto.3.Ethi.Malicia eſt uoluntariũ quod probat per hoc quod nullus operatur iniuſtè, uoluntariè non uelle iniuſtum eſſe,& uoluntariè ſtuprante non uelle,incontinentem eſſe,& per hoc etiam legislatores puniunt malos quaſi uoluntarie mala operantes.Dæmõ ergo ſi operatur per maleficam operatur tanquã per inſtrumentum,& cum inſtrumentum dependet a uolũtate principalis agentis & non uoluntarie agit ſi concurrit, non erit ei actio imputanda per conſenſus puniẽda. SED CONTRA quod nihil poſſit inficere inferioribus abſque maleficis.Primo de generatione.Omnis actio eſt per contactũ.Et quia non eſt aliquis contactus dæmonis ad corpora cum nihil habeat cum eis commune,ergo utitur aliquo inſtrumento illi influendo uirtutem lædendi per contactum.Iuxta hoc etiã quod maleficia poſſint fieri abſque opere dæmonum probatur per textum & gl. ad Gal. iii.O inſenſati Galatæ quis uos faſcinauit ueritati nõ obedire?glo.quidam habent oculos urentes qui ſolo aſpectu inficiunt alios & maxime pueros.Eſt ad hoc etiã Auicen. 6.naturalium lib.3.cap ult.ita dicens, Multories autem anima operatur in corpore alieno ſicut in proprio quemadmodum eſt opus oculi faſcinantis & æſtimationis operantis.Et eandem ſententiam etiam ponit Algazel lib.v.

ſuo

ſuo phyſicorum cap. 10. Putat etiam Auicenna licet non teneatur in illo, quod uirtus imaginatiua etiam abſq; uiſu poſſit extranea corpora immutare, ubi nimis extendit uirtutem imaginatiuam, & capimus hic uirtutem imaginatiuam non in quantum diſtinguitur contra alias uirtutes ſenſitiuas interiores ut eſt ſenſus communis, & fantaſia & æſtimatio, ſed inquantum includit omnes illas uirtutes interiores Sed bene uerum ꝙ talis uirtus imaginatiua poteſt tranſmutare corpus coniunctum, ſcilicet illud in quo eſt, ſicut homo poteſt ambulare ſup trabem quæ eſt in medio uiæ. Si uero poſita fuerit ſuper aquam profundã nõ audebit ambulare ſuper ea, eo ꝙ imaginabitur in eius anima forma cadendi uehementer impreſſã, cui obedit materia eius & uirtus membrorũ eius & nõ obediant eius contrario, ſcilicet ad directe ambulandum. In hoc ergo cõuenit hęc immutatio cum oculo faſcinantis inquantum immutatur corpus proprium, primo ſcilicet nõ corpus alienum, de qua immutatione iam loquimur. Præterea ſi dicatur quod talis immutatio cauſatur a corpore uiuo, mediante anima in aliud corpus uiuum. Contra. Quia ad præſentiam interfectoris manat ſanguis ex uulneribus occiſi. Ergo etiam abſque uirtute animæ, corpora poſſunt mirabiles effectus producere. Item homo uiuens, & prope cadauer hominis occiſi tranſiens, etiam non ſentiendo illud, adhuc terrore concutitur. Præterea ſicut res naturales habent quaſdam uirtutes occultas, quarum ratio ab homine aſſignari non poteſt, ſicut ꝙ adamas trahit ferrum, & multa quæ Augu. enumerat. 20. de ci. Dei. Item mulieres ad immutationes faciendas in corporibus alienis certis rebus uti poſſunt, abſque auxilio dæmonum quæ etiam noſtram rationem excedunt. Et quia excedunt, non debemus ꝓpterea dæmonibus quaſi ex maleficis inſimul conuerſantes aſcribere. Præterea malefici certis utuntur imaginibus & rebus inſtrumẽtalibus quas interdum ponunt ſub limine oſtii domus, aut ad certa loca ubi pecudes conueniũt, aut etiam homines qui maleficientur & interdum moriuntur. Sed quia huiuſmodi

iuſmodi effectus poſſunt euenire ex imaginibus illis, in quantum habent quaſdam influentias corporibus cœleſtibus receptas probatur. Nã ſicut corpora naturalia ſubduntur corporibus cœleſtibus, ita & artificialia. Sed corpora naturalia poſſunt recipere quaſdã uirtutes occultas ergo & artifi. Vnde uidetur ꝙ eorũ opera poſſent per tales impreſſiones practicari & nõ ꝑ dæmones. Pręterea ſi uera miracula poſſint fieri ex poteſtate naturæ in eo q̃ operatur. Ita & mirãda & horribilia & ſtupenda oꝑa, ex uirtute naturæ probatur. Nam Grego. dicit 2. dial. Sancti miracula faciunt, aliquando ex pręce, aliquãdo ex poteſtate. Exemplum datur de utroque. Petrus orando ſuſcitauit Thabitam mortuam. Ananiam & Saphiram mentientes morti increpando tradidit abſque præce. Ergo & homo per uirtutem ſuæ animæ poterit materiam corporalem in alterã etiã tranſmutare, ſeu mmutare de ſanitate in infirmitatem, & econuerſo. Præterea corpus humanum eſt nobilius quam alia corpora inferiora, ſed propter apprehẽſionem animæ humanæ immutatur corpus humanum ad calorem & frigus, ut patet in iraſcentibus & timentibus, immo etiam hæc immutatio ꝑtingit quandoque uſque ad ægritudinem & mortem. Ergo multo magis poteſt ſua uirtute materiam corporalẽ immutare. Sed contra eſt. Subſtantia ſpiritus non poteſt imprimere aliquam formam, niſi adminiculo alterius agentis, ut ſupra tactum eſt. Vnde & Auguſ. in præfato libro: Nõ eſt putãdum iſtis trãſgreſſoribus angelis a d nutum ſeruire hanc uiſibiliũ rerum materiã, ſed ſoli Deo. Ergo multominus homo ex poteſtate naturali efficere poteſt effectus maleficiales. RESPONDEO, quia nõ deſunt errantes in hac materia, maleficas excuſantes, & dęmones tantummodo aut inculpantes, aut quibusdam naturalibus tranſmutationibus earum facta aſcribentes. Ideo horum falſitas oſtenditur primo per deſcritionem malificarum, de qua Iſid. 8. Ethymo. cap. 9. Malefici dicũtur ob facinorum magnitudinem, ſcilicet, mala pręcunctis malefactoribus efficientia, unde ſubdit, Hi elementa

concutiunt, opere ſcilicet dęmonum ad grandines & tẽ peſtates concitandas. Item dicit mentes hominũ turbant intellige ad amentiam odium, & amorem inordinatum. Item ſubdit. Ac ſine ullo ueneni hauſtu, uiolentia tantũ carminis animas interimunt. Ad idem 26.q.5.cą. nec mirum, & ſunt uerba Auguſtini. in d.ci. Dei ubi declaratur cui dicuntur magi & malefici. Magi ſunt qui uulgo dicuntur malefici, & ob facinorum magnitudinem ſic nuncupantur. Hi ſunt qui permiſſu Dei elementa cõcutiunt, hoĩm turbant mentes, minus confidẽtũ, in deo, ac ſine ullo ueneni hauſtu, uiolentia tãtum carminis interimũt homines. Vnde & Lucanus. Mens hauſti nulla ſanie polluta ueneni incãtata perit, dæmonibus enim accitis audẽt uentillare & quouſque ſuos perimãt malis artibus inimicos. Ex quibus patet ꝙ in huiuſmodi operibus ſemper habẽt dæmones cũ maleficijs cõcurrere. Secundo quia cum quadruplices effectus pœnales aſſignare poſſumus. ſ. miniſteriales, noxiales. maleficiales & naturales. Et miniſteriales dicuntur qui miniſterio bonorũ angelorũ ſicut noxiales malorũ ſpirituũ immittuntur. Moſes enim Aegyptum in x. plagis miniſterio bonorum percusſit. Vbi magi in 9. tãtum per malos ſpũs cõcurrerunt, & triduam peſtem propter peccatũ Dauid circa numeratione͂ populi cõmiſsũ, & de. lxxij. millibus hoĩm una noctæ proſtratis pro exercitu Sennacherib, utiq; hic per angelos dñi, id eſt, per bonos dñm uenerantes & cognoſcentes peracta fuerunt. Noxiales uero effectus cum in ſcripturis nominantur immiſſiones per angelos malos, ſecundum quas populus ille in deſerto ſæpe percuſſus fuit. Et maleficiales effectus dicũtur quando dæmon per maleficos & per magos operatur ſicut & naturales qui ex influentiis corporum cœleſtium in iſtis inferioribus circa mortalitates, ſterilitates terrarũ & grandines & hæc ſimilia cauſantur. Et inter hos effectus magna ſit differẽtia. Ideo cũ Iob noxiali plaga fuit a dæmone percuſſus & nõ maleficiali, ideo nihil eſt ad propoſitum. Si quis uero curioſus inſtaret ſicut plerũq; hæc materia curioſa patitur a maleficarum defenſoribus in-

ſtantias

ſtantias ſemper in cortice uerborũ aerẽ uerberantes, & medullam ueritatis nunquã penetrantes. Cur Iob nõ maleficiali effectu per dæmonem ſicut noxiali percuſſus fuit. His curioſe etiam reſpõderi poteſt quod Iob fuit percuſſus a diabolo ſolum, & non mediante malefico uel malefica. Quia hoc genus ſuperſtitionis uel nondum erat inuentum, diuina tamen prouidentia uoluit, ut poteſtas dæmonis mundo ad præcauendum eius inſidias pro Dei gloria innoteſceret cũ nihil niſi a Deo permiſſus efficere poteſt. Et de tempore quidem quo primum genus ſuperſtitionis inuentum fuit. Dico primum genus quo ad dæmonum inuocationem, non quo ad puram idolatriam. Dicit Vincentius in ſpeculo Hyſtoriali allegans plures doctores quod primus inuentor artis magice & mathematice fuit Zoroaſtes, qui dicitur fuiſſe Cham filius Noe, hic ſecundum Auguſtinum de ciuitate Dei ſolus riſit naſcendo & hoc non niſi opere diaboli. Hic etiam cum eſſet rex ſuperatus eſt a Nino filio Beli qui edificauit Niniuen, uel amplius ſub quo cæpit regnũ Aſſyriorũ tẽpore Abrahę. Hic etiam Ninus ob inordinatum amorẽ patris fecit fieri imaginem patri mortuo ad quam quicunque cõfugiebãt malefactores liberi erant ab omni punitione debita. Et ex hoc cœperũt homines imagines adorare, ut deos, ſed hoc poſt primam ætatem quia ſub illo tempore non erat idolatria propter recentem memoriam creationis mundi, ut dicit ſanctus Tho. in ij. q. 95. ar. 4. uel etiam incepit a Nẽbroth qui cogebat homines ignẽ adorare, & ſic in ſecunda ætate incepit idolatria quæ eſt primũ genus ſuperſtitionis, ſicut diuinatio ſecundum, & obſeruantia tertiũ. Maleficorũ aũt ritus reducitur ad ſecundum genus ſuperſtitionis, ſcilicet ad diuinationẽ quę fit per expreſſam dæmonum inuocationem cuius etiam ſunt tria genera ſcilicet nigromantia, planetarii ſeu potius mathematici, & diuinatio per ſomnia, hæc ideo poſui ut prius lector intelligat noxias illas artes non ſubito, ſed proceſſu tẽporis fuiſſe inuenta, nec abſonum eſſe aſſerere maleficas tempore Iob non fuiſſe. Sicut enim per incremẽta tẽporũ ut Gregorius

gorius in moralibus dicit,creuit ſcientia ſanctorum . ita & noxię artes dæmoniorum,Et ſicut iam repleta eſt terra ſciētia domini,Eſaiæ.n.Ita iam mundi ueſperè ad occaſum declinante & malitia hominum excreſcente & charitate refrigeſcente ſuperabundat omnis maleficiorū iniquitas. Ipſe tamen. Zoroaſtes cum eſſet intentus illis artibus & ſolummodo conſideratione Aſtrorum a diabolo ſuccēſus eſt.Hęc ubi ſupra . De tempore autem quo malefici leguntur cum dęmonibus ad maleficia inferenda cōuenisſe tactum eſt ſupra,Et habetur Exodi ſeptimo quo ad magos Pharaonis qui in plagis ſuper Aegyptum dæmonū aſſiſtentia ſicut Moyſes miniſterio bonorum angelorum ſigna plurima perpetrarunt.Vnde concluditur ueritas catholica uidelicet quod ad effectum maleficialem licet nō ad effectum noxialem ſemper habet maleficus cum dęmone concurrere.Et per hæc patet reſponſio ad argumenta. Nā ad primum non negatur quin effectus noxiales qui uiſibiliter cernuntur ſuper homiues iumenta terræ fruges & qui etiam ex influentiis corporum cœleſtium ſæpe prouenīunt etiam a dæmonibus Deo permittente inferūtur. Dicit enim Augu.4.de ciuit. Dęmonibus ſubſunt ignis & aer quantum eis a Deo permittitur,patet & per gloſam ſuper illud.Immiſſiones per angelos malos quæ dicit.Deus punit ꝑ malos angelos . Ex quibus etiā patet reſpōſio ad ſecundum de Iob & ex his quæ prius tacta ſunt de initio artis magicæ.Et ad tertium de ſaluia putrefacta & in puteum proiecta dicitur . Quid licet ſequatur effectus noxialis abſque auxilio dæmonis,licet non abſque influentia corporis cœleſtis . Loquimur autē, de effectu maleficiali. Vnde nō eſt ſimile.Ad quartum dicitur uerum eſſe quod dæmones utuntur maleficis tantummodo propter eorū perditionem.Et cum infertur quod non eſſent puniendi, quia concurrunt tanquam inſtrumenta quæ mouetur ad nutum non proprium,ſed principalis agentis. Reſpondetur quod ſunt inſtrumenta animata & libera agentia , & licet poſt expreſſum pactum initum cum dæmonibus,nō iam ſint ſuæ libertatis,quia ut ex earum faſſionibus acce

pimus,

pimus.& loquor de mulierculis combuſtis ad plurima maleficia coactè ſi uerbera dæmonũ ſubterfugere uolũt cooperantur,prima tamen profesſione,qua ſponte ſe dæmonibus ſubiecerunt,manent ligatæ.

AD alia uero argumenta,in quibus probatur maleficiales effectus poſſe abſque opere dæmonum a uetulis procurari . Dicendum quod ex uno particulari,concludere uniuerſale eſt diſſonum rationi. Et cum in tota(ut uidetur)ſcriptura ſacra nõ inuenitur tale,niſi hic ubi agitur de faſcinatione ſeu in uultuatione uetularum, ideo non ualet per hoc concludere, ꝙ ſemper habeat ita euenire.Inſuper eſt etiam dubium per gloſam.An abſque opere dæmonũ talis faſcinatio fieri posſit, eo ꝙ ex gloſis ibi elicitur quod faſcinatio capitur tripliciter.Vno modo dicitur ludificatio ſenſuum,quæ fit per artem magicam, & ſic poteſt fieri miniſterio dæmonũ,niſi prohibeantur, a Deo immediate,mediãte uel miniſterio ſanctorum angelorum.Secundo modo poteſt dici inuidia,ut ibi Apoſtolus dixit . Quis uos faſcinauit,id eſt,tanto odio perſecutus eſt.Tertio quod ex tali odio fiat immutatio ad malum in corpore alicuius per oculos alterius aſpiciẽtes in eum.Et de faſcinatione hoc modo dicta cõmuniter loquuntur doctores,ſecundum quem modum etiam Auicenna & Algazel,ut in argumentis deducitur , loquuti ſunt.Nam & ſanctus Thomas hanc faſcinationem declarat prima parte.q.117.per hunc modum . Et forte, inquit , imaginatione animę immutatur ſpiritus corporis coniuncti,Quæ quidem immutatio ſpirituum maxime fit in oculis ad quos ſubtiliores ſpiritus proueniunt . Oculi enim inficiunt aerem continuum uſq; ad determinatum ſpacium,per quem modum ſpecula ſi ſint noua & pura contrahunt quandam impuritatem ex aſpectu mulieris menſtruatæ. Vt Ariſto.dicit in libro de ſomno, & uigilia.Si igitur cum aliqua anima fuerit uehementer commota ad malitiam,ſicut maxime uetulis contingit, efficitur ſecundum modum prædictum.Aſpectus eius uenenoſus & noxius,& maximè pueris,qui habent corpus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

tenerum & facile receptiuum impreſſionem. Subdit tamen quod poſſibile eſt etiam quod Dei permiſſione, uel ex aliquo occulto facto cooperetur ad hoc malignitas dęmonũ cũ quibus ſortilegæ uetulæ pactũ aliquod habent.

Eſt ergo quæſtio ſuper influentias corporum cœleſtium, in qua tres alij errores reprobantur, & eſt quinta in ordine. Sed pro ampliori præmiſſorũ declaratione et obuiandũ quibuſcunque prætenſi obiectionibus. Quæritur de maleficorũ operibus quo ad quintuplicẽ cãm quatuor ex illis reprobãdo ex quib. influere nõ poſſunt, quin tam uero concludendo. ſ. uirtutẽ intellectiuã, ex qua fluere habent, quæ & licet bona ſit ſecundũ naturã, eſt tamen mala ſecundum uoluntatẽ. Quatuor aũt cauſæ reprobantur contra illos qui aut, maleficas, aut eorũ opera eſſe negant, & ſunt corporũ cęleſtium influentiæ illorum corporum & orbium motores monentia hominũ excreſcẽs malicia, & imaginum ac caracterum & uerborum efficacia. Præterea corpora cœleſtia mouẽtur a ſubſtantiis ſpiritualibus ſecundum theologos & philoſophos omnes. Sed illi ſpiritus ſunt ſuperiores animabus noſtris, ſicut & corpora cœleſtia corporibus noſtris, ergo amboinſimul habent imprimere in animam & corpus hominis ad cauſandũ quoſcunque actus humanos.

SED pro ampliori intellectu ſolutionum, aliqua dubia mouentur, ex quorum ſolutione ueritas magis parebit. Videtur enim obſtare primo illud quod ſuperius dictum eſt. Quod ſubſtantię ſpirituales non poſſunt tranſmutare corpora ad aliquam naturalem formam niſi adminiculo alterius agentis. Ergo multo minus hoc poterit efficere imaginatio quantumcunque fortis in anima. Præterea eſt articulus condemnatus in pleriſque uniuerſitatibus, præcipuè tamen Pariſienſi, quòd incantator aliquis proiicit camelum in foueã ſolò uiſu, eo ꝙ ſicut intelligentię ſuperioris imprimunt inferioris, ſic aĩa intellectiua imprimit in alia & etiam in animã ſenſitiuã. Item ad hoc eſt articulus condẽnatus quod materia exterior obedit ſubſtantiæ ſpirituali, & intelligatur ſimpliciter & ſe-

cun

cundum omnem modum tranſmutationis. Quia ſic ſolis deo, ut prius patuit, obedit. His uiſis faſcinatio de qua loquimur qualiter ſit poſſibilis&,qualiter non,declaratur. Non enim eſt poſſibile homini, quod per naturalem uirtutem animæ ſuæ per oculos talem uirtutē emittat, quæ non mediāte trāſmutatione proprij corporis, nec; medij nocumentum inferre poſſit corpori hominis quid aſpicit, maxime cum ſecūdum opinionem communiorem uideamus intra ſuſpicientes nihil extra mittentes. Non eſt etiam poſſibile homini, ꝙ per uirtutem naturalem animæ ſuæ, pro uoluntate ſua tranſmutationem faciat imaginando in oculis ſuis,quæ mediāte tranſmutatione medij, ſcilicet aeris poſſit corpus hominis quem aſpicit in aliquā tranſmutare qualitatem ſecundū qđ ſibi placuerit, & quia ſecundum hos duos modos prædictos non poteſt unus homo aliū faſcinare: cum nulli hominum poteſt ineſſe talis uirtus per naturalem uirtutē animæ ſuæ. Iō uelle probare quod maleficiales effectus poſſent prodiri ex naturali aliqua uirtute ſuꝑ ad infringēdum opera malificiorum quæ uirtute dæmonum fiūt eſt plurimum alienum a ueritate. Quia etiam ſecundum hos duos modos faſcinatio & malificatio reprobantur, ſicut & præfati duo articuli. Qualiter tamen ſit poſſibilis licet ſuperius tactus ſit, tamen clarius ſic deducitur. Poteſt enim cōtingere quod homo uel mulier aſpiciens corpus alicuius pueri moueat ipſum, mediāte uiſu & imaginatione,uel aliqua paſſione ſenſibili. Et q̄a paſſio ſenſibilis eſt cum quadā in mutatione corporali & oculi ſunt tenerrimi, propter quod ſunt impreſſionis multū receptiui. Ideo quandoque contingit quod per aliquam paſſionem interiorem tranſmutantur oculi in aliquam malam qualitatem, maxime cooperante ad hoc aliqua imaginatione,cuius impreſſio cito redūdat in oculos, & propter eorum teneritudine, & propter uicinitatem radicis ſenſuum particularium ad imaginationis organum Cum autem oculi ſunt trāſmutati in aliquam qualitatē nociuam, contingere poteſt quod tranſmutent. Itē ſibi

illã contiguã in aliquã qualitatẽ malã & illa pars aliqua; & ſic uſque ad aerem contiguum oculis pueri qui aſpicitur, & ille aer contiguus poterit quandoque in materiã diſpoſitam quam non diſpoſitam cui conſonat trãſmútare oculos ipſius pueri in aliam qualitatem malam & mediãtibus oculis ipſius pueri aliquas alias partes interiores unde nec cibum digerere,nec in membris fortificari aut aumentari poterit.Experimẽtum huius rei manuductiuũ eſt, quia uidemus hominem patientem in oculis, quãdoque ex aſpectu ſuo lædere oculos eum aſpiciẽtis, quod cõtingit ex hoc quod oculi mala qualitate infecti, inficiũt aerem medium, & aer infectus inficit oculos directos ad oculos infirmos, eo q̃d ſecũdum rectam lineam infectio illa deriuatur in directum ad oculos inſpicientium cooperante, adhæc multum imaginatione eius qui aſpiciendo oculos] infirmos imaginatur ſe lędi. Plura poſſent exẽpla manuductiua adduci, quæ breuitatis cauſa obmittũtur.Concordat his quædam gloſa ſuper illud Pſal. Qui timent te, uidebunt me,& Le.dicens, Magna inuirtus oculis eſt,quod in naturalibus apparet. Animal enim uiſum prodeſt itericis,prior uidens lupus uocem aufert,uel ſic,Baſiliſcus ſi prior uidit, occidit, ſi prior uidetur, occiditur.Et ratio quare baſiliſcus uidẽdo occidit hominem, niſi quod ex aſpectu & imaginatione excitatur in eius corpore materia uenenoſa, ꝑ quam oculi primo inficiuntur, & demum aer contiguus,Et ſic alia & alia pars aeris uſque ad aerem homini contiguũ, quem aerem per aſpirationem cum homo attraxerit, intoxicatur & moritur. Prior autem uiſus ab homine, ubi homo uolẽs Baſiliſcũ occidere, circummunit & ſpeculis, ex quibus dũ baſiliſcus inſpicit ex reuerberatione aer inficitur, & ſic uſq; ad baſiliſcum pertingit & occiditur.Sed dubium. Cur homo occiſor beſtiæ non moritur &.hic occultam quãdam cauſam opinari neceſſe eſt.Hæc ſine præiudicio & temeraria aſſertione dicta ſunt tãtum modo dictis ſanctorum inhærentes catholicam ueritatẽ concludamus, q̃d ad maleficiales effectus de quibus ad

præſens

præſens loquimur malefici cum dæmonibus ſemper cõcurrere, & unum ſine altero nihil poſſe efficere. Ad argumenta, patet reſponſio de faſcinatione ad primum. Ad ſecundum dicitur iuxta Vincent. in ſpe. naturali. c. 13 Quod uulnus infectum ſpiritibus interficientis ex forti imaginatione illud uulnus trahit aerem infectum trãſeuntem iam interfectore ſanguis ebuliens extra manat, quia ad præſentiam interfectoris aer incluſus in ulnere, ſicut ab interfectore intrauit. Ita ad eius præſentiã commouetur, ex qua commotione ſanguis erumpit. Sũt quidã alias cauſas allegãtes quaſi illa ebullitio ſanguinis ſit eius clamor de terra ſuper homicidã præſentem, & hoc propter maledictionem primæ homicidæ Cain, ad illud de horrore dicendum, ꝙ homo tranſiens prope cadauer hominis occiſi horrore concutitur. licet illud nõ ſentiat hoc fit ex ſpiritu quantũcunq; infectionẽ recipiente, & eam aĩæ repreſentãte. Sed hæc nihil cõcludunt aduerſus opera maleficorum, cũ oĩa illa naturaliter (ut dictũ eſt) fieri ualeant. Ad tertium ſicut dictum eſt ſupra, maleficorũ ritus deducũtur ad ſecũdũ genus ſuperſtitionis ꝙ dicitur diuinatio, rebus uerò ſupeſtitioſe in obſeruãtiis quibuſdam reducitur ad tertiũ genus, ideo argumẽtum non eſt ſimile, demũ etiam quia reducũtur nõ ad quamlibet diuinationẽ, ſed ad illam quæ fit per expreſſam dęmonum inuocationem, & hoc etiam cum multis modis fieri poſſit, ſcilicet per Nigromantiã, Geomantiã, & Hydromantiam &c. Inſpiciatur ſe. ſe. q. ar. 5. Ideo hæc diuinatio maleficorum ubi maleficiis ſunt intenti, ſicut ſupremum gradũ in flagitiis tenet ita, & aliud iudiciũ de eo exiſtit. unde quando arguitur ꝙ quia occultas rerum uirtutes cognoſcere non poſſimus, & malefici etiã occultis rebus intẽdũt. Dicitur ꝙ ſi intẽderẽt rebus naturalibus ad aliquos effectus naturales ex naturali uirtute procedẽdos, hoc licitũ foret, ut de ſe patet. Vel etiã concedẽdo ꝙ ſi intenderẽt ſuperſtitioſe rebus naturalibus, ut pote rebus huiuſmodi certas caracteres uel aliqua nomina ignota inſcribẽdo & illis pro acquirẽda ſanitate uel amicitia

micitia,& pro aliqua utilitate,& non pro nocumento aliquo inferendo uterentur.tunc licet abſque expreſſa dęmonū inuocatiōe,licet nō abſq; tacita iſta fidei poſſent & illicita iudicantur,quia tamen hæc & his ſimilia reducuntur ad tertiū genus ſuperſtitionis,ſcilicet ad obſeruantiā uanitatū,ut dictum eſt,ideo nihil ad propoſitū ſuper hæreſim maleficorū fortificat̃.Etiā ſolutio ꝙ huic tertio generi quatuor aſſignantur ſpecies,quia uel utitur quis obſeruātias ad ſciētiā acquirendā,Vel ad cōiecturas ſumēdas fortuniorū uel infortuniorū,uel ad ſuſpēſiones ſacrorū uerborū, uel ad corꝑa īmutāda in melius. Vñ & notāter ſactūs Tho.in titulo illo quæſtionis ubi quærit.An obſeruationes ordinatæ ad corporū immutatione ſint licitæ,q.96.in ſumma p ræfata ar.2.ddit puta ad ſanitatē.obſeruationes ergo maleficorū cū hic locū habent, ſed ut dictū eſt ſub ſecūdo genere continētur ſuperſtitionis,ideo nihil ad propoſitū.Ex his ēt quartū argum. reſpondetur, ꝙ quia duplices in his obſeruantiis fieri poſſunt imagines nigromanticę,& aſtronomicæ,& inter hęc talis eſt differentia.Quod in nigromāticis ſemꝑ fiunt expreſſe inuocationes dæmonum.propter expreſſa pacta cum eis inita. Inſpiciat̃ ſolutio ſecūdi arg.præfatæ quæſtionis.In Aſtronomicis uero ſunt pacta tacita,& ideo nulla inuocatio niſi fortaſſis tacita.puta figurata & caracterū ſigna q̄ eis inſcribūtur, & iterū imagines nigromanticæ,uel fiunt ſub certis conſtellationibus ad recipiendum certos influxus & impreſſiones corporū cœleſtium,etiam certis figuris& caracteribus inſigniti,ut in annullo, lapide, uel aliquam præcioſa materia.Vel fiunt ſimpliciter abſque obſeruātia conſtellationum,ſed indifferenter ex quacunque materia etiam uili ad inferendum maleficia ubi & quando ad aliqua loca reponuntur,& de his eff. ctibus cum ſuis imaginibus iā ſermo eſt,& non de alijs. Ideo argumentū non fuit ad propoſitum Qualiter denique certe imagines ſuperſtitione de quibus tactum eſt nullam habent efficaciā, inquantum ſunt artificialia ſolum, licet forte materialia in eis conſiderata poſſunt habere efficaciam, & non in-

quantum

quantum haberent naturalem aliquam uirtutem ex im-preſſione corporũ cœleſtiũ. ſi cui placet doctorẽ ibidem inſpiciat. Semper tamen dicit eſſe illicitũ imaginibus uti. Imagines uero maleficarũ abſque naturali aptitudine ad effectum fiunt, ſolummodo aũt ex iuſſu dęmonũ reponũt & applicant ut manualiter ad effectum concurrant in ma iorẽ contumeliã creatoris, ut & per amplius irritatus ma laq; fieri in flagitiorũ talium uindictam amplius permit-tat. Vnde & ſacratioribus anni tẽporibus huiuſmodi fieri procurant. Ad quintum dicendum ꝙ Greg. ibi intellexit poteſtatẽ gratię non naturę Vnde & ibidem ſubdit. Qui filii Dei poteſtate ſunt, ut Ioan. dicit, Quid mirum ſi ſi-gna ex poteſtate faciunt. Ad ultimum dicendũ quod ſimi litudo nõ ualet quia alia eſt actio animæ circa corpus pro prium, & alia circa corpus alienum. Nam quia corpori proprio unitur anima ut forma, & appetitus ſenſitiuus eſt actus alicuius organis corporalis. Ideo ad apprehenſio nem animæ humanæ poteſt cõmoueri appetitus ſenſiti-uus cum aliqua immutatione corporali calorẽ, & frigus, uel etiam uſque ad mortẽ. Ad exteriora uero corpora im mutando nulla apprehenſio animæ humanæ ſufficit niſi mediante immutatione proprij corporis ſicut de faſcina-tione dictum eſt. Vnde & malefici ex nulla pôteſtate na-turales, ſed ſolummodo auxilio demonũ & ipſi dæmones adminiculo alicuius alterius rei, ut per ſpinas oſſa crines, ligna, ferrum, & huiuſmodi quando intromittunt aut in-ſtrumentum aliquod reponunt, ut ſucceſſiue patebit, ma-leficiales effectus procurant.

DEINDE magis in ſpirituali tenori bullę apoſto-lice inhærendum, conſiderandum eſt de origine male-ficorum & eorum operum multiplicatione, & primo de ipſis maleficis, ſecundo de eorum operibus. Vbi notandum quod quia ad huiuſmodi effectum tria habent concurrere. ſcilicet dæmon, malefica, & diuina permiſ-ſio. 33. q. 1. ſi per fortiarias. Auguſtinus etiam dicit quod ex peſtifera ſocietate hominum & dæmonum hæc ſuper ſtitioſa uanitas adinuenta eſt. Ideo origo & multiplica

tio

tio huius hæreſis ex peſtifera hac ſocietate ſumitur ꝙ et ex aliis elicitur. Nam attento quid hæc hæreſis maleficorum, non ſolum differt ab alijs hęreſibus in hoc quod ipſa per pacta nedum expreſſa. Verumetiam placita ac fœderata iu omnem creatoris ac ſuæ creaturarum cõtumeliã & nocumentũ inſanit, cum tamen omnes aliæ ſimplices hæreſes per nullum pactum tacitum uel expreſſum, cum dæmonibus inuitũ licet nõ abſq; inſtinctu ſatoris omnis inſidiæ erroribus propter difficultatem credendorum aſſentiunt. Verumetiam differt ab omni noxia & ſuperſtitioſa atte in hoc quod ſuper omnia genera diuinuttionũ ipſa maleficorũ hæreſis ſupremum attinet gradum malitiæ, quod etiam nomen a maleficiendo, ſeu male de fide ſentiendo ſibi uſurpat, ut prius tactum eſt. Attento etiã quod inter alios actus habent pro augumento illius perfidię quatuor exercere, uidelicet fidem catholicam in toto uel in parte ore ſacrilego abnegare ſeipſos in corpore & anima deuouere. Infantes nondum renatos ipſi malignos offerre ſpurcitijs diabolicis per carnales actus cum incubis & ſuccubis dæmonibus inſiſtere, quæ omnia utinam aliena ab omni ueritate & figmenta forent dicẽda, dum modo eccleſia a tãta labe infectionis exiſteret immunis, cui tamen heu obſtat & apoſtolicæ ſedis per bullam determinato uerum & experientia rerum magiſtra, quæ nos ex propriis eorũ faſſionibus ac flagitiis perpetratis intantũ certificauit quod abſq; diſpendio propriæ ſalutis iam ab eorum inquiſitionibus deſiſtere nequimus. Ideo de eorum origine & multiplicatione peſtifera tractaturi, quia laborioſum exiſtit, ideo legentibus ſic ſumma cum diligentia ſingula ſunt perſcrutanda quod & admittẽda quæ rationi conſona & ſcripturarum traditionibus non diſſona inueniuntur. Et quia inter omnes actus ad multiplicationem eorum deſeruientibus, duo eorũ plurima cooperantur, ſcilicet incubi & ſuccubi dæmones & infantium ſacrilege oblationes. Ideo de ipſis ſpecialiter tractabimus, ita tamen, ut primo de ipſis dæmonibus, ſecundo de ipſis maleficis, & tertio de ipſa diuina promiſſione mentio habeatur

beatur. Et quia dæmones per intellectum & uoluutatē operantur & potius ſub una conſtellatione quam ſub altera ad hoc ut ſemen ad prolis procreationem uigoretur. Inquirendum erit de ipſis conſtellationibus a dæmonibus obſeruatis. Et ita principaliter quæruntur tria. Primo an hæc hæreſis per comparationem ad dæmones incubos & ſccubos poſſit originaliter multiplicari. Secundo an ne per comparationē ad corpora cœleſtia quæ etiam cauſæ ſunt humanorum actuum eorum opera poſſunt uigorari. Tertiò an ne per oblationes ſacrilegas infantes dæmonib. offerentes poſſit ipſa hæreſis augmentari, tamen infra ſecundam & tertiam tractabitur ſecunda quæſtio principalis, ſcilicet, de influētijs corporum cœleſtium & hoc ꝑropter decentem cōtinuationem ſuper opera maleficorum. Circa primum tres erūt difficultates. Vna generalis de incubis illis dæmonibus. Altera ſpecialis à quibus dæmonibus huiuſmodi actus exercentur. Tertia ſingularis quoad ipſas maleficas dæmonibus ſe ſubijcientes.

AN PER DAEMONES INCVBOS, ET SVCCVBOS DETVR *hominum procreatio.*

TERTIA quæſtio primæ partis.

AD Primum videtur quod non ſit catholicum aſſerere quod per incubos & ſuccubos dæmones poſſint homines procreari, procreatio hominū inſtituta eſt ante peccatum a Deo in hoc quod homini mulierē in adiutorium de coſta formauit. Quibus & dixit, Creſcite & multiplicamini. Gene. 1. Et iterum Adam inſpiratus dixit: Erunt duo in carne una. Gene. 3. Similiter & poſt peccatum in lege naturę dictum eſt ad

Noe.

Noe. Creſcite, & multiplicamini. Gen. 9. In tempore etiã nouæ legis a Chriſto hæc coniuncto confirmata. Mat. 19. Non legiſtis quod ab initio qui fecit homines maſculum & fœminam fecit eos, ergo alii modi homines procreandi non debent aſſignari. Si dicatur quod dæmones concurrunt, non ut principia naturalia, ſed ut artificialia, quãdo ſtudioſe cooperantur ad naturales conceptus hominum ſemen recipiendo, & iterum transfundendo. CONTRA. Quia aut hoc poſſet diabolus in omni ſtatu, uidelicet, matrimoniali & extra. aut in uno tantũ. Non primo modo: quia tũc opus diaboli eſſet fortius q̃ opus Dei, qui quemlibet ſtatum inſtituit aut confirmauit, puta continentiũ & coniugatorum. Nec ſecundo modo, quia de hoc nullibi legitur in ſcripturis, ut ex uno ſtatu & nõ altero huiuſmodi hominum fieret procreatio. Præterea procreare hominẽ eſt actus uiui corporis ſed dæmones aſſumptis corporibus non dant uitam quia illa tantummodo formaliter fluit ab anima, quæ eſt actus corporis phyſici organici potentia uitã habẽtis. 2. de aĩa: ergo per huiuſmodi aſſumpta corpora opera uitæ exercere non poſſunt. Si dicatur, ꝙ aſſumunt corpus non ut uitam tribuat ſe ut ſemẽ naturale retineant, & transfundant. Contra. In operibus angelorum bonorum & malorum ſicut nihil eſt ſuperfluum nec etiam in operibus naturæ. Sed cũ dæmõ naturali uirtute qua etiam omnem uirtutem corporis excedit, poſſit inuiſibiliter & ſemel colligere & iterum applicare. Igitur aut ratio dabitur quod nõ poſſit inuiſibiliter hoc facere, aut ſi poteſt, alterũ erit ſuperfluũ fortificatur ratio. Nam in libro de cauſis dicitur, quod uirtus intelligentię eſt infinita inferius quamuis ſit finita ſuperius, ſed omnia corporalia ſunt infra intelligentias. Ergo & infinitate ſuæ uirtutis poteſt ea qualitercunque uult immutare. Sed intelligẽtiæ ſunt angeli, ſiue boni, ſiue mali. Ergo poſſunt abſq; hoc quod corpora aſſumant transmutationes in ſeminib. facere. Præterea ſemen recipere ab uno & transfundere in alium fieret per motũ localem, ſed dęmones nõ poſſunt corpora mouere localiter. Probatur. Anima eſt ſubſtãtia

ſpiritualis

ſpiritualis ſicut & dęmon,ſed aĩa non poteſt localiter mo uere corpus niſi a ſe uiuificatum.Vnde ſi aliquod mẽbrũ mortificetur redditur immobile.Ergo & dęmones aliqđ corpus mouere localiter,niſi ab eis uiuificatum non poſſunt.Dictum eſt autẽ.& quaſi per ſe notum quod dæmones non uiuificant aliquod corpus,ergo nec ſemen poterunt mouere localiter de loco ad locum. Pręterea omnis actio eſt per cõtractũ ut dicitur primo de generatione.Nõ uidetur aũt quod poſſit eſſe aliquis contractus dæmonis ad corpora,cum nihil habeat cum eis cõmune.Cũ ergo ſemen immittere & mouere localiter ſit quoddam agere uidetur quod dæmones illa facere non poſſunt.Præterea dæmones nõ poſſunt mouere corpora magis propinquiora eis in ordine naturæ,ut ſunt cœleſtia .ergo nec alia magis diſtantia, Antecedens probatur. Quia cum mouens & motum ſunt ſimul,ſecũdo phyſicorum.Sequeretur quod dæmones mouentes corpora cœleſtia,eſſent in cœlo, qđ neque ſecundum nos,neque ſecundum Platonicos habet ueritatem.Sed contra,Auguſtinus 3.de trinitate . Dæmones colligunt ſemina quæ adhibẽt ad corporales effectus hoc autẽ ſine motu locali fieri nõ põt,ergo dęmones poſſunt ſemina recepta ab aliquibus in alios transfundere. Itẽ gloſa.Strabi ſuper illud Exodi ſeptimo. Vocauit Pharao ſapientes,&c.Item dicit quod dæmones diſcurrũt per mundum,& colligunt diuerſa ſemina & ex eorum adaptione poſſunt prorumpere diuerſæ ſpecies. Videatur ẽt gloſa ibidem ſuper illa uerba.Vocauit Pharao. Item Geneſeos 6.ſuper illud, Videntes filii Dei filias hominũ, &c. gloſa duo facit.primo quod per filios Dei filii Seth intelliguntur,& per filias hominum,filię Cain.Secundo dicit, quod non eſt incredibile ab hominibus,ſed a quibuſdam dæmonibus,qui mulieribus ſunt improbi huiuſmodi homines,id eſt,Gigantes eſſe procreatos de quibus in litera dicitur : Gigantes autem erant ſuper terram.Quia & poſt diluuium corpora non ſolum uirorum,ſed etiam mulierum incredibilis pulchritudinis extiterunt.¶R E S P O N S I O.Quia de poteſtate,ac operibus diaboli circa male-

mundi ex natura, quia in eis ſecundum Dionyſium ineſt furor naturalis, amens concupiſcentia, fantaſia proterua, intellige quo ad peccata eorum ſpiritualia, ſcilicet, ſuperbiam, inuidiam & iram. Vnde ſunt humani generis inimici mente rationales, abſque tamen diſcurſu intelligentes, in nequitia ſubtiles, nocendi cupidi, ſemper in fraude noui, immutant ſenſus, inquinant affectus, uigilantes turbant, dormiẽtes per ſomnia inquietant, morbos inferunt, tempeſtates concitant, in lucis angelos ſe transformant, ſemper infernum ſecum portant, erga maleficos diuinum cultum ſibi uſurpant, magicæ artes per eos fiunt, ſuper bonos dominari appetunt, & amplius pro poſſe infeſtant electis ad exercitium dantur, ſemper fini hominis inſidiantur. Et licet mille nocendi habeãt modos & artes. 16. quęſtione 2. ut pote qui conatur a principio ruinæ ſuæ unitatem eccleſię reſcindere, charitatem uulnerare, ſanctorum operum dulcedinem inuidiæ felle inficere, & omnibus modis humanum genus euertere & perturbare, poteſtas tamen eius in lumbis & umbilico manet. Iob penultimo. Quia uidelicet per luxuriam carnis multum dominantur hominibus, ſedes enim luxuriæ in uiris eſt in lumbis, quia inde deciditur ſemẽ ſicut a mulieribus ab umbilico. His præſuppoſitis ad intellectum quæſtionis de incubis, & ſuccubis dæmonibus, dicendum quod aſſerere per incubos & ſuccubos dæmones homines interdum procreari, intantum eſt catholicum, quod eius oppoſitum eſt aſſerere nedum dictis ſanctorum, ſed & traditioni ſacræ ſcripturæ contrarium, quod ſic deducitur. Nam Auguſtinus hanc quæſtionem non quidem quo ad maleficos, ſed quãtum ad ipſas operationes dæmonum, & ad fabulas poetarum in uno loco mouet & ſub dubio reliquit. Licet poſtea quantum ad proceſſum ſacræ ſcripturæ determinat. Nam libro 3. de ciuit. Dei, cap. 2. dicit. Vtrum poterit Venus ex concubitu Anchiſis Aeneam parere, in medio relinquamus. Nam penè talis quæſtio in ſcripturis oritur. qua quæritur utrum præuaricatores angeli filiabus hominum concubuerint. Vnde natis gigantibus, id eſt,

nimiū grandibus & fortibus uiris, tunc terra repleta eſt. Sed libro 5. ca. 23. quæſtionem determinat in hęc uerba. Creberrima fama eſt multiq; ſe expertos uel ab eis qui experti erat, de quorum fide dubitandū non eſt, ſe audiuiſſe confirmant Siluanos & Faunos (quos uulgus incubos uocant) improbis extitiſſe mulieribus ac earū apetiſſe ac peregiſſe concubitum. Et quoſdā dæmones, (quos duſios galli nuncupant) aſſidue hāc immunditiam & tentare & efficere pluries, talesq; aſſeuerant, ut hoc negare impudētiæ uideatur. Hæc ille. Poſtea ibidē determinat ſecundam quæſtionem, uidelicet quod iſtud Gen. Videntes filii Dei, id eſt Seth, filias hominū, id eſt, Cain non de incubis ſolum intelligitur. Quod autē incubos eſſe non ſit credibile. Ad illud ibidē eſt glo. quæ ſic dicit, ut prius tactū eſt. Non eſt incredibile, non ab hominibus, ſed ab angelis, uel quibuſdam dæmonibus, qui mulieribus ſunt improbi eius modi homines, ideſt gigantes eſſe procreatos, de quibus in litera dicitur. Gigātes autem erant ſuper terram, qui & poſt diluuium. &c. ut ſupra. Ad idem eſt glo. Eſaiæ 13. ubi propheta deſertionem Babyloniæ ciuitatis prædicit, & mōſtra in ea habitanda. Ibi, inquit, habitabunt ſtructiones & piloſi ibi ſaltabunt. Dæmones intellige ibi loco piloſi. Vnde dicit glo. Piloſi ſunt ſylueſtres homines, hiſpidi qui Incubones uel Satiri certa genera dæmonū & Eſaiæ 34. ſuper illo ubi propheta deſolationem terræ Idumeorū qui perſequebantur Iudæos. Erit, inquit, cubile draconum & paſcua ſtrutionum, & occurrent dæmonia. Gloſa interlinealis, id eſt, monſtra dæmonū ad inuicem. Et gloſa beati Grego. ibidem. Qui alio piloſi nomine figurātur, nō hi quos Græci panos, latini uerō incubos uocāt. Ad idem eſt beatus Iſidorus libro octauo, capite ultimo, ſic dicēs: Piloſi qui greci panitri latini, incubi appellantur. Vnde & incubi dicuntur ab incubando, hoc eſt, ſtuprando. Sępe enim improbi exiſtūt etiam mulieribus, & earum peragunt concubitum, quos dæmones galli duſios nuncupant, quia aſſidue hanc peragūt immunditiam. Quem autem uulgo incubonem

uocant

uocant, hunc Romani Faunum ficarium dicunt. Ad quē Horatius dixit: faunē Nimpharū fugientiū amator, per meos fines & aprica rura lenis incedas. Inſuper illud Apoſtoli 1. Cor. 11. Mulier debet habere uelamē ſuper caput ſuum propter angelos, multi catholici exponunt quod ſequitur propter angelos, id eſt, incubos. An idem eſt Beda in hiſtoriis Anglorum. Item Guilel. in libro de uniuerſo, parte ultima, tractat. 6. multiplicetur. Præterea hoc determinat ſanctus doctor prima parte. q. 25. Et in ſecundo ſcripto diſt. 8. Et quolibet. 6. q. 10. atq; ſuper Eſaiā ca. 13. & 14. Vnde talia negare dicit ſanctus Thomas imprudentiæ eſt. Id enim quod multis uidetur non poteſt omnino falſum eſſe, ſecundum philoſophū, de ſomno & uigilia, in fine, & in 2. Ethicorum. Sileo de hiſtoriis multis & authenticis, tam catholicorū quàm ethicorum qui incubos eſſe palàm aſſeuerunt. Cauſa autem quare dęmones ſe incubos faciūt uel ſuccubos, non delectationis eſt cauſa, cū ſpiritus carnem & oſſa nō habeat. Sed hęc eſt potiſſima, ut per luxurię uitiū utriuſque hominis naturam lædāt, corporis uidelicet & animæ, ut ſic ad omnia uitia homines proniores exiſtant. Nec dubium quin ſub certis conſtellationibus ſemina uigorare ſciunt ſub quibus homines etiam concepti, ſemper mali tijs exiſtūt deprauati. Vnde enumeratis per altisſimum multis luxuriæ uitiis, a quibus ſuum populum mundum eſſe uoluit, & quib. infideles hæretici erant ait Leuit. 18. Ne polluamini in omnibus his quibus cōtaminatæ ſunt gentes, quas ego eiiciam ante cōſpectum ueſtrum, e quibus polluta eſt terra cuius ſcelera ego uiſitabo. Dicit gl. ſuper uerbo gentes: Dæmones, inquit, qui propter multitudinem dicuntur gentes uniuerſæ qui cum omni peccato gaudent, præcipue tamē fornicatione & idolatria, quia in his corpus, & anima maculatur, & totus homo qui terra dicitur. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus eſt, qui autē fornicatur, in corpus ſuū peccat. Si cuilibet intuenti hiſtorias de incubis, & ſuccubis, inſpiciat ut ſupra Bedam in hiſtoriis Anglo-

rum, & Gulielmum Thomam, denique Barbantinũ in libro qui de Apibus intitulatur. Ad argumenta. Ad primũ de naturali propagatione inſtituta a Deo, inter marem & fœminam dicitur. Quod ſicut Dei permiſſione, ſacramentum matrimonii poteſt opere Diaboli uitiari, per malefica, ut ſupra patuit. Ita a ſimili & fortiori in quolibet alio actu uenereo inter marẽ & fœminã. Sed ſi quæritur, quare potius in actu & ſuper actũ uenereum diabolo permittitur maleficia exercere, quã ſuper alios humanos actus. Dicitur quod multiplex cauſa aſſignatẽ a doctoribus de quibus inferius ab illa parte ubi de permiſſione diuina diſcutitur. Ad pręſens ſufficit cauſa quę prius tacta eſt, ſcilicet quod poteſtas dæmonis eſt in lũbis hominum. Quia inter omnia certamina duriora ſunt prælia certaminis ubi continua pugna, & raro uictoria, Nec ualet, ubi dicitur quod tũc opus diaboli eſſet fortius opere Dei, cũ actus matrimonialis a Deo inſtitutus poſſet uitiari, quia non uitiat per uiolentiã, imo cũ nihil ualeat inficere, niſi a Deo permiſſus. Ideo magis per hoc eius impotẽtia concluditur. Ad ſecundum uerum eſt, ꝙ procreare hominem eſt actus uiui corporis. Sed cum dicitur quod dæmones non poſſunt dare uitam; quia illa fluit formaliter ab anima, uerum eſt, ſed quia materialiter diſcinditur a ſemine, & dæmon incubus illud immittere poteſt Deo permittente, per coitum & nõ tanquã ab eo diſciſum, ſed per ſemen alicuius hominis ad hoc acceptũ (ut dicit S. Tho. in prima parte q. lj. ar. 3.) ut pote quod idem dæmon qui eſt ſuccubus, ad uirum fiat incubus ad mulierem, ſicut etiam aliarum rerum ſemina aſſumunt ad aliquam rerum generationem, ut Auguſtinus dicit. 3. de trinitate. Vnde ſi quæritur cuius filius ſic natus exiſtit. Patet quod non eſt filius dęmonis, ſed filius hominis, cuius eſt ſemen acceptum. Sed cum inſtatur qđ nihil eſt ſuperfluum in operibus Angelorum, ſicut & naturæ cõceditur. Sed cum infertur quod dæmon poteſt inuiſibiliter ſemẽ & recipere & infundere, uerũ eſt hoc autẽ potius operatur uiſibiliter, ut ſuccubus, & incubus

ut ſic per talem ſpurcitiam inficiat corpus & animā, & in utroq; homine mulieris, ſcilicet, & uiri, ut in corpore quaſi tactum eſt. Præterea plura poſſent dęmones inuiſibiliter qui tamen non permittuntur ēt ſi uellent exercere, permittuntur autem uiſibiliter uel in exercitiū bonorū, uel in correctionem malorum. Poſſet deniq; cōtingere quod loco dęmonis ſuccubi alter ſemē reciperet ab eo, & incubum loco alterius dæmonis ſe faceret, & hoc triplici ex cauſa. Puta qui dæmon deputatus mulieri reciperet ſemen ab altero dæmone, deputato uiro, ut ſic unuſquiſque circa ſibi a principe dæmoniorū commiſſum, habeat maleficium exercere, uunicuique proprius deputetur Angelus etiam a malis, uel propter fœditatem actus, quàm dæmon unus facere abhoreret, cū ut in ſequēti quæſtione patebit certi dæmones ex nobilitate naturæ certos actus & ſpurcitias facere abhorrerēt, uel ꝙ inuiſibiliter loco uero feminis ſuū ſemen, id eſt, ꝙ incubus recidit inuiſibiliter ſe interponendo mulieri intromittat, quam interpoſitionem facere non eſt cōtra eius naturam aut uirtutem cum etiam in corpore aſſumpto inuiſibiliter & incontrectabiliter ſe interponere poteſt, ſicut ſupra de illo iuuene qui Idolū deſpōſauerat, patuit. Ad tertium. Hoc quod dicitur quod uirtus Angeli eſt infinita reſpectu ſuperiorum, hoc eſt, quia eius uirtus comprehendi non poteſt ab inferioribus, quin ſemper ſuperexcedit eam, ita quod non limitatur ad unum effectum tantum. Et hoc ideo quia ſuprema in entibus ante uirtutes maxime uniuerſales. Vnde propter hoc qđ eſt infinita ſuperius non poteſt dici, quod poſſit indifferenter in omnem effectum illum ad proponēdū, quia ſic etiam diceretur infinita inferius ſicut ſuperius. Demū quia inter agens & patiens debet eſſe proportio nulla poteſt eſſe proportio inter ſubſtātiam purè ſpiritualem & corporalē, ideo nec ipſi dæmones poſſent in aliquem effectum niſi mediāte aliquo alio principio actiuo. Inde eſt quod ſeminibus rerum utuntur ad effectos producēdos. iuxta Auguſtinum. 3. de trinitate. Vnde hoc argumētum

ſpiritualibus inferioribus, ut ſunt dęmones. Et ſi quidem hoc contingit eis ſecundum conditionem naturæ, ſecundum quam aliqui ponebant dæmones non eſſe ex illis ſuperioribus angelis: Sed ex illis quæ perficiuntur a Deo hnic terreſtri ordini, ut erat philoſophorum opinio. Vel etiam ſi contingit ex pœna peccati, ut theologorum ſentẽtia eſt, tunc a cœleſtibus ſedibus detruſi in hunc aerem, tã quam ad pœnam non poſſunt ipſum aut terram commouere. Hæc addita ſuper propter duo argumẽta quę tacitè ſoluuntur, ſcilicet, de corporibus cœleſtibus, ꝙ illa etiam poſſent mouere, Si poſſent corpora localiter mouere, qui ſunt eis magis propinqua, ut etiam ultimum argumentũ prætendit. Reſpondetur enim quod non ualet, quia illa corpbra excedunt proportionem uirtutis eorũ, ſi quidem prima opinio locum habet, Si uero non, ſed ſecunda, tunc iterum non poſſunt mouere, propter pœnam peccati. Eſt etiam ad argumentum ubi quis obijceret ꝙ idem eſt motus totius & partis ſicut totius terræ & glebe. in 4. phiſicorum. Vnde ſi dæmones poſſent mouere partem terræ poſſent etiam mouere terram, non ualet, ut patet intuẽti diſtinctionem. Colligere autem ſemine rerum & applicare certos effectus, non excedit eorum uirtutem naturalem Deo eis permittente ut de ſe patet. Summarie cõcludatur quod non obſtante quod quidam d cunt, dæmones in aſſumptis corporibus nullo modo poſſe generare, & ꝙ per filios Dei ſignificentur filii Seth & non Angeli incubi ſicut & per filias hominum, illæ quæ de ſtirpe Cain deſcẽderant, Quia tamen contrarium a multis ut patuit, aſſeritur, & quod multis uidetur, non poteſt omnino eſſe falſum ſecundum philoſophum in 6. ethicorum. Et in fine de ſomno & uigilia. Iam etiam modernis temporibus atteſtantur facta & dicta maleficarum talia uere & realiter exequentium, initio dicimus tria. Primo quod per tales dæmones ſpurciſſimi actus uenerei non delectationis, ſed infectionis animæ & corporum quibus ſuccubũt aut incubunt cauſa exercentur. Secundo, quod per talem actum completa cõceptio & generatio a mulieribus fieri

poteſt inquantum ſemen humanum apponere poſſunt, in loco conuenienti uentris mulieris ad materiam proportionatam ibidem præexiſtentem a ſimili, ſicut & ſemina aliarum rerum colligere poſſunt ad complendum aliquos effectus. Tertio, quod dæmonibus attribuitur in talium generatione illud tantum quod eſt motus localis non autem ipſa generatio, cuius principaliter non eſt uir cuius ſemen fuit, unde & genitus non dæmoni, ſed alicuius hominis filius eſt. Et per hæc patet reſponſio ad argumenta, ubi qui arguere uellet quod dæmones generare non poſſent propter duo. Primo quod generatio conpletur per uirtutē formatiuam quę eſt in ſemine corpore uiuo reſoluto. Et corpus a dæmonibus aſſumptum, quia non eſt tale, ergo &c. Patet reſponſio quia dæmon uirtute ſeminis formatiuam reponit ad locum debitum, &c. Secūdo ſi dicatur ꝙ ſemen non habet uirtutem generandi, niſi quandiu calor animæ in eo retinetur quem tamen exaltare neceſſe eſt per magnam diſtātiam delatam. Eſt enim reſponſio quod dæmones poſſunt aliqua reponere ad cōſeruationem ſeminis ne calor uitalis euaporet. Vel etiam quia uelociſſime mouentur propter uictoriam mouentis ſuper rem motam, ideo non poterit euaporari tam fœliciter.

A QVIBVS DAEMONIBVS huiuſmodi exercentur.

QVARTA QVAESTIO.

VTRVM catholicum ſi aſſerere quod actus incuborū & ſuccuborū dæmonum conueniant omnibus ſpiritibus immundis indifferenter & æqualiter. ET VIDETVR quod ſic, quia oppoſitū aſſerere, eſſet ordinē quēdā bonū inter eos affirmare probatur. Sicut ad rationem boni pertinet modus & ordo. Auguſtinus in libro de natura bonita. ad rationem malis pertinet inordinatio. SED in angelis nobis nihil eſt inordinatum, ergo & in malis

nihil

nihil poteſt eſſe inordinatum. Vnde indifferenter huiuſmodi actibus habent inſiſtere. Inde etiam illud. Vbi nullus ordo ſempiternus horror inhabitat in terra, uidelicet miſeriæ & tenebrarum. Iob 10. Præterea, ſi non omnes indifferenter his actibus inſiſtunt, hoc eis competit uel ex natura, uel ex culpa, uel pœna. Non ex natura, quia poſſunt peccare omnes indifferenter, ut in præcedenti quæſtione tactum eſt, ſunt in natura ipſorum ſpiritus impuri licet non immundi, quantum ad diminutionem naturaliū bonorum. In nequitia ſubtiles, nocendi cupidi, per ſuperbiam tumidi, &c. ergo competit eis quo ad culpā uel pœnā. Tunc ſic, Vbi eſt maior culpa, ibi maior pœna, ſed ſuperiores angeli magis peccauerunt, ergo in eorum pœnam magis his ſpurcitiis habent inſiſtere. Si hoc non eſt, dabitur ratio alia cur non illis actibus indifferenter inſiſtant. Præterea ubi non eſt ſubiectio & obedientia ibi oēs indifferenter operantur, ſed in dæmonibus nulla eſt ſubiectio & obedientia probatur. Quia illa ſine concordia haberi non poſſunt, ſed in dæmonibus nulla eſt concordia. Prouerb. 13. Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. Præterea ſicut æqualiter omnes propter culpam, poſt diem iudicii in infernum detrudentur, ita & ante illud tempus in aere caliginoſo propter officium eorum detinentur, non igitur eſſe æqualitas ex cauſa emancipationis, ergo nec æqualitas ex parte officii & tentationis. SED CONTRA gloſſa præd. ad Cor. 15. Quādiu durat mundus, angeli, angelis, homines, hominibus, dæmones, dæmonibus præſunt. Item Iob 40. dicitur de ſquamis Leuithan per quas membra diaboli ſignificantur quod una uni adhæret, ergo inter eos eſt diuerſitas & ordinis actionibus. Incidenter quæritur. An a bonis angelis ipſi dæmones ad huiuſmodi eorum ſpurcitiis exequendis interdum impediantur uel non. Et dicendum quod quia poteſtas dicuntur angeli, quorum ditione uirtutes aduerſæ ſubiectæ ſunt, ut Gregorius dicit, & Auguſtinus tertio de trinitate. Spiritus uitæ, deſertor atque peccator, regit̄ per ſpiritū uitæ rationalem pium & iuſtum. Et ſicut illæ creaturæ ſuper

al ias

alias influentias habent quæ ſunt perfectiores, & Deo propinquiores eo quod totus ordo prælationis, primo & originaliter eſt in Deo, & participantur a creaturis ſecũdum quod ei magis propinquant. Ideo etiam boni angeli qui maximè appropinquãt Deo propter eius fruitionem qua dæmones carent ſuper ipſos dæmones habent prælationem, & per eos reguntur. Et cum inſtatur quod dæmones præmisſis mediis multa mala faciunt, aut ergo nõ impediuntur. quia non ſubſunt bonis angelis, qui eos impedire poſſent, aut ſi ſubſunt, tunc cũ ad negligentiam præſidentis pertinere uidentur. ea quæ per ſubditos male fiunt. Videtur quod in angelis bonis ſit aliqua negligẽtia. Reſpondetur quod ſancti angeli ſunt miniſtri diuinæ ſapientiæ. Vnde ſicut diuina ſapientia permittit aliqua mala fieri per malos angelos uel homines propter bona quę ex eis elicit, ita & boni angeli nõ totaliter cohibẽt malos a nocẽdo ſiue homines ſiue dęmones. RESPONSIO Catholicum eſt aſſerere quædam ordine actionũ interiorum & exteriorum. etiam per quandam prælationem eſſe in dæmonibus. Vnde & quædam ſpurcitiæ ab aliquibus infimis perpetrantur a quibus ſuperiores propter nobilitatem naturæ ſecluduntur. Et declaratur hoc primo generaliter ex triplici congruentia qua talia congruunt eorum naturę diuinæ ſapientiæ & propriæ nequitię, demũ magis in ſpeciali. ex natura quidem. Nam conſtat quod a principio creationis ſemper quidẽ alii ſuperiores fuerunt ex natura cũ inter ſe differãt ſpecie, nec duo angeli unius ſpeciei exiſtant communiorem opinionem ſequẽdo quæ etiam dictis philoſophorum concordat, & Dion. qui ponit, 10. cap. cœleſtis hierarchiæ in eodem ordine eſſe primos medios & ultimos, cui etiam neceſſario opportet aſſentire, tum ex immaterialitate eorum tum etiam ex incorporalitate, Inſpiciat qui uult dicta doctoris in 2. diſ. 2. Et quia peccatum naturam non tollit, & dæmones poſt caſum data naturalia non amiſerunt, ut ſupra tactum eſt & operationes rerum ſequuntur naturales earum conditiones ideo ſicut in natura, ſic & in operationibus ſunt

uarij

uarii & multiplices. Congruit etiam hoc diuinæ ſapien tiæ ut ea quæ ab ipſo ſint, ordinata ſint. Rom. 13. quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt. Et quia dęmones ſunt a Deo deputati ad exercendum homines, & ad puniendum damnatos. Ideo in exercitiis eorum ab extra quo ad homines ſunt uarii & multiplices. Congruit ẽt & nequitię ipſorum. Quia.n. humano generi aduerſantur, ideo cum ordinate impugnãt, ideo magis hominibus nocere æſtimant ſicut faciũt, unde conſtat ſpurcitiis in nephandisſimis nõ æqualiter inſiſtunt, quod etiam magis ſpecificatur tali ratione. Nam cũ operatio ſequitur naturam rei, ut dictum eſt quorumcunque ſunt naturæ ſubordinatæ, oportet etiam quod operatione ſibi inuicem ſubordinãtur, ſicut patet in rebus corporalibus. Quia enim inferiora corpora naturali ordinatione ſunt infra corpora cœleſtia actiones & motus eorum ſubduntur actionibus & motibus cęleſtium corporum, & quia ut dictum eſt, dæmones naturali ordine inter ſe differunt. Ideo etiã naturalibus actionibus intrinſecis & extrinſecis præſertim in huiuſmodi ſpurcitiis peragendis. Ex quibus concluditur quod quia huiuſmodi ſpurcitiæ plurimum præter nobilitatẽ angelicæ naturæ exercentur, cum etiam in actib. humanis infimi & fœdiſſimi actus in ſe quidem conſiderando, non quantum ad officium naturæ & procreationis reputãtur. Dæmonum cũ de quolibet ordine aliqui cecidiſſe credũtur, nõ eſt inconueniens aſſerere quod illi dæmones qui de infimo choro & iterum illi qui infimi in illo exiſtunt in his ſpurcitiis & aliis deputantur, & inſiſtunt. Hoc etiam plurimum eſt aduertendũ, quod licet de incubis & ſuccubis mulieribus infeſtos ſcriptura tradit, tamen nuſquam legitur in uitiis, quibuſcunque contra naturam loquendo, non ſolum de ſodomitico, ſed etiã de quocunque alio peccato extra uas debitum, perperẽ agẽdo ſe incubos & ſuccubos feciſſe. In quo maximo illorũ peccaminũ enormitas oſtenditur, cũ indifferenter oẽs dæmones cuiuſcunque ordinis illa peragere abhorrent, & uerecundum æſtimant. Et hoc uidetur

uelle

uelle gloſa ſuper Ezechielem 19.ubi dicitur. Dabo te in manus paleſtinorum,id eſt,dæmonum, qui etiam erubeſcunt de uia tua ſcelerata, uitium contra naturam intelligens,& intuenti patet,quod de dæmonibus oportet au ctoritatem intelligere. Nullum.n. peccatum tam ſæpe Deus reproba morte in multis condemnauit. Dicunt ēt nonnulli & ueraciter creditur, quod nullus talis uitij poſtquam tempus mortalis uitæ Chriſti,quod ad annos 33. extenditur in hoc ſcelere perſeuerans exceſſerit, niſi ſpeciali gratia redemptoris poterit liberari, quod ex eo patet quod octogenariis,& cētenariis iſto crimine inueniũtur, ſæpe irretiti quibus tēpus Chriſti quia uitæ motum diſciplina fuit,& ideo illo ſpreto, uix unquam ſine difficultate per maxima ad hoc ſcelere cōtinebit. Sed & quod ordo ſit inter eos ēt ad officia exteriora, quo ad impugnationes demonſtrat eorum nomina. Nam licet unum & idem nomen,ſcilicet diabolus multipliciter exprimatur in ſcripturis, & hoc propter eorum diuerſas proprietates,tamen his immundis operibus unus præſidere in ſcripturis traditur, ſicut etiam & certis aliis uitijs.Et enim uſus ſcripturæ & locutionis quemlibet immundum ſcriptum nominare diabolum,a dia, quod eſt duo,& bolus,quod eſt morſellus,quia duo occidit, ſcilicet corpus & animam, & ſecundum ethimologiā licet græce interpretatur diabolus clauſus ergaſculo, & hoc ſibi cōuenit,cum nō permittit ſibi nocere quantum uellet.Vel diabolus quaſi defluens quia defluxit,id eſt, corruit & ſpecialiter & localiter.Nominatur etiam dæmon id eſt,ſapiēs ſuper ſanguinem uel ſanguineus,ſcilicet,ſuper peccata quæ ſitit & procurat triplici ſciētia,qua uiget,ſcilicet,ſubtilitate naturę,experientia temporum,& reuelatione bonorum ſpirituum. Nominatur ēt belial, quod interpretaē abſque iugo,uel abſque domino, quia pro poſſe pugnat contra eum,cui deberet eſſe ſubiectus. Vocatur etiā Beelzebub, quod interpretatur uir muſcarũ,id eſt,animarũ peccantium, quæ reliquerunt uerum ſpōſum Chriſtũ.Item ſathanas,id eſt aduerſarius. Vnde

1.Pet.

1.Pet.2. Aduerſarius ueſter diabolus circuit, &c. Item Behemot,id eſt beſtia,quia facit homines beſtiales. Item dæmon fornicationis,& princeps illius ſpurcitij, Dicitur Aſmodeus, quod interpretatur factura iudicii,quia propter hmōdi uitium,factum fuit terribile iudicium ſuper Zodomam,& quatuor aliis ciuitatibus. Sicut & dæmon ſuperbię dicitur Leuiathan,quod interpretatur additamentum eorum,quia & lucifer tentans primos parentes,de ſuperbia promiſit eis additamentum diuinitatis. De quo & per Eſaiam Dominus. Viſitabo ſuper Leuiathan, ſerpentem ueterem & tortuoſum, & dæmon auaritiæ & diuitiarum dicitur mammona,quem & Chriſtus in Euangelio expreſſit.Matthæi.6. Nō poteſtis Deo ſeruire, &c. AD ARGVMENTA. Ad primum quod quia bonum poteſt inueniri ſine malo,ſed malum nunquam inuenitur ſine bono,quia fundatur ſuper creaturam,quę in ſe bona eſt. Et ideo dæmones inquantum habent naturam bonam,ordinati ſunt in naturalibus,& in eorum actionibus ad illud.Iob.10.poteſt dici, quod dæmones ad exercitium deputati, non ſunt in inferno, ſed in iſto aere caliginoſo. Vnde hic habent ordinem inter ſe,quem tunc in inferno non habebunt. Vnde etiam dici poteſt, quod etiam iam omnis ordo in eis ceſſat, quo ad ipſam beatitudinem conſequendam, cum a tali ordine irrecuperabiliter ceciderunt. Et dici poteſt, quod etiam in inferno erit inter eos ordo poteſtatis, & pœnarum afflictionis, inquantum aliqui ad affligendum animas deputabuntur, & non alij. Sed hic ordo magis erit a Deo quàm ab ipſis, ſicut etiam & eorum tormenta. AD tertium cum dicitur quod ſuperiores dæmones quia magis peccauerunt, magis puniuntur, etiam his actibus immundis amplius deberent inſiſtere. Reſpondetur. Quia culpa ordinatur per pœnam, & non per naturæ actum,ſeu operationem, ideo non inſiſtūt illis immunditijs propter nobilitatē naturæ, non propter eorum culpam aut pęnam. Et licet omnes ſint ſpiritus impuri & ad nocendum cupidi,tamen unus amplius al

tero

tero inquãtum potiora naturalia ſunt obtenebrata. Ad quartum dicitur, quod eſt cõcordia inter dęmones, non amicitiæ ſed nequitiæ, ex qua homines odiunt, & Dei iuſtitiæ repugnant quantum poſſunt. Talis enim cõcordia inter impios reperitur, ut eis ſe adiungant, & ſubijciant ad propriam nequitiã exequendam, quos potioribus uiribus uident. Ad quintum licet carceralis mãcipatio omnibus æqualiter deputentur, iam in aere & poſt in inferno, non tamen ex hoc naturalia in eis ſunt ęqualiter, ad æquales pęnas & officia æqualia, immo quantò ſunt nobiliores in natura & potiores in officio, tanto enim grauiori ſubiecti tormento. Vnde Sap. 6. Potentes potenter tormenta patiuntur.

VNDE MVLTIPLICATIO MA- LEFICIORVM OPERVM *procedat.*

QVAESTIO QVINTA.

AN poſſit quoque catholicè cenſeri, quòd origo & multiplicatio maleficiorum operum proceſſerit ex influentiis corporum cœleſtium, ſeu ſuperabundanti malitia hominum, & non ex ſpurcitiis incuborũ, & ſuccuborum dæmonum, & uidetur quòd ex propria malitia. Nam Auguſtinus in libro 83. q. dicit, quòd ad hominis uoluntatem cauſa deprauationis eius redit, ſiue aliquo, ſiue nullo ſuadente deprauata ſit. Sed maleficus deprauatur per peccatum, ergo cauſa illius non eſt diabolus, ſed uolũtas humana. Ad idem dicit de libero arbit. quòd cuilibet eſt cauſa ſuæ malitiæ, quod etiam probatur ratione. Peccatum hominis ex libero arbitrio procedit, ſed diabolus non poteſt liberum arbitrium mouere, hoc enim libertati repugnaret, ergo diabolus non poteſt eſſe cauſa, nec illius cuiuſcũque pecca

ti.Præterea in libro de eccleſiaſticis dogmatibus.dicitur. Non omnes cogitationes noſtræ malæ a diabolo excitantur,ſed aliquoties ex noſtri arbitrii motu emergunt. Demum quod ex influentiis corporum cœleſtium poſſint oriri,& non a dæmonibus, probatur. Sicut omnis multitudo reducitur ad unum,ita omne multiforme reducitur in aliquod uniforme principium.Sed actus humani ſunt uarii & multiformes,tam ad uitia,quàm ad uirtutes,ergo uidetur quod reducantur in aliqua principia uniformiter mota & mouentia.Sed talia non poſſunt asſignari,niſi ex motibus cœleſtium qui ſunt uniformes,ergo illa corpora ſunt talium actionum cauſæ. Præterea ſi cœleſti corpora non eſſent humanorum actuū ad uirtutes & uitia cauſæ, Aſtrologi non adeo frequenter uera prædicerent de bellorum euentibus & aliis humanis actibus.ſunt ergo aliquo modo cauſa.Præterea corpora cœleſtia poſſunt imprimere in ipſos dæmones ad cauſandum certa maleficia, ergo a fortiori in ipſos homines. Aſſumptum probatur ex tribus.Nam certi homines qui lunatici dicuntur, infeſtantur a dæmonibus plus uno tempore quam alio, quod non facerent,ſed potius omni tempore moleſtarent, niſi ex certis lunationibus etiam ipſi dæmones inquietarentur ad infernum huiuſmodi,probatur etiam ex nigromanticis qui certas conſtellationes obſeruant;ad inuocandū dæmones,quod non facerent,niſi ſcirent illo dæmones corporibus cœleſtibus eſſe ſubiectos. Probatur etiam ex illo quod dæmones ſecundum Auguſtinum in 10.de ciuitate Dei quibuſdam corporibus inferioribus exercentur ſcilicet,herbis, lapidibus,animantibus,& ſonis quibuſdā certis,& uocibus,& figurationibus,ſed cum corpora cœleſtia ſint uirtuſiora quam corpora inferiora.Ideo multo magis actionibus corporum cœleſtium.Et iterum amplius malefici ſubiiciuntur,ut eorum opera ex influentijs illorum corporum,& non ex asſiſtentia ſpirituum malorum proueniant.Fortificatur argumentum ex.1.Reg.cap. 16.ubi Saul uexabatur a dæmone,alleuiabatur quādo Dauid cytharam percutiebat coram eo, & quod recedebat

ſpiritus

ſpiritus malus. SED CONTRA. Impoſſibile eſt effectũ ſi ne cã ſua producere, ſed opera maleficorũ ſunt talia, qđ nõ poſſunt niſi opere dæmonũ fieri, patet ex deſcreptione operum maleficorum, ex Iſidoro lib. 8. Ethi. Malefici dicuntur ob magnitudinem faſcinorum. Hi enim elementa concutiunt, mentes hominum turbant, & abſq; ullo ueneni hauſtu ſola ui carminum animas interiunt, &c. Huiuſmodi autem effectus non poſſunt ex influentijs corporum cœleſtium mediante hominum cauſari. Præterea philoſophus Ethi. Difficile inquirit quid ſit principium operationis in anima, & oſtendit quod oportet eſſe aliquod extrinſecum. Omne enim quod incipit de nouo habet aliquam cauſam. Incipit enim homo operari quod uult, Incipit autem uelle, quia præconciliatur, ſi autem prçcõciliatur propter aliquod conſilium procedens, aut ergo eſt procedere in infinitum, aut oportet ponere aliquod principium extrinſecum quod primo mouet hominem ad conciliandum, niſi forte aliquis dicat quod hoc eſt a fortuna ex quo ſequeretur omnes actus humanos eſſe fortuitos, quod eſt abſurdum. Principium ergo in bonis ad bona dicit eſſe Deum, qui non eſt cauſa peccati. In malis autem cum homo incipit agere uelle & conciliari ad peccandum oportet quid huius etiam ſit aliqua cauſa extrinſeca, & non poteſt eſſe alia, niſi diabolus præſertim in maleficis, ut ſupra patuit, quia corpus cœleſte non poteſt ad tale actus influere, ergo patet ueritas. Præterea cuius poteſtati ſubiacet motiuũ eius poteſtati ſubiacet & motus, qui a motiua cauſatur. Motiuum autem uoluntatis eſt, aliquid apprehenſum per ſenſum uel intellectũ quorum utrunque ſubiacet poteſtati diaboli. Dicit enim Auguſtinus in lib. 83. q. Serpit hoc malum, ſcilicet, quod eſt a diabolo per omnes aditus ſenſuales dat ſe eſſe figuris, accommodat ſe caloribus, adhæret ſonis, latet ira, & in fallacia ſermonibus, odoribus ſubijcit, infundit ſaporibus & quibuſdam nebulis implet omnes meatus intelligentiæ. Ergo uidetur quod in poteſtate diaboli eſt mouere uoluntate quæ eſt directe cauſa peccati. Præterea omnis

quod

quod ſe habet ad utrumlibet indiget aliquo determinãte ad hoc ut exeat in actum,ſed liberũ arbitriũ hominis ad utrumlibet ſe habet,ſcilicet,ad bonum,& malũ , ergo ad hoc quod exeat in actum peccati,indiget quod ab aliquo determinetur ad mlum.Maxime autem hoc uidetur fieri a diabolo,præſertim in operib.maleficorũ cũ eius uolũtas eſt determinata ad malũ.ergo uidet̃ qđ mala uolũtas diaboli eſt cã malæ uolũtatis,præcipuè in maleficis,& poteſt fortificari rõ,per hoc qđ ſicut bonus angelus ſe habet ad bonũ,malus angelus ad malum . Sed ille reducit homines ad bonũ,ergo iſte ad malũ.Eſt.n.(dicit Dionyſius)lex diuinitatis immobiliter ſtabilita,ut ima a ſummis perficiant̃.

RESPONSIO.Quia qõ quo ad originẽ maleficiorũ operũ fundatur ſuper influẽtiã luminariũ cœleſtiũ , oſtẽditur per reprobationem trium errorum,qui hoc aſſerere conãtur.ſ.planetariorũ,genetaliacorũ,& fataliũ ordinẽ ponẽtium,hoc non eſſe poſſibile quo ad primũ.Nã ſi quæritur an ex impreſſione luminariũ cœleſtiũ cauſetur in hominibus uitiũ maleficorũ,tunc ad diuerſitatẽ morũ attẽdẽdo, & ueritatẽ fidei ſaluãdo,oportet ſub diſtinctione diſſerere,uidelicet qđ mores hominũ a ſyderib. cauſari poſſunt intelligi dupliciter. Aut neceſſaria & ſufficiẽter,aut diſpoſitiue,& cõtingenter.Si dicatur primo modo,tunc nõ ſolũ eſt falſum,ima hæreticũ,eo qđ Chriſtianæ religioni adeo repugnat,quod ẽt ueritas fidei in tali errore ſaluari non poteſt.Ratio.Dum.n.ponit oĩa a ſyderibus neceſſario euenire,iã tollit meritum, & per cõſequens demeritum.Tollit & gratiã, & per conſequẽs gloriam.Tũ quia honeſtas morũ per hunc errorem præiudiciũ patitur dũ culpa peccantis in ſydera refunditur,licentia malefaciendi ſine reprehenſione conceditur & homo ad orãdũ & colendũ ſydera incuruatur.Si autem dicatur mores hominum a diſpoſitionibus ſyderũ uariari diſpoſitiue & contingenter ſic poteſt habere ueritatẽ,quia nec rationi nec fidei repugnat.Planum.n.eſt quod diſpoſitio corporis uarie multũ facit ad uariationem affectionem & morum animæ, ut plurimum enim anima complexiones corporis imitatur,

ut dicitur ſex principijs. Vnde & colerici ſunt iracundi, & ſanguinei ſunt benigni, & melancolici ſunt inuidi, flegmatici pigri, hoc autē non eſt neceſſarium. aīa. n. dominatur ſuo corpori, & maximè quādo eſt, adiuuat per gratiam. Multos. n. uidemus colericos māſuetos, & melā colicos benignos, Quum ergo uirtus corporum cœleſtiū operatur admixtionem & qualitatem cōplexionis. Hinc eſt quod per cōſenſus quodammodo operatur ad qualitatem motum, ualde tamen de longinquo, Plus enim facit ad qualitatem complexionis uirtutis naturæ inferioris, quàm uirtus ſyderis: unde Auguſtinus 5. de ciuitate Dei, in ſolutione cuiuſdā qōnis de duobus fratribus qui ſimul infirmabātur & curabantur, cum quærebatur, unde hoc eſſet, magis commēdat rationem Hypocratis quàm Aſtronomi. Hypocras enim reſpondit quod hoc erat propter ſimilitudinem cōplexionis. Et Aſtronomus reſpondit, quod erat propter identitatem conſtellationis. Melius enim reſpondit Phyſicus, quia cauſam reddit magis propriam, & magis propinquam. Sic ergo dicendum quod impreſſiones ſyderum aliquo modo diſponūt ad malitiam maleficorum, ſiquidem aliqua influētia in eorum corporibus prædominatur potius ad huiuſmodi nephanda, quam ad alia opera quæcūque uitioſa ſeu uirtuoſa, quæ tamē diſpoſitio nō debet dici neceſſaria proxima & ſufficens, ſed remota & contingens. Nec ualet ſi quis obijceret philoſophum libro de proprietatibus elementorum ubi dicit quod regna uacua facta ſunt, & terræ depopulatæ apud coniūctionem Iouis & Saturnis, arguendo quaſi quia talia ex libero arbitrio deprehēdebāt hominum, ergo etiam iufluentiæ luminarium ſup. libe. arb. haberent efficaciam, Reſpondetur enim quod philoſophus ſuper hoc dictum non uult innuere qđ homines illi nō poterant reſiſtere illius influētiæ conſtellationis ad diſſenſionem inclnātis, ſed quia noluerūt, quia ſicut Ptolæmeus in alma geſti. Sapiens homo dominabitur aſtris, quamuis enim cōiunctio Iouis, & Saturni eo qđ Saturnus habet influentiam melancolicam, & malā, &

Iupiter

Iupiter ualde bonam poteſt ad rixam uel diſcordiam homines inclinare, illi tamē inclinationi homines per libertatem arbitrii poſſunt reſiſtere,& ualde faciliter cum adiutorio gratię Dei.Nec iterum ualet ſi quis obijceret dictum Damaſ.li.2.c.6.ubi dicit: Conſtitnuntur multoties cometæ & ſigna quædam mortis regum.Reſpondetur enim quod etiam ſequendo opinionem Dama.quę fuit ut patet in prædicto libro contrariæ opinionis uiæ philoſophicæ,ſiue nonnihil per hoc concluditur quo ad neceſſitatem actuum humanorum.Opinatur enim Damaſ. quod cometa nec naturaliter generatur,nec eſt una de ſtellis in firmamento poſitis,unde nec eius ignatio eſt naturali nec influentia.Dicit enim quod cometæ nō ſunt ex his, quę a principio genita ſunt aſtra,ſed diuina iuſſione ſecū dum ipſum tempus conſtituuntur & rurſus diſſoluuntur. Hæc Damaſ.Prænunciat autem Deus per tale ſignum tā mortem Regis,quàm aliorum,tum quia eſt perſona communis,tum quia poteſt ex hoc oriri turbatio regni . De cuius cuſtodia magis ſollicitantur Angeli propter cōmune bonum,quorum etiam miniſterio & generantur & diſſoluuntur.Sed nec philoſophorum opinio obſtat,qui dicunt quod ſtella cometa ſit impreſſio calida,& ſicca,generata in ſuperiore parte aeris propter ignem,ex cuius uapore calido & ſicco globus illius uaporis adunatus apparet corpus ſtellæ.Partes autē illius uaporis diſcontinuate circa illū globum & longum protenſe in ſuis extremitatib. illi globo coniunctæ ſunt,quaſi eius cometa,& ſecundum hanc poſitionem ſignificat,& cauſat non per ſe,ſed per accidens mortalitatem prouenientem ex infirmitatibus calidis & ſiccis. Et quia ut plurimum diuites nutriuntur calidis & ſiccis.Ideo illo tempore multi diuites moriuntur,inter quos mors regū & principum eſt magis notabilis,& hæc poſitio nec diſtat a poſitione Damaſ.ſi quis bene conſiderat,niſi quoad operationem,& cooperationē Angeli, quam nec philoſophi excludere poſſunt , immo ubi uapores nunquam in ſua ſiccitate & caliditate ad generandum cometam currerent adhuc operatione Angeli

ſæpe concurrere habēt cauſis prædictis,ſicut & ſtella quę ſancti Thomæ doctoris tranſitum indicauit quę ut ique non ex ſuperius firmamento poſitis proſiliit, ſed operatione Angeli ex materia aliqua præiacēte formata,& officio peracto,iterū reſoluta fuit. Vnde uidemus quod ſecundū quācunq; iſtarum opinionū,nullū penitus habēt cœli luminaria dominiū ſuper liberū arbitrium. Vnde nec conſequenter ſuper malitiam & mores hominum. Nota inſuper quare Aſtronomi ut ſæpius uera prædicunt,& qđ eorū iudicia ut plurimū ſuper unā prouinciā,aut gētē unius terræ eueniunt. Huius ratio eſt quia.n.ſua iudicia ſumunt ex aſtris,quæ ēt habent maiorem influentiā capiēdo probabiliorem,non neceſſitatem in actibus tam naturę q̃ uoluntatis,& in actibus hominum generalibus, ſicut unius gētis uel prouinciæ,q̃ in particularibus unius perſonæ,qa maior effectus ſtellarū imprimitur in totam unam gentē q̃ in unum hominem,& quia maior pars gentis unius. magis ſequitur affectus naturales corporis q̃ unus ſingularis homo,ideo &c.ſed hoc incidentaliter eſt tactum. Secūda uia per quam præfata noſtra catholica aſſertio declaratur, eſt per reprobationem errorum genetaliacorum, & Deam fortunæ colentium mathematicorum. De quibus Iſidorus 8.Ethicorum.cap.9.genetaliaci dicūtur propter natalium conſiderationem ſyderum, qui uulgo mathematici dicuntur,Fortuna uero ut ibidem dicit cap.2. Fortunę nomen habere dicitur,quaſi deam quandam res humanas uariis caſibus & fortuitis illudente. Vnde & cæcam appellant,eo quod paſſim in quoslibet incurrēs ſine ullo examine meritorum,& bonos & ad malos uenit. Hæc Iſydorus. Sed talem Deam credere,aut quod læſiones in corporibus,& creaturis,quæ ex maleficorum operibus inferuntur,non ab ipſis maleficiis,ſed ab ipſa dea fortunę prouenirent,ſicut eſt idolatria,ita & aſſerere maleficas ipſas ad hoc eſſe natas. ut talia per eas in mundo exerceri poſſint,ſimiliter a fide alienum exiſtit,immo & a communi philoſophorum traditioni,ſi cuiplacet, inſpiciat Doctorem ſanctum libro.3.ſummæ fidei contra gentiles.

tiles. q. 87.& ſequentibus,& inueniet plura. Licet hoc unicum propter eos qui fortaſſis copiam librorum non habent,non uidetur obmittendum,quod quia in homine tria ſunt conſideranda,ut ibi notatur quæ a tribus cœleſtibus cauſis dirigũtur uolũtatis actus intellectus actus,& corporis actus quorum principium a Deo tantum,& immediate ſecundo ab Angelo.& tertium a cœleſti corpore dirigitur.Nam electiones & uoluntates immediate a Deo in bonis operibus diriguntur dicente ſcriptura.Pro. 21.Cor regis ſupple quod maiori potẽtia uidetur poſſe reſiſtere,eo minus alii non poſſunt,quia in manu Domini, & quocunque uoluerit inclinabit illud. Et Apoſtolus, Deus qui operatur in nobis uelle & perficere pro bona uolũtate.Cognitio uero humana intellectiua a Deo mediantibus angelis ordinatur. Ea uero quæ ad corporalia pertinent,ſiue ſint exteriora ſiue interiora,in uſum hominis uenientia a Deo mediantibus angelis, & cœleſtibus corporibus diſpenſantur.Dicit enim beatus Dionyſius 4. de di no. quod corpora cœleſtia ſunt cauſæ eorum quę in hoc mũdo fiunt non tamen neceſſitatem inferentia. Et cum homo ſit ordinatus ſecundum corpus ſub corporibus cœleſtibus,ſecundum intellectum uero ſub angelis, ſecundum uoluntatem autem ſub Deo poteſt contingere quod homo ſpreta inſpiratione Dei ad bonum & illuminationi boni Angeli ducatur affectione corporali ad ea quæ influentia luminarium cœli inclinãt,ut & ſic tã uoluntas quam intellectus malitia & erroribus inuoluãtur. Non eſt autem poſſibile huiuſmodi erroribus quibus malefici irretiti ſunt ex influentijs luminarium cœli inuolui, licet ad fundendum ſanguinem,uel furta,aut latrocinia, uel etiam incontinentias peſſimas perpetrare poſſit quis ex illis inclinari,ſicut etiam alia quædam naturalia.Etiã, ut Gulielmus in de vniuerſo dicit,quod per experientiam habetur,ſi meretrix nititur plantare oliuã, nõ efficitur fructifera,quæ tamen per caſtam plantata fructifera,efficitur Et aliquis etiam medicus in ſanando,& Agricola in plantando,& miles in expugnando, aliqua ex impreſſio-

ne cœleſti corporis efficiunt, quę alij etiam eaſdem artes habentes efficere nō poſſunt. Tertia uia ſumitur ex reprobatione fatalium effectuum. Vbi notandum quod fatum eſſe aliquod uno modo catholicę aſſeritur. Alio modo aſſerere, eſt omnino hæreticum. Si enim fatuum æſtimetur eſſe ſecundum æſtimationem quorūdam gentilium, & ēt quorūdam mathematicorum qui putabant quod ex ui poſitionis ſyderum cauſaretur infallibiliter diuerſitas morū, ita quod talis efficeretur neceſſario maleficus, uel uirtuoſus in moribus, quia talem cum eſſe cauſaret uis quę in diſpoſitione ſyderum ſua qua talis uel conceptus uel natus eſſe comprehenderetur. Et iſtam uim uocauerunt nomine fati, ſed quia iſta opinio nō tantum eſt falſa, immo hæretica & omnino deteſtanda propter inconuenientia quæ neceſſario ſequerentur, ut ſupra tactum eſt, circa reprobationem primi erroris, quia uidelicet tolleretur ratio meriti & demeriti, immo gratiæ & gloriæ, & quod Deus malorum noſtrorum auctor eſſet, & plura alia. Ideo fatum ſic omnino refutatur, quia nihil eſt ſecundum quam acceptionem etiāGregorius dicit in Homel. Epiphaniæ, Abſit a fidelium cordibus, ut fatum aliquod eſſe dicant, & licet hæc opinio uideatur eadē eſſe cum prima, quæ eſt planetariorum, & hoc propter eadem incōuenientia quæ utrobique cernuntur, tamen ſunt diuerſæ quantum inter ſe diuerſificantur uis ſyderum & iufluxus generalis ſeptē planetarum Si aūt ęſtimetur fatū eſſe ſecundum quādā diſpoſitionē, ſiue ordinationē cauſarum ſecūdarum ad producendū effectus diuinitus prouiſos. Hoc modo factū uere eſt aliquid, eo quod prouidentia Dei per cauſas medias exequitur ſuos effectus, In illis uidelicet quæ ſecūdis cauſis ſubduntur, licet in aliis non ut eſt creatio animarū, glorificatio & gratię collatio, Licet ēt Angeli ad gratię infuſione cooperari poſſunt intellectum & uoluntatis capacitatē, illuminādo & diſponēdo, & ſic quædā ordinatio effectuum una & eadē dicitur prouidentia & ēt fatum. Sic enim conſideratur ut eſt in Deo, ſic dicitur prouidentia, ſi autem ſecūdū, quod eſt in cauſis dicitur mediis ordinatus

Deo ad effectus aliquos producendos ſic habet rationem fati. Et hoc modo Boetius loquens de fato 4. de conſol. dicit: Fatum eſt rebus mobilibus inhærens diſpoſitio per quã prouidentia ſuis quæque nectit ordinibus. Sed tamẽ ſancti doctores hoc nomine uti recuſauerunt propter eos qui illud ad uim poſitionis ſyderum retorquebant. Vnde Aug. c. 5. de ciuitate Dei dicit: Si propterea quiſquam res humanas fato tribuit, quia ipſam Dei uoluntatem uel poteſtatem fatum uocat ſententiam teneat & linguam corrigat. Patet etiã ex præmiſsis tacita reſponſio ad quæſtionem, An omnia fato ſubdantur, & an etiam maleficorum opera illi ſubdantur. Quia ſi fatum dicitur ordinatio cauſarum ſecundarum ad effectus diuinitus prouiſos, id eſt, ubi Deus diſpoſuit per cauſas ſecũdas producere effectus tales, ſic inquantum ſubduntur fato, id eſt, ſubduntur cauſis ſecundis ſic à Deo ordinatis, ut ſunt influentiæ corporum cœleſtiũ. Ea uero quæ a Deo immediate fiunt, ut eſt creatio rerum, glorificatio ſubſtantialium ſpiritualium, & alia huiuſmodi non ſubduntur. Et hoc eſt quod dicit Boetius ubi ſupra, quod ea quæ ſunt primæ deitati propinqua fatalis ordinis mobilitatem excedunt. Vnde maleficorum opera, quia non ſubſunt ſecũdis cauſis cũ talia præter curſum communem & ordinem naturæ eueniũt. Ideo nec fato, ſed cauſis aliis quoad eorum originem neceſſario ſubduntur.

A Motoribus orbium maleficia non cauſari.

CONSEQVENTER quòd nec huiuſmodi maleficorum opera poſſunt oriri, aut cauſari a ſubſtantiis ſeparatis, quæ ſunt motores orbium, ſeu corporum cœleſtium. cuius opinionis fuit Auicenna, & ſui ſequaces hac ratione moti, quia enim ſubſtantiç illæ ſeparatæ altioris ſunt uirtutis animabus noſtris, & ab ipſa anima interdũ

cum fuerit in ſua imaginatione ad ſolam quendam appro henſionem interiorem circa aliquod extrinſecū immutatur corpus proprium, interdum etiam alienum ſeu extrinſecum, uerbi gratia. Aliquis ambulans ſupra trabē in alto poſitam cadit de facili, quia imaginatur caſum ex timore, non autem caderet ſi eſſet trabes illa poſita ſup terram, ubi caſum timere non poſſet. Item ad ſolam apprehenſionem animæ incaleſcit corpus, ut in concupiſcētibus uel iratis, aut etiam infrigidatur, ſicut in timentib. Poteſt etiam immutari ad aliquam ægritudinem, puta febrem uel lepram, ex forti imaginatione, & apprehenſione ad tales ęgritudines, & ſicut circa corpus proprium, ita circa alienum, ut illud immutetur ad ſanitatem uel ægritudinem, & hic ponit cauſam etiam faſcinationis, de qua ſuperius tactum eſt. Et quia ſecundum illam poſitionem effectus maleficiarum haberēt reduci ad motores orbium, licet non pręcisè. ad ipſa corpora cœleſtia. Ideo ultra illa quę ibi tacta ſunt, dicamus adhuc ꝙ talia ſic contingere eſt impoſſibile, quia cum motores orbiū ſint ſubſtantiæ intellectuales & bonæ non tam ſecundum naturam, quam & ſecundum uoluntatem, quod patet ex earū operantibus ad bonum totius uniuerſi. Illa autem creatura cuius ope magicæ operationes fiunt, ut ſi ſit bona ſecundum naturam, non tamen poteſt eſſe bona ſecundum uoluntatem. Ideo non poteſt eſſe idem iudicium de ambabus ſubſtantiis. Et ꝙ non poteſt eſſe bona ſecundum uoluntatem probatur. Nam præſtare patrociniū aliquibus in his quæ fiunt contraria uirtuti, non eſt alicuius intellectus bene diſpoſiti, ſed talia autem in huiuſmodi operationibus maleficorum. fiunt enim ut in ſecunda parte operis patebit, plurima homicidia fornicationes, puerorum & iumentorum occiſiones, & alia maleficia procurantur, unde ueteres his artibus malefici a malefaciendo uocantur, non eſt ergo bene diſpoſita ſecundum uirtutem talis intellectualis naturæ, cuius auxilio huiuſmodi artes maleficiarum innituntur, licet ſit bona ſecundum naturam, quia habet eſſe & illud omnia appetunt, ut cuilibet intu-

enti

enti patet. Item nō eſt intellectus bene diſpoſiti familiarem eſſe ſceleratum, & eis patrociniū exhibere & nō quibuſdam uirtuoſis. Huius autem operibus maleficorum utuntur homines ſcelerati, quia a fructibus eorum cognoſcuntur. Auxilio autem ſubſtantiuum orbes mouentium, in bonum quælibet creatura inclinatur a natura, licet corrumpatur per accidens ſæpe ergo illæ ſubſtantiæ non poſſunt eſſe originalis cauſa maleficarum. Præterea intellectus bene diſpoſiti, eſt reducere homines in ea quæ ſunt homini propria bona, quę quidem ſunt bona rationis, adducere ergo ab iſtis, & pertrahere ad alia minima bona, eſt intellectus indecenter diſpoſiti. Per huius autem artes non adipiſcuntur homines aliquē profectum in bonis rationis, quæ ſunt ſcientię & uirtutes, ſed in quibuſdam minimis, ut ſunt deprehenſiones & exercitia latronum, & mille nocumentorum, ergo origo non eſt a ſubſtantiis ſeparatis, ſed ab aliqua uirtute non bene diſpoſita ſecundum uirtutem. Præterea nō eſt bene diſpoſitus ſecundum intellectum, qui per aliqua ſcelera commiſſa prouocatur ad auxilium alicui ferendum, Hoc autem fit in iſtis artibus maleficorum, nam ut patebit in executione, harum fidem abnegant, innocentes pueros occidunt. Subſtantiæ enim ſeparatę quę ſunt orbium motores, propter ſuam bonitatem non his maleficiis auxilium præſtant. Concludendo ergo quod huiuſmodi artes ſicut non poſſunt a corporibus cœleſtibus, ita nec ab eorum motoribus oriri, & cum neceſſe habent oriri ex aliqua uirtute alicui creaturę collatæ, & illa etiam non poteſt eſſe bona ſecundum uoluntatem, licet ſit bona ſecundum naturam, & huiuſmodi creaturę ſint ipſi dęmones, relinquitur quod eorum uirtute huiuſmodi fiant, niſi fortasſis adhuc obſtāt friuola æſtimatio, quod ex hominū malitia concurrere ſuper maleficorum uerba comminatoria & imagines repoſitis ad certum locum, uirtute quadam ſtellarum ſequerentur. ut uerbi gratia quando maleficus diceret imaginem aliquam reponendo, faciam te cęcam aut claudam & hoc eueniret. Tunc ideo euenire

quod

quod talis a ſua natiuitate ex uirtute ſtellarũ ſortiretur præ cæteris hominibus talem uirtutẽ quantuncunque alii talia uerba proferrent,& eſſent inſtructi per diſciplinam ad proferendum,adhuc tamẽ efficaces in huiuſmodi operibus eſſe non poſſet. Ad quæ ſingula reſpondẽdo declarabitur.Primo quod ex malitia hominum huiuſmodi effectus cauſari nõ poſſunt.Secundo quod nec ex uocibus quorumcunque hominum,concurrente quacunque conſtellatione etiam ad quaſcunque imagines.

Ex malitia humana maleficia non oriuntur.

De primo,quod non ex malitia quantuncũque humana poſſint oriri huiuſmodi maleficorũ opera ſic declaratur.Nã malitia hominis,ſiue ſit habitualis inquãtũ quis ex frequentatis actibus acquirit habitum inclinantem ad perpetrandum peccata non ex ignorantia, nec ex infirmitate, unde cenſetur peccare ex malitia. Vel ſit Actualis malitia,quę dicitur ipſa mali electio,quæ etiã ponitur peccatum in ſpiritum ſanctum, nunquam poteſt circa ipſum maleficium tantum efficere quod talia opera,ut ſunt immutationes elementorum,& læſiones circa corpora,indifferẽter hominum & iumentorum,abſque aſſiſtentia alicuius altioris uirtutis proueniant,quod declaratur primo ex parte cauſæ,ſecundo ex parte effectus maleficialis. Nam hoc quod non poteſt homo efficere abſque malitia,puta per ſua naturalia imminuta,minus poteſt per ipſa naturalia iam diminuta.Patet cum iã ſit uirtus actiua etiam diminuta. Sed homo per peccata qualitercunque per malitiã cõmiſſa, diminuitur in bonis naturalibus, probatur auctoritate & ratione.Nam Dionyſius.4.cap.de di.no.dicit.Malum eſt effectus naturalis habitudinis, & loquitur de malo culpæ. Vnde & nemo noſcens malum operatur illud,

quod

quod ſi operatur, ex defectu operatur. RESPONDEO ſic, Sicut ſe habet bonum gratiæ ad malum naturæ, ita ſe habet malum culpæ ad bonum naturæ. ſed per gratiam diminuitur malum naturæ, ut fomes qui eſt inclinatio ad copulam, ergo per culpam a fortiori diminuitur bonū naturæ. Non obſtatur, ſi dicatur de faſcinatione quæ interdum procuratur ex inſpectione alicuius uetulæ malitioſe puerum aſpicientis, unde puer immutatur & faſcinatur, quia ſicut ſupra tactū eſt, hoc tantummodo contingere poteſt circa pueros, propter teneram complexionem. Hic autem loquimur de corporum quorūcuque hominum, & iumentorum, ac & elementorum ad grandinum immutationes. Si quis uelit latius intelligere, inſpiciet Doctorem ſanctum in quæſtionibus de malo. Vtrum peccatum poſſit corrumpere totum bonum naturæ, &c. Ex parte denique effectuū maleficalium declaratur, Nam ex effectibus deuenitur in cognitionem cauſæ. Vnde ſicut illi effectus, quo ad nos qui fiunt præter ordinem naturæ creatæ nobis notæ per uirtutem creatæ nobis ignotę, licet non ſint proprie miracula, ſicut illa, quę fiunt præter ordinem totius naturæ creatæ, qualia ſecundū poteſtatem operatur ille qui eſt ſupra omnem ordinem totius naturæ creatæ, qui eſt Deus benedictus, ſecundum quam acceptionem dicitur. Tu es qui facis mirabilia magna ſolus, ita & maleficiales effectus dicūtur miraculoſi, inquātum fiunt ab aliqua cauſa nobis ignota, & præter ordinē naturæ creatæ nobis notæ. Ex quibus elicitur quod uirtus corporalis hominis ad huiuſmodi opera cauſanda nō ſe extendere poteſt, quę ſemper hoc habet, ut cauſa cum ſuo effectu naturali nota ſit naturaliter abſque admiratione, & quod effectus maleficiales poſſunt aliquo modo dici miracula, inquantum notitiam humanam excedunt, patet ex ſeipſis cum naturaliter nō fiunt, patet, & per omnes doctores, pręſertim Auguſt. in libr, 83. q. ubi dicit. Quod magicis artibus fiunt miracula plerunque ſimilia illis miraculis, quæ fiunt per ſeruos Dei. Et iterum in eodem dicit. Magi faciunt miracula per priuatos contra-

ctus.

ctus,boni Chriſtiani per publicam iuſtitiam, mali Chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ,quæ omnia ſic declarantur. Nam iuſtitia diuina eſt in toto uniuerſo, ſicut lex publica in ciuitate. Virtus autem creaturæ cuiuslibet in uirtuoſo ſe habet,ut uirtus alicuius priuatæ perſonæ in ciuitate. Ideo boni Chriſtiani inquantum per diuinam iuſtitiam miracula faciunt,dicuntur facere miracula per publicam iuſtitiam. Magus autem quia operatur ex pacto inito cum dæmone,dicitur operari per priuatum contractum,quia operatur per dæmonem, qui ſua naturali uirtute poteſt facere aliquid prꝫter ordinem naturæ createꝫ nobis notæ per uirtutem creaturæ nobis ignotæ, & erit miraculum quo ad nos ſed non ſimpliciter, quia non poteſt operari præter ordinem totius naturæ creatæ, & per omnes uirtutes creaturarum nobis ignotarum. Sic enim ſolus DEVS dicitur facere miracula. Iuxta illud. Tu es DEVS qui facis mirabilia magna ſolus. Mali autem Chriſtiani faciunt per ſigna publicæ iuſtitiæ, ſicut inuocando nomen Chriſti,uel exhibendo aliqua ſacramenta, ſi cui placet, inſpiciat ſanctum Thomam in prima parte quæſtionum. 111. articulo. 4. Poteſt etiam attendere ea quꝫ in ſecunda parte operis, capite 6. deducentur inferius.

Quod nec per uoces & uerba concurrente uirtute ſtellarum.

DEmum quod nec ex uocibus quorumcunque hominum, concurrente quacunque conſtellationꝫ ſuper quaſcunque imagines. Nam cum intellectus hominis huius diſpoſitionis eſt, quod eius cognitio ex rebus cauſatur cum intelligẽtem neceſſe ſit fantaſmata ſpeculari: Non eſt eius conditio quod ex ſua conceptione ſeu intellectuali operatione intrinſeca ubi illam ſolam

per

per uerba exprimeret res ab extra habeat cauſare, aut ꝙ conceptio intellectus expreſſa per uerba haberent corpora immutare. Tales enim homines qui talem haberent uirtutem, non eſſet nobiſcum unius ſpeciei, ſed æquiuoce dicerentur homines. Præterea ſi dicatur quod illa efficiunt per uerba, concurrente uirtute ſtellarũ a natiuitate. Vnde contingit quod prę cæteris hominibus dum proferunt uerba, quòd per illa aliquis efficiunt, cum tamẽ alii etiam proferentes eadẽ, nõ poſſent aliquã trãſmutationẽ efficere, quia uirtus ſtellarũ a natiuitate eis non deſeruit. Patet ex præcedẽtibus illa eſſe falſa ex reprobatione triũ errorũ planetariorũ, genetalicorũ, & fatalẽ ordinẽ ponentium. Prǫterea cum uerba exprimunt mentis cõceptũ, & corpora cęleſtia nõ poſſunt imprimere intellectũ, nec ẽt eorum motores, niſi per ſe abque montione corporũ cœleſtium, intellectum uellent illuminare, & hoc ſolummodo fieret ad opera bona, quia ad mala perpetrãda non illuminatur intellectus, ſed obumbratur quod non eſt officium bonorum ſpirituum, ſed malorum. Ideo patet quod ſi uerba eorum aliquid efficiunt, hoc non eſt uigore alicuius corporis cœleſtis, ſed asſiſtentia alicuius uirtutis intellectiuę, quæ etiam & ſi ſit bona ſecundum naturam, non tamen poteſt eſſe bona ſecundum uoluntatẽ, inquantum ſemper ad malum machinatur, & talis erit dęmon ut ſupra oſtenſum eſt. Et quod nec per imagines poſſint talia efficere quaſi corpora cœleſtia ſuper ipſas aliquid influerent, quia huiuſmodi imagines quantuncunque caracteribus & figuris ſunt inſignitæ, ſunt effectus hominis operantis per artem. Cœleſtia autẽ corpora effectus cauſant naturales, cuiuſmodi non ſunt effectus maleficorum, qui dicuntur maleficales, ut pote in malum creaturarum præter conſuetum ordinem naturæ proſilientes, unde nihil ad propoſitum. Præterea ſupra oſtẽſum eſt etiã, quod duplices ſunt imagines Aſtrologicæ, & Magicæ, quæ etiã ad bonum aliquod priuatum obtinendum, & non ad corruptionem ordinantur. Maleficorum autem imagines ſunt omnino alterius, cum ſemper ad nocumentum crea

turatum,

turarum , & ex dæmonum iuſſu, ad aliquem locum occultè reponuntur , ut deſuper ambulantes, ut dormientes lędantur , ut ipſę maleficę fatentur , unde & ab ipſis dęmonibus efficiunt quicquid cauſant , & non ex corporum cœleſtium influentiis. AD A R G V M E N T A. Ad primũ dictũ Auguſtini eſt intellectũ, quod cauſa deprauationis homini redit ab hoĩs uolũtate, ſicut ad cauſã effectum perficiẽtẽ, quę propriè dicitur eſſe cauſa, nõ ſic autem eſt cauſa effectum perm ittẽtem , uel diſponẽtem uel cõſiliãtem, aut pręcipientem, quibus modis ſcilicet cõciliatiuè, diſpoſitiuè , & præceptiuè, diabolus dicitur cauſa peccati & deprauationis. Deus autem ſolummodo permiſſione, qui mala permittit ꝓpter bona. Iuxta Auguſti. in Ench. Diabolus aũt diſponit interius ſuggerendo perſuadet interius & exterius acrius ſtimulando. Pręcipit autem his qui ei totaliter ſubdiderunt , ut ſunt malefici quibus non eſt opus interius inſtigari, ſed tãtũ exterius &c. Et per hoc etiam ad ſecundũ quod quilibet eſt cauſa ſuæ malitię directè intelligendo, & ad probationes putat eadem reſponſio, quia licet, repugnat libero arbitrio moueri per modũ pręcipientis, nõ autem per modum diſponentis. Ad tertiũ. Motus ad uirtutes aut ad uitia diſpoſitiuè poſſunt cauſa ab influentiis corporum cęleſtiũ & capitur motus pro quadã naturali inclinatione ad uirtutes humanas & uitia, opera aũt maleficorũ, quia excedunt communem ordinẽ naturæ, ideo illis influẽtiis ſubiacere non poſſunt. Ad quartũ idem putat, quia ſunt cauſæ humanorũ actuũ corpora cœleſtia , ſed illa opera non ſunt humanitus adinuenta. Ad quintum, ꝙ motores orbium poſſint imprimere in animas ſi intelligatur immediate, ſic imprimunt illuminandũ ad bonũ & non ad malefica, ut ſupra tactum eſt. Si aũt intelligatur mediante , tunc iuxta influentiã corporũ cœleſtium imprimunt indirectè & diſpoſitiuè. Ad ſextum hoc quod dęmones ad certa augmenta lunę homines uexant, cõtingit propter duo. Primo quidem ad hoc ut infament creaturam Dei, ſcilicet lunã, ut Hieronymus . Chriſoſto. dicunt, Secundo

quia

quia nõ poſſint operari niſi mediãtibus naturalibus uirtutibus ut ſupra dictum eſt. Ideo conſiderant corporum aptitudines ad effectum inducendo, & qa cerebrum eſt humidiſſimum omniũ partiũ corporis, ut Ariſtote. dicit, & naturales omnes: ideo maximè ſubiicitur operationi lunę, quæ ex ſua proprietate habet mouere humores. In cerebro aũt percifiũtur uires animales, & ideo dæmones ſecundum certa argumẽta lunæ perturbant hominis fantaſiam, quãdo conſiderat cerebrum ad hoc diſpoſitum. Ad aliud ꝙ dæmones aduocati in certis cõſtellationibus adueniunt, faciunt propter duo. Primo, ut hoĩs in hunc errorem inducãt ꝙ credunt aliquod numẽ eſſe in ſtellis. Secundo, quia conſiderãt ſecundum aliquas cõſtellationes materiam corporalẽ magis eſſe diſpoſitã ad effectus pro quibus aduocãtur. Ad tertiũ, quod ſicut dicit Auguſti. 36. de ci. Dei. Per uaria genera lapidum, herbarum, lignorum, animaliũ carminũ & inſtrumẽtorum muſicorum dæmones aliiciuntur, non ut animalia cibis, ſed & ſpiritu, ſignis inquantum, ſcilicet, hæc eis exhibentur in ſignũ diuini honoris cuius ipſi ſunt cupidi. Tamen qa ſæpe obijcitur, ꝙ dæmones poſſunt impediri ꝑ herbas & armonias a uexatione hominum ut in argumento allegatur de Saul per armoniã citharis. unde nituntur defendere ꝙ aliqui poſsẽt effectus maleficiales producere ꝑ certas herbas & occultas cauſas abſq; auxilio dęmonũ tantummodo ex influentia corporũ cęleſtiũ, quæ plus poſſunt imprimere in huiuſmodi res corporales ad effectus corporales quam in ipſos dæmones ad producẽdum huiuſmodi effectus maleficiales. IDEO latius cum ſit reſpõdendũ eſt aduertendũ ꝙ herbæ uel armoniæ nõ poſſunt ſua naturali uirtute totaliter excludere uexationem quã diabolus poſſit hominẽ uexare ſi ſibi permittere tur a Deo, uel angelis bonis. poſſunt tamen illam uexationẽ mitigare, & ita parua poſſet eſſe uexatio illa, ꝙ poſſent eã pęnitus excludere, ſed hoc facerẽt nõ agẽdo in ipſum dæmonem cũ ſit ſpiritus ſeperatus in quẽ non poteſt naturaliter agere quodcũq; corpus, ſed agendo in ipſum

uexa-

uexatum a dæmone. Omnis enim cauſa limitate uirtutis producere poteſt effectum intenſiorẽ in materiã diſpoſitam quam non diſpoſitam, cui & conſonat illud Philoſ. 2. de anima. Actus actiuorum ſunt in patiente prædiſpoſito. Dæmon aũt eſt gens limitate uirtutis, ergo uexationẽ intenſiorẽ facere poteſt diabolus in homine diſpoſito ad illam uexationem, ſiue ad illud ad quod diabolus intendit adducere quã in homine diſpoſitionis cõtrariæ. Puta diabolus poteſt uexare intenſius paſſione melancolica hominem diſpoſitum ad illam quã hominem contrariæ diſpoſitionis. Certũ eſt aũt herbę & armoniæ multum poſſunt immutare diſpoſitionẽ corporis & ex nõ ſequenti motus ſenſualitatis, hoc patet de herbis cũ quædã inclinant ad lætitiam, quædam ad triſtitiã, & ſic de aliis. Hoc etiam patet de armoniis per Philoſop. 8. polit. ubi uult ꝙ dæmones armoniæ habent prouocare diuerſas paſſiones in homine. Hoc etiã refert Boetius in muſica ſua, & author de ortu ſcientiarum, ubi loquens de utilitate muſicę dicit, ꝙ ualet ad curandũ uel alienandũ diuerſas infirmitates, & ita patere poteſt ꝙ cæteris paribus fit uexatio debilior. Non autem uideo quomodo herbæ uel armoniæ poſſint in homine diſpoſitionem aliquam cauſare propter quam homo nullo modo poſſet a dæmone uexari, ſi tamen permittetur, quia diabolus mouendo ſolum motu locali uapori ꝙ ipſo ſpiritus inordinato motu poſſet hominem multũ uexare. Herbę aũt uel armonię nullam diſpoſitionẽ cauſare poſſent in homine ſua naturali uirtute, per quam prohibetur dæmon prędictã cõmotionem facere, Contingit tamẽ quandoq; ꝙ diabolo nõ permittitur hominem uexare, niſi uexationẽ, ita parua ꝙ ꝑ aliquam fortẽ diſpoſitionẽ ad contrariũ tolleretur totaliter, & tunc aliquæ herbæ uel armoniæ poſſent corpus hominis ita ad contrariũ diſponere ꝙ illa uexatio totaliter amoueatur, uerbi gratia. Diabolus quandoq; poſſet hominem uexare uexatione triſtitię, ita debiliter quod ꝑ aliquas herbas uel armonias quę haberent cauſare dilatationem & diffuſionẽ ſpirituũ qui ſunt motus cõtrarij triſtitiæ

ſtitiæ totaliter amoueretur illa triſtitia. Quod autem Auguſt. li. 2. de doctrina Chriſtiana cōdēnat ligaturas & quędam alia, de quibus ibi diffuſius ſcribit, hoc attribuens arti magicæ, hoc eſt quantū ad illud, quod non poſſunt ſua naturali uirtute, quod patet ex hoc quod dicit ſic. Ad hoc genus pertinēt oēs ligaturæ atq; remedia quę medicorū condemnat diſciplina. In quo ſatis patet quòd illa condemnat quantum ad uſum reſpectu cuius non habent aliquam efficaciam ex ſua naturali uirtute. Quātum autem ad illud quod. 1. Regum. cap. 6. habetur. Quod Saul qui uexabatur à dęmone alleuabatur, quando Dauid cytharā percutiebat coram eo, & quòd ſpiritus malus recedebat, &c. Sciendum quod bene uerum eſt quod per tactum cytharæ uirtute naturali illius armoniæ, alleuiabatur aliquantulum afflictio Saulis, inquantum illa armonia aliqualiter dulcorabat appetitum eius per auditum, per quam dulcorationem reddebatur minus aptus ad illā uexationem. Sed quòd ſpiritus malus recederet quando Dauid cytharizabat, hoc erat propter uim crucis, quod ſatis expreſſe dicitur in gloſa, ubi ſic dicitur: Erat Dauid in canticis muſicis eruditus diuerſorum ſonorum rationabilis, moderatusq; contentus. Vnitatem eſſentiæ ſignificat quæ uarijs modis quotidie reſonat. Dauid malignum ſpiritum in cythara compeſcuit, non quia tāta eſſet uis in cythara, ſed in ſigno crucis qui in ligno crucis, & cordarum extenſione, id eſt, uenarum gerebatur quæ iam tunc dæmones effugebat.

QVO AD IPSAS MALEFICAS DAEMONIBVS SE SVBIICIENTIBVS.

QVAESTIO SEXTA.

PRO tertia & annexa difficultate, quo ad ipſas maleficas dæmonibus ſe ſubijciẽtibus plura ſuper modũ aggrediendi huiuſmodi ſpurcitias poſſunt difficultari. Primo ex parte dæmonis & corporis ab eo aſſũpti, ex quo elemento ſi illud formatũ. Secundo ex parte actus, an ſemper cũ infuſione ſeminis ab altero recepto. Tertio ex parte tẽporis & loci, an potius in uno tẽpore, quàm in altero exerceat. Quarto an uiſibiliter quo ad circunſtantias ſe agitat. Ex parte mulierum, an tantummodo illę quę ex huiuſmodi ſpurcitiis procreatur a dæmonibus frequentantur. Secundo an illæ quę ab obſtetricibus tempore partus dęmonibus offeruntur. Tertio an remiſſior ſit in talibus ipſa uenerea delectatio. Ad quæ omnia ad pręſens cum non ſit reſpondendum, eo quod tantummodo generalitati ſtudemus, & in ſecunda parte operis illa ſingula per eorum opera explanantur, ut patebit in quarto capitulo, ubi de ſingulis modis fiet mẽtio. Ideo ad ſecundum principale tendamur. Et primo cur in tam fragili ſexu hoc genus perfidiæ inuenitur amplius quàm in uiris. Et erit quæſtio prima generalis quo ad conditiones generales mulierum. Secunda ſpecialis cuiuſmodi mulierçs amplius inueniuntur ſuperſtitioſæ, & maleficæ. Tertia ſingularis quo ad ipſas obſtetrices, quæ omnes alias in malitia excedunt.

CVR MAGIS FOEMINAE SVPERSTITIOSAE RE- *periantur*.

QVO ad primũ, cur in ſexu tam fragili mulierũ maior multitudo maleficarũ reperitur q̃ inter uiros, & quidẽ in contrariũ argumenta deducere non expedit, cum ipſa experientia præter uerborum & fide dignorũ teſtimonia talia facit credibilia. Dicamus ſexum nõ deſpiciẽdo, in quo Deus ſemper magna fecit fortia, ut cõfundet, ꝙ diuerſæ a diuerſis ſuper hæc aſſignãtur rõnes. Semper tamẽ in principali concordantes, unde & pro mulierũ admonitione ipſa materia bene eſt prædicabilis, affectãtq; audire, ut experiẽtia ſępe docuit, dummodo diſcrete proponatur. Nã aliqui doctores hanc rationem tradũt. Dicunt enim tria eſſe in rerum natura, lingua, eccleſiaſticus, & fœmina, quæ mediũ in bonitate aut malitia tenere neſciunt, ſed ubi limites ſuę conditionis excedũt, ubi quendam apicem & ſupremũ gradum in bonitate aut malitia uendicãt. In bonitate quidem quando a bono reguntur ſpiritu, unde & optima ſunt. In malitia uero quando a malo ſpiritu reguntur, unde & peſſima efficiũtur. De lingua.n.patet cum eius miniſterio plurima regna fidei Chriſtianæ ſunt ſubiugatę, unde & Apoſtolis Chriſti in igneis linguis ſpiritusſanctus uiſus eſt. Patet & in alijs ſapientibus prædicatoribus quotidię lingua canum uulnera & ulcera languentis Lazari lingẽtes, Iuxta illud. Lingua canum tuorum ex inimicis animas eripientes. Vnde & dux & pater prædicatorum ordinis in figura catuli latrantis, & accenſam faculam in ore geſtantis præmonſtratus eſt, ut ſuo latratu uſq; ad præſens habeat lupos hæreticos arcere a gregib. ouium Chriſti. Patet & ex quotidiana experientia, quod unius uiri prudentis lingua interdum infinitorum hominum ſtrages præpeditur propter quæ non immerito in eius commen

dationem.Salo.Prouerb.10.pluta cecinit.In labiis ſapien tis inuenitur ſapientia.Et iterum : Argentum electũ lingua iuſti , cor impiorum pro nihilo . Iterum : Labia iuſti erudiunt plurimos,qui autem indocti ſunt , in cordis egeſtate morientur.Cuius cauſa ibidem 16.ſubditur,quia hominis eſt præparare animum,& Deum gubernare linguam.De mala uero lingua inuenies Eccleſiaſ.28. lingua tertia multos commouit & diſperſit illos à gente in gen tem,ciuitates munitas deſtruxit,& domos magnorum ef fodit.Et dicitur lingua tertia eorum qui inter duas partes contrarias incaute,uel maculoſe loquitur.De ſecũdo ſcilicet eccleſiaſticis, intellige clericos & religioſos in vtroque ſexu. Chryſoſtomus ſuper illud: Eiecit uendentes & ementes de templo. Sicut omne bonum a ſacerdotio, ita omne malum ab eo egreditur. Hieronymus in epiſto la ad Nepotianum. Negociatorum clericum ex inope di uitem,ex ignobili glorioſum,quaſi quandam peſtem fuge.Et beatus Bernardus,homilia 23.ſuper Canti.loquens de clericis dicit:Si inſurgeret apertus hæreticus mitteretur foras,& areſceret,ſi uiolentus inimicus, abſconderẽt ſe forſitans ab eo boni.Nũc uero quomodo abiiciẽt, aut quomodo abſcondent ſe.Omnes amici, & tamen omnes inimici,omnes domeſtici, & nulli pacifici , oẽs proximi , & omnes quæ ſua ſunt quærunt. Et alibi noſtri prælati facti ſunt pilati, noſtri paſtores facti ſunt tonſores. Et loquitur etiam de prælatis religioſorum qui onera grauia inferioribus imponũt , digito autem ſuo minimo nõ tangerent.Et Grego.in paſto.dicit: Nemo amplius in eccleſia nocet,quàm qui peruersè agens nomen uel ordinẽ ſanctitatis habet,delinquentem namque hunc redarguere nullus præſumit , & in exemplum culpa uehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator hono ratur.De religioſis et dicit B. Auguſtinus ad Vincentium donatiſtam,Simpliciter fateor charitati ueſtrę coram do mino Deo noſtro,qui teſtis eſt ſuper animam meam , ex quo Deo ſeruire cępi,quoniam facile expertus ſum peio res,ſicut & meliores nõ poſſe inueniri quàm qui in mona

ſterijs

ſteriis defeceruntaut ,profecerunt.De mulierũ uero malitia differitur Eccleſiaſt.25.Non eſt caput nequius ſuper caput colubri,& non eſt ira ſuper iram mulieris . Cõmorari leoni & draconi plus placebit, quam habitare cum muliere nequam .Et inter plura,quę ſequuntur & præcedebunt ibidem de muliere nequã concludit. Breuis eſt omnis malitia ſuper malitiam mulieris, Hinc Chryſoſt. ſuper Matthæum 19.Non expedit nubere. Quid aliud eſt mulier niſi amicitiæ inimica,ineffugabilis pœna, neceſſarium malum,naturalis tentatio,deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum,delectabile detrimentum , malũ naturæ,bono colore depicta,ergo ſi dimittere illam peccatum eſt,cum oportet tenere iam uero tormentum neceſſarium eſt,ut aut dimittentes adulteria faciamus, aut quotidianas pugnas habeamus. Tullius deniq.2.tehoricæ dicit.Viros ad vnumquodq; maleficium ſingulæ, id plures cupiditates impellunt mulieres, ad omnia maleficia cupiditas una dicit . muliebrium enim vitiorum omnium fundamentum eſt auaritia.Et Seneca in ſuis tragediis : Aut amat aut odit mulier, nihil tertium dediſſe eſt, flere fœminam eſt mendacium. Duo genera lacrymarum habentur in oculis fœminarum,ueri doloris unũ inſidiarum,aliud,mulier cum ſola cogitat, mala cogitat.

De bonis autem mulieribus tanta laus eſt, ut etiam beatificaſſe uiros leguntur, & ſaluaſſe gentes , terras & urbes,Patet de Iudit Delbora,& Heſter.Hinc Apoſto.1. Cor.7. Si qua mulier habet uirum , & hic conſentit habitare cum illa,non dimittat virum . ſanctificatus eſt enim uir infidelis per mulierem fidelem. Ideo Eccleſi.26. dicitur ; Mulier bona, beatus uir. numerus enim annorum duplex.Multa ibi narrat laudabiliſſima per totum fere capitulum de excellentia bonarum. Et Prouerb. ult. Vhæ mulieri forti, quæ omnia etiam in nouo teſtamẽto in fœminis claruerunt,vt in virginibus,& aliis ſanctis fœminis,quæ per fidem gentes,& regna ab Idolatriæ cultus ad Chriſtianam religionem deduxerunt.Si quis inſpicere uelit Vincen.in ſpe.hiſto.lib.26.capitul.9.de regno Vngariç

tam animę,quàm corporis cum ſint defectuoſę nō mirū ſi plura maleficia in eos quos æmulantur fieri procurant, quantum enim ad intellectum ,ſeu ad intelligendum ſpiritualia alterius uidetur eſſe ſpeciei a uiris, cui auctoritas & ratio cum uariis ſcripturæ exemplis alludit. Terentius ait, Mulieres fermè ut pueri leui ſententia ſunt . Et la ctantius.3.inſtitutionem.Nunquam aliquam mulierem philoſophiam ſciuiſſe,niſi,Temeſtes.Et Prouerb.11.quaſi deſcribens mulierem dicit.Eſt circulus aureus in naribus ſuis , mulier pulchra & fatua . Ratio naturalis eſt, quia plus carnali uero exiſtit,ut patet in multis carnalibns ſpurcitiis,qui etiam defectus notatur ĩ formatione primę mulieris, cum de coſta curua formata fuit,id eſt,de coſta pectoris,quæ eſt torta,& quaſi contraria uiro. Ex quo defectu etiam procedit , quod cum ſit animal imperfectum ſemper decipit. Nam dicit Cato . Inſtruit inſidias lachrymis dum decipit, &c. Et illud , Dum fœmina plorat, uirum decipere laborat. Patet in uxore Sampſonis, quæ multum infeſtans eum,ad declarandum ſibi problema propoſitum ſodalibus ab eo expoſitum eis reuelauit, & ſic decepit.Patet in prima muliere quod ex natura minorem habet fidem,cum dixit ſerpenti interroganti quare non ederent de omni ligno paradiſi.Reſpondit de omni,&c.ne forte moriamur,in quo oſtendit ſe dubitare & fidem non habere ad uerba Dei, quæ omnia etiam ethimologia nominis demōſtrat.Dicitur enim fœmina ſe,& minus,quia ſemper minorem habet & ſeruat fidem, & hoc ex natura,quo ad fidelitatem,licet ex gratia ſimul & natura fides beatiſſima uirgine nunquam defecerat, cum tamen in omnibus uiris defeciſſet tēpore paſſionis chriſti.Mala ergo mulier ex natura cum citius in fide dubitat etiam citius fidem abnegat, quod eſt fundamētum in maleficis.Quantum denique ad aliam potentiam animæ ,ſcilicet uoluntatem ex natura cum odit aliquem, quem prius amauit,tunc æſtuat per iram,& impatientiam , & ſicut maris æſtus ſemper bullit,& currit,ſic talis ex tota impatiens.Alludit huic rationi,auctoritas diuerſa.Eccleſia.25.

Non eſt ira ſuper irā mulieris. Et Seneca traged. 8. Nulla uis flammæ,tumidiq; uenti tanta nec teli metuenda torti quanta cum coniunx uiduata tædis ardet & odit.Patet in muliere quæ falsè accuſauit Ioſeph & incarcerare fecit, quia uoluit ſibi in ſcelus conſentire adulterii. Gen.30. Et reuera potisſima cauſa deſeruiens in augmentum maleficarum,eſt doloroſum duellum inter amatores & nō maritatas fœminas & uiros, immo & inter ipſas fœminas etiám ſanctas,quid tunc de cæteris? Vides enim in Geneſi quanta fuit impatientia & inuidia Saræ ad Hagar, poſtquā concepit Gen. 21.Quanta Rachel ad Lyam propter filios quos nō habebat Rachel.Gen.30. Quanta Annæ ad Fenennam fœcundam, ipſa ſterili exiſtente. 1. Regum 1. Quanta Mariæ ad Moyſen. Num.12. Vnde murmurauit & detraxit Moyſi, propter ꝙ & lepra percuſſa. Quanta Marthæ ad Magdalenā,ipſa ſedēte & Martha miniſtrāte. Luc.10.Vnde & Eccleſiaſt.37. Tracta cum muliere de his quæ ęmulatur,quaſi dicat,nō eſt tractandū cum ea, quia ſemper æmulatio,id eſt, inuidia eſt in mala muliere. Et quæ inter ſe ſic agitantur, quanto magis aduerſus uiros. Quare etiam ut narrat Valerius Foroneus rex Græcorū die qua mortuus eſt,dixit Leoncio fratri ſuo ad ſummā fœlicitatem nihil mihi deeſſet, ſi mihi ſemper uxor defuiſſet.Cui Leoncius.Et quomodo uxor obſtat fęlicitati? Et illi. Mariti hoc omnes ſciunt. Et Socrates Philoſophus interrogatus ſi ducenda eſſet uxor.Reſpondit.Si nō capies ſolitudo arbitrās excipiet hic generis interius hic hæres alienus.Sed ſi cęperis illā perpetua ſolicitudo, con quæſtus quærulatū,dotis exprobatio, affinium graue ſupercilium,carrula ſocrus lingua, ſucceſſor alieni matrimonii,incertus liberorum euentus, hęc dixit,ut expertus. Nam ut ait Hiero.contra Iouinianum.Hic Socrates duas habuit uxores,quas ingēti patientia ſuſtinens,nō potuit tamen ab earum contumeliis clamoribus & uituperationibus liberari.Vnde quadam die ipſis quærulātibus contra eum,ut ipſe domum egreſſus, ut earum moleſtias euitaret,& ante domum ſederet, proiicerunt illæ mulieres

ſuper

ſuper eum aquam immundam, ſuper quo ipſe non perturbatus, quia philoſophus ait; Sciebam quod poſt tonitrua pluuiæ ſequerentur. Et de quodam legitur cuius uxor ſubmerſa erat in fluuio, quod cum quæreret cadauer eius ad educendum de aqua, ibat per fluuium contra aquam., & interrogatus cauſam cum res graues deſcendant infra, & nõ ſupra, quare quęreret contra aquam. Reſpondit. Mulier iſta in uita ſemper fuit contraria dictis & factis ſiue mandatis meis, ideo quæro contrario modo ſi forte etiã mortua contrariam uoluntatem ultra conſuetum tenuiſſet. Et quidam ſicut ex primo defectu intelligentię abnegationem fidei facilius incurrunt. Ita ex ſecundo. ſ. inordinatis affectionibus & paſſionibus uarias uindictas quærunt, excogitant, & infligunt, ſiue per maleficia, ſiue aliis quibuſcunque modis. Vnde non mirum tantam multitudinem maleficarum in hoc genere exiſtere. Quantum inſuper defectu memoratiua potentia, cum hoc ſit in eis ex natura uitium, nolle regi, ſed ſuos ſequi impetus ſine quacunque pietate ad hoc ſtudet, & cuncta memoria diſponit. Vnde Theophraſtus. Si totam domum ei commiſeris ſeruiendum, & ſi aliquid tuo arbitrio reſeruaueris etiam minimum, uel magnam fidem ſibi adhiberi non putabit & iurgia concitet, niſi cito conſulueris, parat uenena, aruſpices & ariolos conſulit, ecce maleficia. Sed qualę ſit dominium mulierum, audi Tullium in paradoxa. Nunquid ille liber eſt cui mulier imperat, leges imponit, pręſcribit, iubet, uetat quod ei uidetur, nec illi imperanti aliquid negare poteſt uel audet. Ego iſtum non modo ſeruum, ſed nequiſſimum ſeruorum appellandum puto licet ampliſſima familia natus ſit. Vnde & Seneca in perſona furioſę Medeæ, quid ammodo ceſſas, ſequere fælicẽ impetum pars iſta ultionis qua gaudes quota eſt, &c. ubi multa ponit oſtendens, quod mulier nõ vult regi, ſed ſuo impetu procedere etiam in damnum ſuum, ſicut de multis legitur mulieribus quæ uel amorem, uel dolorem, quia uindictas facere non potuerunt, ſeipſas occiderunt, ſicut & de Laodice narrat Hieronymus ſuper Danielem,

quæ

quæ exiſtens uxor regis Antiochi regis Syriæ , zelans nē plus amaret Beronicem,quam etiam habebat uxorē Beronicem & filiam eius ex dicto Antiocho prius fecit occidi,& poſt ſeipſam ueneno occidit .Vnde?quia non uult regi,ſed ſuo impetu procedere.Ideo Chryſoſt.non immerito dicit:O malum omni malo peius,mulier mala , ſiue illa pauper ſit,ſiue diues:Si.n.uxor dixit diuitis ſit ,nō ceſſat nocte & die uirū, & calidis ſtimulare ſermonibus blanda , nequiter & importuna uiolenter.Si uero pauperem uirum habet,ipſum quoq; ad iracundiam & rixas incitare non deſinit.Et ſi uidua ſit,ipſa per ſemetipſam oēs deſpicit paſſim & ad omnem audaciam ſpiritu ſuperbiæ inflammatur.Quęramus , inuenimus ferè omnia mundi regna propter mulieres fuiſſe euerſa.Primum enim quod fuit regnum fœlix,ſcilicet Troiæ, propter raptum unius fœminæ, ſcilicet Helenæ,deſtructum eſt multis millibus Græcorum occiſis. Regnum Iudæorum multa mala & exterminia habuit propter peſſimam Iezabel , & filiam eius Athaliam reginā in regno Iudæ,quæ occidi fecerat filios,filii,ut eo mortuo ipſa regnaret,ſed utraq; occiſa . Regnum Romanorum multa mala ſuſtinuit propter Cleopatram reginam Aegypti,peſſimam mulierem. Et ſic de alijs.Vnde & non mirum ſi mundus iam patitur ob malitiam mulierum . Demum inſpiciendo corporis ipſius carnalia deſideria , Vnde innumera nocumenta uitę humanæ contingunt,ut merito cum Catone Vticen.dicere poſſumus.Si abſque fœmina poſſit eſſe mundus , conuerſatio noſtra non eſſet abſque dijs,cum reuera ſi mulierū non eſſent nequitiæ,etiam tacendo de maleficiis , adhuc innumeris periculis mundus remaneret exornatus. Valerius ad Rufinum. Chimeram mulierem eſſe neſcis , ſed ſcire debes quod monſtrum illud triforme inſigni uenuſtetur facie leonis olentis,maculetur uentre capræ,uirulente cauda uiperæ armetur, uult dicere. Quod aſpectus eius pulcher,tactus fœtidus,conuerſatio mortifera . Audiamus,& aliam proprietatem per uocem.Nam ſicut eſt mendax in natura,ſic & in loquela,nam pungit & tamen

delectat,

delectat,unde & earum uox cantui Syrenarum aſſimilatur,quę dulci melodia tranſeuntes attrahunt, & tamen occidunt.Occidunt quidem,quia ex marſupio euacuant, uires auferunt,& Deum perdere cogunt. Iterum Valerius ad Rufinum: Hæc loquens,placet delectatio; & pungit delictum flos ueneris roſa eſt,quia ſub eius purpura multi latitant aculei. Prouerb.5. Nitidius oleo guttur eius, id eſt,locutio nouiſſima eius amara quaſi abſynthium. Audiamus & aliam in eius inceſſu, ſtatum habitu,ibi eſt uanitas uanitatum.Non eſt homo in mundo qui tantum ſtudeat placere Deo benigno,quantum mulier etiam mediocris,ſuis uanitatibus ſtudet hominibus placere. De quo exemplum in uita Pelagiæ, quando dedita mundo diſcurrebat per Antiochiam ornata nimis quàm ſanctus pater Nomius nominis uidens,flere cœpit, & dixit ſociis, quod toto tempore uitæ ſuæ tantam diligentiam nunquam adhibuerat Deo placere,&c.quæ demum orationibus eius conuerſa eſt,Hæc eſt de qua Eccl.7.& de qua iã eccleſia lamentatur, propter ingentem multitudinem maleficarum.Inueni amariorem morte mulierẽ, quæ laqueus eſt uenatorum,ſagena cor eius,uincula ſunt manus eius,qui placet Deo,fugiet illam,qui autem peccator eſt, capietur ab ea,Amarior eſt morte,id eſt,diabolo.Apo.6. Nomen illi mors,Nam licet diabolus duxit Euam ad peccandum,Eua tamen ſeduxit Adam. Et ſicut peccatum Euę nõ induxiſſet nobis mortẽ animę & corporis,niſi ſubſequuta fuiſſet culpa in Adam,ad quam induxit Eua, & non diabolus,ideo amarior morte. Iterum amarior morte,quia hæc naturalis,& interimit tãtum corpus, ſed peccatum a muliere inchoatũ occidit animam,priuando gratiam,& corpus ſimiliter in pęnam peccati.Iterũ amarior morte,quia mors corporalis eſt inimicus manifeſtus & terribilis ſed mulier inimicus blãdus & occultus.Et ideo amarior & periculoſior laqueus iam non dicitur uenatorum,ſed dæmonum,quia iam capiuntur homines non ſolum,per carnalia deſideria eas uidẽdo,audiendo, cum earum facies ſit uentus urẽs,& uox ſerpentis ſibulus. Iuxta

Bern.

Bern. Verumetiam innumero maleſaciendo homines, & iumẽta. Sagena dicitur cor eius, id eſt, inſcrutabilis malitia quæ in cordibus earum regnat. Et manus ſunt uincula ad detinendum, ubi malum ad maleficiendum creaturam apponunt, tunc diabolo cooperante, hoc efficiunt quod prætendunt. Concludamus. Omnia per carnalem cõcupiſcentiam, quæ quia in eis eſt inſatiabilis. Prouerb. penultimo, Tria ſunt inſatiabilia, &c. & quartum quod nũquam dicit, ſufficit, ſcilicet, os uuluæ. Vnde & cum dæmonibus cauſa explendæ libidinis ſe agitant. Plura hec deduci poſſent, ſed intelligentibus ſatis apparet, non mirum quod plures reperiuntur infectę hæreſi maleficorum mulieres quam viri. Vnde & conſequenter hęreſis dicenda eſt non maleficorũ, ſed maleficarum, ut a potiori fiat denominatio. Et benedictus altiſſimus, qui uirilem ſpeciem a tãto flagitio uſq; in præſens ſic pręſeruat, in quo utique cum pro nobis naſci, & pati uoluit, ideo & ipſum priuiligiauit.

CVIVSMODI MVLIERES AMPLIVS inueniuntur ſuperſtitioſæ, & maleficæ.

QVO ad ſecundum, cuiuſmodi mulieres præ cæteris inueniuntur ſuperſtitioſæ, & maleficis infectæ. Dicẽdum quod ex pręcedẽti quæſtione patuit, ꝙ quia tria generalia uitia, ſcilicet, infidelitas, ambitio & luxuria præcipue in malis mulieribus, regnare uidentur. Ideo illæ præ cæteris maleficis intẽdũt quæ prę cęteris illis uitiis deditæ ſunt. Iterum quia inter illa tria ultimum amplius prędominatur, ideo quia inſatiabile, &c. ideo, & illę inter ambitioſas amplius infectæ ſunt, quę pro explendis ſuis prauis concupiſcentiis amplius inardeſcunt, ut ſunt adulteræ, fornicariæ, & magnatorum concubinæ, & hoc ex ſeptemplici maleficio, ut in bulla tangitur, uenereum actum &

cōceptus in utero uariis inficiendo maleficis. Primo mētes hominum ad inordinatum amorem,&c.immutando. Secundo,uim generatiuam impediendo. Tertio, mēbra illi actui accomoda auferendo. Quarto homines præſtigioſa arte in beſtiales formas mutando. Quinto, uim generatiuam,quo ad femellas deſtruendo. Sexto aborſum procurando. Septimo, infantes dæmonibus offerendo, abſq; aliis animalibus & terræ frugibus, quibus uaria nocumenta inferunt, de quibus in ſequentibus tractabitur, ſed ad pręſens,de nocumentis hominum demus rationes. Et prima concluſio,ſuper eos quos maleficiunt ad amorem uel odium inordinatum, & poſt eadem materia pro maiori intelligentia ſub difficultate eſt diſcutienda. Cōcluſio autem hęc eſt. Nam ſanctus Thomas in 4.diſt.34. de impedimēto maleficiali pertractans, ſicut oſtēdit quare permittitur diabolo a Deo maior poteſtas maleficij ſi per actus uenereos hominis quàm ſuper alios, rationes aſſignando,Ita dicere a ſimili opportet quod hę mulieres amplius infeſtantur quæ his actibus amplius deſeruiunt. Dicit enim quod quia corruptio peccati prima per quā homo factus eſt ſeruus diaboli,in nos per actū generantem deuenit.Ideo maleficii poteſtas permittitur diabolo a Deo in actu magis quàm in alijs, ſicut etiam in ſerpētibus magis oſtenditur uirtus maleficorū,ut dicitur, quàm in aliis animalibus,quia per ſerpentem diabolus tanquā per ſuum inſtrumentum mulierem tentauit. Vnde etiam ut poſtea ſubdit,licet matrimoniū ſit opus Dei, tanquā ab eo inſtitutum,adhuc per opera diaboli interdum deſtruitur.Non quidem per uiolentiam,quia cenſeretur ſic fortior Deo. Sed ex diuina permisſione procurando impedimentum actus coniugalis,uel temporale, uel perpetuum,ex quibus hoc quod experientia docet dicamus, ꝙ propter huiuſmodi ſpurcitias explēdas,tā erga ſe, quam & ſeculi potentes,cuiuſcunque etiam ſtatus & conditionis,innumera maleficia pertractant,eorū animos ad mortem hæreum,uel philocaptionem adeo immutando, ut nulla confuſione,aut perſuaſione ab eis deſiſtere ualeāt.

Ex quibus etiã & exterminium fidei, ſeu periculum intolerabile quotidie imminet, quod eorum animos immutare taliter ſciunt, quod eis nullum nocumentum ſiue per ſe, ſiue ab alijs fieri permittant, ſicq́; quotidie creſcũt. Et utinam experientia nos minime edocuiſſet, immo & odia talia etiam in ſacramẽto matrimonij cõiunctis ſuſcitata per maleficia, & ſimiliter per infrigidationes generatiuæ potentiæ, ut nec redditionem, nec exactionem debiti matrimonialis locum pro prole habere ualeant. Sed quia amor, & odium in anima exiſtunt, quam etiam dæmon intrare nequit, ne alicui hęc quaſi incredibilia uideãtur, ſub quæſtione ſunt diſcutienda, cum etiam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.

AN MALEFICI MENTES HOMINVM AD AMOREM, VEL odium ualeant immutare.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVAERITVR, an dæmones per ipſas maleficas mentes hominum ad amorem, uel odium inordinatum immutare, & incitare ualeant, & arguitur, quod non ſecundum præmiſſa. Tria ſunt in homine, uoluntas, intellectus, & corpus. Primum Deus ſicut habet per ſe regere, quia corregis in manu Domini, ita ſecundum per angelum illuſtrare, & ipſum corpus per influxus cœleſtium corporum dirigere. Præterea intra corpora dæmones non poſſunt eſſe illa immutando, ergo minus infra animam eius potentijs odium uel amorem immittendo. Patet conſequẽtia, quia ex natura maiorem habet poteſtatem ſupra corporalia, quàm ſupra ſpiritualia, & qui-

dem

dem quod non poſſunt immutare,ſupra patuit in pleriſque locis,quia nullam formam ſubſtantialem uel accidētalem inducere poſſunt,niſi adminiculo alicuius alterius agētis,ſicut etiam quilibet alius artifex eſt etiā ad idem. c.26.q.5.epiſt.in fine.Qui credit aliquam creaturam poſſe trāſmutari in melius,uel in deterius,niſi ab ipſo oīum creatore,infideli & pagano deterior eſt. Præterea omne agēs ex propoſito cognoſcit ſuum effectum. Si igitur diabolus poſſet mentes hominum immutare ad odium, uel amorē,poſſet internas cogitationes animę uidere, quod eſt contra illud quod in libro de eccleſiaſticis dogmatib. dicitur.Diabolus internas cogitationes non poteſt uidere. Et iterum ibidem: Non omnes cogitationes noſtræ malæ à diabolo excitantur, ſed aliquoties ex noſtri arbitrij motu emergunt.Præterea amor & odium,ſunt circa uoluntatem quæ radicatur in anima,ergo nō poſſunt cauſari à diabolo quacunque arte,tenet cōſequentia, quia illabi animæ,(ut dicit Augu.)illi ſoli eſt poſſibile, qui eam creauit. Præterea ſi dicatur quod pōt mouere ſenſitiuas interiores, & ſic conſequenter uoluntatem, non ualet, quia uis ſenſitiua eſt dignior quàm uis nutritiua.Sed diabolus non poteſt formare actum uirtutis nutritiuę,ut formet carnem aut os, ergo etiā non poteſt cauſare aliquē actum interiorum uirium animæ. SED CONTRA. Diabolus non ſolū uiſibiliter, ſed etiam inuiſibiliter homines tētare dicitur,hoc autem falſum eſſet,niſi interius circa animam, & eius potentiam aliquid cauſare poſſet. Præterea Damaſcenus in ſuis ſentētiis. Omnis malitia & omnis immunditia a diabolo excogitata ſunt.Et Dionyſ. 4.cap.de diui.no. Multitudo dæmonum, cauſa omnium malorum & ſibi & alijs, RESPONSIO hic primo danda eſt diſtinctio de cauſa, & ſecundo qualiter interiores potentias animæ immutare dicuntur ſenſitiuæ interiores,& ſic tertio concludetur propoſitum. Quo ad primum conſiderandum eſt, quod cauſa alicuius poteſt aliquid dici dupliciter.Vno modo directe.Alio modo indirecte. Indirecte quidem,ſicut cum aliquid agens, cauſat aliquam

quam diſpoſitionem ad aliquem effectum, dicitur eſſe occaſionaliter & indirecte cauſa illius effectus, ſicut ſi dicatur quod ille, qui ſecat ligna eſt occaſio combuſtionis ipſorum, & hoc modo dicere poſſumus, quod diabolus eſt cauſa omnium peccatorum noſtrorum, quia ipſe inueſtigauit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato conſequuta eſt in toto genere humano, quædã pronitas ad omnia peccata. Et ſic intelligenda ſunt uerba Damaſceni & Dionyſij. Directe autem dicitur aliquid eſſe cauſa alicuius, inquantum operatur directè ad illud, & hoc modo diabolus non eſt cauſa omnis peccati. Non enim omnia peccata committuntur diabolo inſtigante, ſed quædam ex libertate arbitrij, & carnis corruptione. Quia ut Origenes dicit: Etiam ſi diabolus non eſſet, homines haberent appetitum cibi, & uenereorum, & huiuſmodi, circa quæ inordinationes multæ contingunt, niſi per rationem talis appetitus refrenetur Refrenare autem in ordine huiuſmodi appetitum ſubiacet libero arbitrio, ſuper quem etiam diabolus minus habet poteſtatẽ. Sed quia per hanc diſtinctionem non poſſumus diſcernere qualiter interdum amor hæreos, ſeu philocaptio procurari poteſt. Et ulterius aduertendum, quod diabolus licet non poſſit eſſe cauſa illius inordinati amoris directe cogendo hominis uoluntatem, poteſt tamen eſſe per modũ perſuadentis. Et hoc iterum dupliciter, ſcilicet, uiſibiliter & inuiſibiliter. Viſibiliter ſicut cum in alia ſpecie hominis ſenſibiliter etiam apparet ipſis maleficis, & eis ſenſibiliter loquitur, & perſuadet peccatum, ſicut tentauit primos parentes in paradiſo, in ſpecie ſerpentis, Chriſtũ in deſerto in aliqua ſpecie ei uiſibiliter apparens. Et quia non eſt putandum quod ſolum ſic perſuadeat hominem, quia ſequeretur quod nulla alia peccata fierent ex inſtructione diaboli, niſi quæ diabolus uiſibiliter apparens perſuaderet. Ideo dicendum eſt quòd etiam inuiſibiliter inſtigat hominem ad peccandum, quod quidem fit dupliciter, per modum perſuaſionis, & per modum diſpoſitionis. Per modum perſuaſionis, ſicut cum proponitur aliquid

quid uirtuti cognitiuę, ut bonum, & hoc poteſt fieri tripliciter, quia uel proponitur quãtum ad intellectum, uel quantum ad ſenſum interiorem, uel exteriorem. Quantũ ad intellectum quidem, quia intellectus humanus poteſt adiuuari ab angelico intellectu bono, uel aliquid cognoſcendum per modum illuminationis cuiuſdam, ut Dionyſius dicit. Ratio, quia ſicut intelligere, ſecundum Philoſophum eſt quoddam pati. Ideo poteſt imprimere in intellectum aliquam ſpeciem, unde actus intelligendi elicetur. ET ſi dicatur quod diabolus etiam hoc facere poſſet ſua uirtute naturali, quæ non eſt diminuta, ut patet ex præcedente. DICENDVM quòd non poteſt per modum illuminationis ſed per modũ perſuaſionis. Ratio quia intellectus hominis, eſt iſtius conditionis, ꝙ quanto magis illuminatur, tanto magis cognoſcit uerum, tanto magis poteſt ſibi cauere à deceptione. Et quia hãc deceptionẽ diabolus finaliter intendit, ideo quæcũque eius perſuaſio non poteſt dici illuminatio, licet poſſit dici reuelatio, in quantum per impreſſionem quantum in uires ſenſitiuas interiores, aut exteriores, ubi uiſibiliter perſuaderet, aliquid imprimeret, unde intellectualis cognitio perſuaderetur ad aliquem actum exercendum, quod qualiter fieri poteſt uidelicet, ut in uires interiores aliquid imprimere poſſit. ADVERTENDVM eſt ꝙ quia corporalis naturæ nata ẽ naturaliter, moueri localiter a ſpirituali. Patet hoc in corporibus noſtris quæ ab animabus mouentur, ſimiliter in corporibus cœleſtibus. Nõ eſt autem apta nata formari ab ea immediatè, & loquimur præcipuè de formis in manendo, non ab informando, unde oportet ꝙ concurrat aliquod corporale agẽs ut probatur in 7. metaph. Materia corporalis naturaliter obedit bono uel malo Angelo ad motum localem, quo ſtante quia dæmones ſuper motum localem ſemina colligere poſſunt, & congiungere, ſeu adhibere aliquibus effectibus mirabiliter faciendis, ut de magis Pharaonis contigerit, ubi produxerũt ſerpentes, & uera animalia, ubi debita actiua debitis paſſiuis coniũgebant. Ideo quæcũq; ex motu locali materiæ

corporali accidere poſſunt, nihil prohibet per dæmones fieri niſi diuinitus impediantur. Quo igitur ſtatuto, ſi uolumus intelligere quomodo poteſt fantaſiam hominis & interiores potentias ſenſitiuas incitare ad apparitiones & impetuoſas actus per motum localem. Notandum quod ſicut Philoſophus in libro de ſomno & uigilia, aſſignat cauſam apparitionis ſomniorum per motum localem, ex eo quod cum animal dormit deſcēdente plurimo ſanguine ad principium ſenſitiuum ſimul deſcendunt motus ſiue impreſſiones, relictæ ex ſenſibilium motionibus præteritis, & quæ conſeruatæ fuerunt in ſpiritibus ſiue uirtutibus ſenſibilibus interioribus, quæ ſunt fantaſia ſeu imaginatio, quæ idem ſunt ſecundum ſanctum Thomam, ut patebit. Eſt enim fantaſia ſeu imaginatio quaſi theſaurus quidam formarū per ſenſus acceptarum. Vnde cōtingit quod ita mouent principium apprehenſiuū, id eſt, potentiam conſeruatoriam ſpecierum quod apparent in fantaſiis ita recenter ac ſi tunc principium ſenſitiuum a rebus ipſis exterioribus recenter immutaretur. Verum eſt, quod non omnes hæc intelligunt, ſed ſi quis ſe occupare uellet, cōſiderare haberet numerum & officium ſenſuum interiorum, qui ſecundum Auicennam in libr. de anima, licet dicat eſſe quinque, ſcilicet, ſenſum communem, fantaſiam, imaginatiuam, extimatiuam, memoriam. Tamen ſecundum beatum Thomam in prima parte q. 79. dicit eſſe quatuor tantum, eo quod potentiam imaginatiuam, & fantaſiam ponit unam timetur prolixitas, ideo obmittitur declaratio, eo quod etiam quia in pleriſque locis de his pertractatur, tantummodo hoc quod dictum eſt fantaſiam eſſe theſaurum formarum, & alicui uideretur memoratiuā eſſe huiuſmodi, diſtingue quia fantaſia eſt theſaurus, ſeu conſeruatorium formarū per ſenſum acceptarum, memoria autem theſaurus intenſionem, quæ per ſenſum non accipiuntur. Quis enim uidens lupum fugit non propter indecētiā coloris, aut figuræ, quæ ſunt formæ receptæ a ſenſibus exterioribus, & repoſitæ in fantaſias, ſed fugit quia inimicus naturæ, & hoc hēt per quandam

dam intentionẽ,& apprehenſionẽ,ex æſtimatiuæ quæ apprehendit ut nociuum,& canem ut amicum, ſed conſeruatorium illarũ intentionum eſt memoria,quia recipere & retinere in corporalibus reducuntur ad diuerſa principia,nam humida bene recipiunt,& male retinent, econtrario aũt eſt de ſiccis. Ad propoſitum,hoc quod contingit in dormientibus de apparitionibus ſomniorum ex ſpirituum,id eſt,ſpecierum in conſeruatoriis repoſitarum ; & hoc ex naturali motu locali propter cõmotionem ſanguinis & humorum, ad principia illa, id eſt, ad uirtutes ſenſitiuas interiores,& dicimus motu locali intrinſeco in capite & in cellulis capitis.Hoc etiam poteſt accidere ex conſimili motu locali per dæmones procreato.Et non tãtum in dormientibus,ſed & uigilantibus, in quibus dæmones poſſunt admouere & commouere interiores ſpũs, & humores,ut ſpecies conſeruatæ in conſeruatoriis educantur de theſauris ad principia ſenſitiua,id eſt,ad uirtutes illas imaginatiuam & fantaſticam,ut res aliquas habeat talis imaginariè,& talis dicetur interior tentatio,& non mirum quod dæmon hoc poſſit ſua naturali uirtute, cum quilibet homo per ſe uigilans,& uſum rationis habens,uel uoluntariam commotionem ſpecierum conſeruatarum educere poteſt de ſuis theſauris,ſcilicet,cõſeruatoriis huiuſmodi ſpecies ut res aliquas ad ſuum placitum imaginetur,quo ſtante,ut iam clarè intelligitur materia de amore hæreos.Nam quia dæmones ut dictum eſt,commouere poſſunt huiuſmodi ſpecies, &c. faciunt iſta dupliciter. Aliquãdo abſq; ligamine uſus rationis,ut de tentatione dictum eſt,& per exemplum de uoluntaria adhæſione, quę interdum fit, aliquando autem quod totaliter uſus rationis ligetur,& hoc etiam poſſumus exemplificare per naturales quoſdam defectus,ut in freneticis, & ebriis ergo non mirum quod dæmones ſic ligare poſſunt.Deo permittente,uſum rationis, & tales dicuntur Arreptitii, & inde arreptitius, ab arripio,pis,quia arreptũ a dæmone,& hoc dupliciter,uel abſq; malefica & maleficio,uel cum ea abſq; maleficio,quia ut Philoſophus in

præfato libro dicit, quod aliquis in paſſione exiſtens a modica ſimilitudine mouetur, ſicut amans ex modica ſimilitudine amati, & ſic odium habenti, ideo dæmones qui per actus hominum experiuntur quibus paſſionibus magis ſubducuntur, illos ad huiuſmodi amorem uel odiũ inordinatum inſtigat eo fortius in eorum imaginationem & efficacius imprimendo hoc quod cõtenditur, quãto etiam id facilius poſſunt. Facilius autem poſſunt, quanto etiam amans facilius ſpeciem reſeruatam ad principiũ ſenſitiuum, id eſt, imaginationem educit, & in eius cogitatione delectabilius moratur. Cum maleficio uero quando talia per maleficas, & ad maleficarum inſtantiam, pro pter pactum initum cum eis procurat, de quibus enumerare præ multitudine tam in ſpiritualibus quam in ſecularibus non eſt poſſibile. Quot enim adulteri pulcherrimas uxores dimittentes in fœdiſſimas alias inardeſcũt? Nouimus uetulam tres ſucceſſiue abbates, ut publica oĩm fratrum fama in illo monaſterio etiam in hodiernum diẽ refert, non ſolũ diem in his maleficiaſſe, ſed & interemiſſe quartum iam ſimili modo dementaſſe, quod & ipſa publica uoce fatetur, nec ueretur dicere, feci & facio, nec de ſiſtere a meo amore poterunt, quia tantum de meis ſtercoribus comederunt quantitatem per extenſum brachiũ demõſtrando. Fateor aũt quia nobis non aderat ulciſcendi & inquirendi ſuper eam facultas, ideo adhuc ſupereſt. Et quia dictum fuit in principio diſtinctionis, ꝙ inuiſibiliter inſtigat diabolus hominem ad peccandum, non ſolũ per modum perſuaſionis ut dictum eſt, immo etiam per modum diſpoſitionis, licet non deſeruit ad propoſitum tamen ſic declaratur. Per conſimilem enim admonitionẽ ſpirituum & humorum facit aliquos magis diſpoſitos ad iraſcendum, uel concupiſcendum, uel ad aliud huius. Manifeſtum eſt enim quod corpore aliqualiter diſpoſito, eſt homo magis pronus ad concupiſcentiam, & iram, & huiuſmodi paſſiones. quibus inſurgentibus homo diſponitur ad conſenſum. Sed quia præcedentia difficile eſt prędicari, ideo faciliori modo pro populo eruditisſimè ſunt

declaran-

declaranda, & quibus remediis poſſint tales maleficiati liberari, tractatur in tertia parte.

MODVS PROPONENDI PRAEmiſſa de amore hereos in ſermonibus ad populum.

PRAEDICATOR de ſupra dictis ſic mouet quæſtionem. An catholicum ſit aſſerere, quod maleficæ ualeant ad amorē alienarū fœminarum inordinatum mentes hominū immutare, & eorum corda ſic ſuccēdere, ut nulla confeſſione, plagis, uerbis, aut factis, ad deſiſtendum ualeant. Cogi & ſimiliter ad odium inter matrimonialiter coniunctos incitare, ut nec redditionis, nec exactionis debiti matrimonialis locum pro prole habere ualeant, quinimo interdum eos oportet currere ad amaſias, intempeſtiue noctis ſilentio per multa terrarum ſpacia, SVPER QVE ſi uoluerit argumenta aliqua ex precedēti queſtione ſumat, ſi non dicat tantūmodo q; queſtiones iſtæ patiunē difficultates propter amorem & odiū, qui cum fundātur in uoluntate, quæ in ſuo actu ſemper libera eſt, nec cogi poteſt per aliquam creaturam, niſi à Deo, qui eam regere poteſt, unde nec dæmon uel malefica eius uirtute ad amorem uel odium uoluntatē cogere uidetur. Item quia uoluntas ſicut & intellectus ſubiectiue exiſtunt in anima, & illabi animæ illi ſoli eſt poſſibile qui eam creauit, ideo difficultatem patitur quæſtio quo ad ueritates enucleandas in ſuis partibus, his tamen nō obſtantibus, Dicendum eſt primo ſuper philocaptionem & odium, ſecundo ſuper maleficum generatiuæ, potentiæ. De primo quod licet in intellectum & uoluntatem hominis, immediate dæmon nequeant operari, tamen ſecundū omnes doctores theologos in 2. ſenten. de uirtute dæmonis in operando in corpus, & in potētias corporis, ſiue corpori alligatas ſiue

ſint ſenſus interiores,ſiue exteriores,permittente D E O agere ualent. Hoc probatur auctoritate & ratione ex præcedenti quæſtione ſi placet inuenit,ſi nō dicat aucto ritatem,& rationem.Iob.2.Dęmoni dixit D E V S,Ecce in manu tua,id eſt,poteſtate eſt Iob, & hoc erat quo ad corpus quod patet,quia in animā noluit dare,unde dicit, uerumtamē animā eius ſerua,id eſt, illæſam ſerua.Ratio quia eū dedit in corpus,dedit ēt ſuper oēs potētias corpori allegatas,ut ſunt quinq; exteriores & quatuor interiores.ſ ſenſus communis, fantaſia ſiue imaginatiua æſtimatiua & memoratiua.Si non poteſt aliter declarari,detur de porcis & ouibus exemplum,ubi porci per memoratiuā redire ſciunt,& oues lupū & canē diſcernunt ex naturali imaginatione unum tanquā inimicū, alterū tanquā amicum ſuę naturæ.Conſequenter cum omnis noſtra cognitio intellectiua ortū habet a ſenſu,cū intelligentem iuxta philoſophum in 2.de anima neceſſe ſit fantaſmata ſpeculari.Ideo ſicut dæmō poteſt interiorem fantaſiam immutare,ſic etiam intellectum obtenebrare. Et hoc quidē nō erit immediate agere in animam ſed mediantibus fantaſmatibus.Item quia nihil amatur niſi cognitū dentur exēpla ad placitū de auro , quod amat auarus quia intelligit eius uirtutē &c.Ideo obtenebrato intellectu obtenebratur & ſua uoluntas in ſuis affectionibus.Hoc autē poteſt facere dæmon & abſq; malefica & cum malefica , immo & accidere poſſunt ex ſola incautela oculorū,& de ſingulis trademus exempla.Nam ut Iac.1.dicitur. Vnuſquiſq; tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia cum conceperit parit peccatum,peccatum uero cum cōſummatum fuerit generat mortem.Sic Sychem cum uidiſſet Dianam exeuntem ad uidēdum mulieres regionis adamauit eam,& rapuit,& dormiuit cum illa & conglutinata eſt anima eius cum ea.Geneſis.34. & ſecundum glo.Infirmæ animæ ſic accidit,quando poſtpoſitis propriis ut Diana aliena negocia curat,ſeducitur cō ſuetudine & fit una unitate ſenſus cum illicitis.De ſecundo quod etiam abſq; maleficis oriatur interdum & tentatione

tione dæmonum principaliter ſic declaratur. Nam Amnō ſororem ſuam Thamar ſpecioſiſſimā adamauit, & deperierat in eā ualde ita ut propter eius amorē ægrotaret 2.Reg.13.Nam enim in tantum facinus ſtupri quis proſiliret,niſi in toto corruptus,& a diabolo grauiter tētatus. Vnde gloſa ibidem.Hoc monet nos, & ideo Deus permiſit ut ſemper caute agamus,ne uitia in nobis dominētur. & princeps peccauit qui ſalſam pacem periclitātibus ſpōdet,nos paratos inueniens improuiſe trucidet.De hoc ſecundo genere amoris refertus eſt liber ſanctorum patrū, qui fert quod licet omnem tentationem carnalis concupiſcentię ſibi ſub traxiſſent,tamen ultra quā credi poteſt, tentabantur aliquoties amore mulierum. Vnde & 2. Corinth.12.Apoſtolus dicit. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſathanæ qui me colaphizet, ubi gloſa. Tentando per libidinem datus eſt mihi. Tentatio aūt cui non conſentitur non eſt peccatnm, ſed materie exercēdi uirtute & hoc intelligitur de tentatione quæ ab hoſte nō a carne quæ ſemper eſt ad minus peccatum ueniale etiam ſi ei non conſentiatur. Poterit prædicator aliqua exēpla deducere ſi placuerit.De tertio quod amor heræos proueniat ex maleficiis dæmonū diſcuſſum eſt ſupra, & de hac loquimur tentatione. Et ſi quis diceret quomodo poſſet diſcerni quod non ex diabolo ſed ſolum ex maleficio talis amor inordinatus procedit. Dicendum quod ex multis. Primo ſi taliter tentatus pulchrā & honeſtā habeat uxorem & oppoſitum conſtat de altera &c. Secundo ſi iudicium rationis omnino ligatur ꝙ nullis plagis,ſeu uerbis, aut factis, aut etiam confuſionibus ad deſiſtendum ab ea induci uadeat. Et tertio potiſſime quādo ſe continere nō poteſt, quin interdum inopinate ſe etiam per longū ſpacium non obſtante aſperitate itineris, prout ex taliū confeſſione quiſq; ſentire poteſt ſe trāsferre habeant, ſiue de die, ſiue de nocte. Nam ſicut dicit Chriſoſto. ſuper Mathęum.20.de aſina quam Chriſtus equitauit, quod cum dęmon uoluntatem hominis peccato poſſidet quaſi ad libitum trahit quo placet,exemplum dans de naui in mari

perdito gubernaculo, quæ ad libitum uenti proiicitur, & ſicut qui equo potenter inſidet & rex tyranni habens poſſeſſionem. Quarto diſcernitur in eo quod inopinate & ſubito uehuntur & immutantur interdum, ut nihil eis obſtare poſſit. Elicitur etiam ex ipſius perſonæ infamia, & antequam ad ultiorem quæſtionem de maleficiis circa potentiam generatiuam procedamus, quæ etiam annexa eſt, primo ſoluenda ſunt argumenta.

SEQVVNTVR SOLVTIONES *argumentorum.*

AD argumenta aũt reſpondendo. Ad primũ ꝙ uoluntas hoĩs regatur à Deo ſicut intellectus ab Angelo bono, Patet ſolutio. intellectus enim ſicut tantummodo inſtruatur ab Angelo bono ad cognitionẽ ueri, unde ſequitur amor boni, quia uero & ens conuertuntur, ita ẽt intellectus poteſt à malo obtenebrari in cognitionẽ ueri apparẽtis, & hoc per confuſionẽ ſpecierũ principijs ſenſitiuis. i. uirtutibus & potentiis ſenſitiuis interioribus repreſentatis, unde ſequitur amor inordinatus apparẽtis boni: puta corporalis delectationis, quã etiã tales quærũtur. Ad ſecundum argumentũ, quod intra corpora non poſſunt eſſe illa immutando, partim eſt uerum, & partim nõ, & hoc quo ad triplicem immutationem. Non enim poſſunt illa immutare, quantum ad eductionem alicuius formæ, ſiue ſubſtantialis, ſiue accidentalis, quæ etiam potius dicenda eſt productio quam immutatio, ſine adminiculo alicuius alterius agentis, aut etiam ſine diuina permiſſione. Si aũt loquamur de immutatione qualificatiua, ut de ſanitate & infirmitate, ſic ut ex præcedentibus patet, poſſunt uarias infirmitates etiã uſq; ad ligamen rationis immittere, & ſic odiũ & amorẽ inordinatum procurare. Poteſt etiam addi tertia immutatio, quæ fit, quãdo Angelus bonus uel

malus

malus illabitur corpori, ſicut dicimus ꝙ Deus tātūmodo illabitur aīæ.i.eſſentiæ aīæ.Sed ubi dicimus ꝙ Angelus il labitur corpori, præcipue malus, ut in obſeſſis,ibi nō illa bitur infra terminos eſſent in corporis,qa ſic ille ſolūmo do qui dat eſſe.ſ.Deus creator illabi poteſt, & continetur tanquam qui habet intrinſecam operationem animæ.Dicitur tamen illabi corpori quando aliquid operatur circa corpus,quia ibi eſt ubi operatur,ut dicit Damaſcenus,& tunc operatur infra terminos corporalis quantitatis : & infra terminos eſſentię corporis.Vnde elicitur ꝙ corpus habet terminos duplicis rationis, quantitatis & eſſentiæ. Et eſt diſtinctio ſicut inter ſuppoſitum & naturam.Vnde ſicut corpori illabi poſſunt, ita & potentijs affixis organis corporalibus, & per conſequens poſſunt impreſſiones facere in potentias,unde per accidens talis operatio & im preſſio reſultat in intellectum, cum eius obiectum ſit fan taſma,ſicut color, uiſus,ut dicitur in 3.de anima, & con ſequenter ꝑ accidens uſq; ad uoluntatem, quia uoluntas ſuum obiectum recidit ab intellectu ſua ratione boni ſecundum ꝙ intellectus apprehendit aliquid in ratione bo ni uiri & apparentis. Ad tertium argumētum cognoſcere cogitationis cordis eſt dupliciter, uel in ſuo effectu, uel ut ſunt in intellectu.Primo modo non ſolum angelus,licet etiam homo cognoſcere poteſt,licet angelus ſubtilius ut patebit. Nam interdum cogitatio cognoſcitur, nō ſolum per actum exteriorem.ſed etiam ꝑimmutationē vul tus,& etiam medici, aliquas affectiones animi ꝑ pulſum cognoſcere poſſunt. Vnde Auguſti.in lib. de diuinatione dæmonum dicit,ꝙ aliquando hominū diſpoſitiones,non ſolum uoce prolatas, ſed etiam cogitatione conceptas,ſi gna quædam ex animo exprimuntur in corpore tota faci litatem perdiſcūt,quamuis in libr.retractationū hoc dicat non eſſe aſſerendū,quomodo hoc fiat exiſtimo quod retractat.Si quis diceret eum ſenſiſſe ꝙ cogitationes dæmō cognoſceret in intellectu.Alio modo poſsūt cognoſci co gitationes, prout ſunt in intellectu, & affectiones proue ſunt uoluntate, & ſic ſolus Deus cogitationes cordium

& affectiones uoluntatum cognoſcere poteſt. Cuius ratio eſt: quia uoluntas creaturæ rationalis ſoli Deo ſubiacet. & ipſe in eam ſolus operari poteſt, qui eſt principale eius obiectũ & ultimus finis, & ideo ea quę in uoluntate ſunt, uel ex uoluntate ſola dependet ſoli Deo, ſunt nota. Manifeſtum eſt aũt quod ex ſola uoluntate dependent, quod actu aliquis aliqua conſideret, quia cum aliquis habet habitum ſcientiæ, uel ſpecies intelligibiles in eo exiſtentes utitur eis cum uult. Probatur etiam ex his quæ dicta ſunt, quia Angelus non poteſt illabi animæ, ergo nõ poteſt per naturam uidere ea quæ ſunt in anima, & quandiu ſunt in intimo animæ. Vnde quando arguitur. Dęmon nõ poteſt uidere cogitationes cordium, ergo non poteſt corda ſeu mentes hominum ad amorẽ uel odiũ incitare. Dicitur ꝙ ſicut cognoſcit, ſcilicet per effectus & ſubtiliori modo ꝗ homo, ita etiam ſubtiliori modo poteſt immutare ad odium uel amorem commouẽdo fantaſmata & intellectũ obtenebrãdo. Eſt etiam aliquid timoroſis conſcientiis & uirtuoſis pro eorum conſolatione aduertendum: ꝙ immutatio ſenſiblis exterior, & corporalis quę concomitatur cogitationes hominis quandoq; eſt ita exilis & indeterminatè quod diabolus per eam in certã cognitionẽ cogitationis uenire non põt, præſertim quando ſtudiis aut bouis operibus nacant interpellatim & tales tunc in ſomnis plus uexat, experientia hoc docet. Quandoq; eſt ita fortis & determinata quod per illam poteſt cognoſcere cogitationum quantũ ad ſpeciem, ut quod cogitat de inuidia, uel de luxuria, ſed an per eã poſſit certitudinaliter cognoſcere quantum ad omnes circunſtantias ut uidelicet ſuper talem uel talẽ ſub dubio dimittamus ſicut & reperimus niſi quod uerum eſt ꝙ tales circunſtantias, ea actibus poſt modum cognoſcere poteſt. Ad quartum, quia licet illabi animę tantũ conueniat Deo, tamen illabi corpori & per conſequens potentijs affixis corpori modo ſupratacto, hæc poteſt conuenire angelo ſiue bono ſiue malo, unde amor, & odium in tali homine cauſari poſſunt, Ad illud quod uirtus ſenſitiua ſit dignior quam nutritiua quæ ta-

men

men non poteſt immutari ab eo. Dicendum quod immo ſuper uim nutritiuam etiam poſſet ita ut aliquid citius ut tardius dirigitur in os uel in carnem, ſed ad illud non cooperatur, ſicut ad impediendum uel agitandum uites ſenſitiuas interiores uel exteriores, & hoc propter ſuum lucrum quod ex ſenſuum deceptione & intellectus illuſione plurimum procurat.

AN GENERATIVAM POTENTIAM, SEV ACTVM VENEREVM *malefici impedire poßunt quod maleficium in bulla continetur.*

QVAESTIO OCTAVA.

SEcundo, eadē ueritas, ſcilicet, ꝙ adulteræ, fornicariè &c. Amplius exiſtūt malefici oſtēditur per impedimentū maleficiale ſuper actum generatiuæ potentię, & ut ueritas magis eluceſcat, arguitur primo ꝙ nō ſit poſſibile, quia ſi tale maleficiū eſſe poſſib le, poſſet etiā maritatis contingere, quod ſi cōceditur tunc cum matrimonium ut opus Dei, & maleficium opus diaboli, fortius erit opus diaboli opere Dei. Si uero conceditur ꝙ tantummodo fornicariis & non maritatis, tunc redibit opinio ꝙ maleficium nihil ſit in re, ſed tantum in opinione hominū, cuius oppoſitū in prima quęſtione tactū eſt, aut dubitatur ratio cur iſtis & nō illis contingere poſſunt, & cum non uidetur ſubeſſe alia ratio, niſi quia opus Dei matrimonii exiſtit. Et illa ratio ſecūdum Theologos non concludit, ut patet in 4. diſt. 24. de impedimento maleficiali manet adhuc argumētum, ꝙ opus diaboli erit fortius opere Dei, & cum hoc ſit incōueniens aſſerere, ergo etiam incōueniēs eſt aſſerere per maleficiū poſſe

impe-

impedire actum uenereum, Item diabolus non poteſt impedire actus aliarum uiriū naturaliū, ut comedendi, ambulandi, erigendi, quod uidetur eſſe uerum ex eo quia interimere poſſent totum mundum. Præterea cum actus uenereus æqualiter ſe habet ad omnem mulierem ſi impeditur, impeditur etiam ad omnem mulierem, ſed hoc eſt falſum, ergo & primum quod falſum ſit docet experientia, cum tales qui dicunt ſe maleficatos ſunt potentes ad alias, licet nō ad illas quas cognoſcere non poteſt, quia uidelicet non uult unde nihil poteſt in re. In contrarium & pro ueritate eſt ea. Si per ſortiarias, 33. q. 8. Item omnium theologorum & canoniſtarum ſententia, vbi tractant de maleficiali impedimento matrimonii. Item ratio alludit cum maior ſit poteſtas dęmonis quam hominis, & homo impedire poteſt potentiam generatiuam, ſiue per herbas frigidiſſimas, ſiue per alia impedimenta &c. ut quiſque imaginari poteſt; ergo & dæmon qui acutioris ſcientiæ exiſtit hoc facere per amplius poteſt. RESPONSIO ex duobus quæ ſupra tacta ſunt, ueritas ſatis patere pōt licet modus impediendi non ſit ſpeculatiue declaratus. Nā tactū eſt quod maleficium nō eſt ſolū opinione hominum, quaſi nihil in re, immo effectus innumeri maleficiales accidere poſſunt, uere & realiter Deo permittente, Oſtenſum eſt etiam quod Deus amplius permittit ſuper uim generatiuam, propter maiorem eius corruptionem quam ſuper alios actus humanos. Sed de modo quo tale impedimentum procurator eſt aduertendum, quod nō procurat ſolum circa uim generatiuam, ſed etiam circa uim imaginatiuam ſeu fantaſiam, & ſuper hoc notat Pet. de palude in ſuo. 3. diſt. 34. quinq; modos. Dicit enim quod quia dæmon ex hoc quod eſt ſpiritus habet poteſtatem ſuper creaturam corporalem, ad motum localem prohibendum uel faciendum. Ideo poteſt corpora impedire ne ſibi appropinquant directe uel indirecte, interponendo ſe quandoque in corpore aſſumpto, ſicut accidit ſponſo qui deſponſauerat idolum, & nihilominus contraxerat cum iuuencula; nec propter hoc poterat eam cogno-

ſcere. Secundo modo hominem inflammare ad actum illum, uel etiam refrigerare ab actu illo adhibendo occulte uirtutes rerũ quas optime nouit ad hoc ualidas. Tertio modo turbãdo eſtimationem & imaginationem qua reddit mulierem exoſam, quia poteſt ut dictum eſt, in imaginationẽ imprimere. Quarto reprimendo directe rigorem membri fructificationi congruenti: ſicut etiam motum localẽ reprimere poteſt. Quinto prohiberi miſſionem ſpirituum ac mẽbra in quibus eſt uirtus motiua, quaſi intercludẽdo uias ſeminis ne ad uaſa generationis deſcendat, uel ne ab eis recedat, uel ex ne excidat, uel emittatur, & multis aliis modis. Et ſubdit de hoc quod ſuprà tactum eſt ab aliis doctoribus concordando dicens. Plus enim permittit Deus ſuper hunc actum per quẽ primum peccatum diffunditur, quàm ſuper alios actus humanos, ſicut & ſuper ſerpentes, qui magis incantationibus deſeruiunt quàm alia animalia, & poſt pauca dicit, Idem etiam de muliere eſt, quia poteſt imaginationem eius ſic demẽtare, ut exoſum habeat uirum quod pro toto mundo non permittit ſe cognoſci. Poſt uult dare rationem quare plus maleficiuntur uiri circa talem actum, quàm mulieres, & dicit quod quia tale impedimẽtum fit interdũ per obſtruſionem uaſis, uel etiam per motum localem, reprimendo rigorem membri, quæ potius & facilius in uiris contingere poſſunt, ideo plures uiri maleficantur, quàm mulieres, Poſſet etiam quis dicere ꝙ ideo quia plures mulieres ſuperſtitioſe ſunt quàm uiri, & potius allicere cupiunt uiros quàm mulieres, uel etiam in deſpectum hoc faciunt mulieres coniunctę, ut utrobique faciant occaſionem adulterandi, dum uir alias cognoſcere poteſt, & non propriam & ſimiliter uxor etiam alios habebat quærere amatores. Addit etiam quod Deus permittit amplius ſæuire in peccatores quam iniuſtos. Vnde angelus dixit Thobiæ, In illos qui libidini uacant accipit dæmonum poteſtatem, ſed e tiã aliquando in iuſtos, ſicut in Iob, ſed non circa uim generatiuam propter quæ debent facere confeſſiones & alia bona ne ferro manente in uulne-

te fruſtra ſit medicinam apponere, Hæc Pet. ſed de amotione talis effectus patebit in tertia parte operis.

INCIDENTALITER ALIQVA *dubia declarantur.*

INcidentaliter uero ſi quæritur. Quare actus ille aliquando impeditur, reſpectu unius mulieris, & non reſpectu alterius. Reſponſio ſecundum Bonauen. hæc eſt, uel quia ſortilegus, ſeu malefica ad hoc reſpectu perſonæ determinatæ diabolum immutauit, uel quia Deus reſpectu perſonæ cuiuslibet impedire non permittit. Occultum enim Dei iudicium hic latet, ut patet in uxore Thobiæ. Et addit: Si quæritur quomodo diabolus hoc facit dicendum quod impedit generatiuam uim non impedimento intrinſeco lædendo organum, ſed extrinſeco impediendo uſum, unde quia eſt impedimentum artificiale, non naturale, ideo poteſt impedire, ad unam, quod nō ad alias, uel tollendo excitationem concupiſcentiæ ad illam & non aduerſus aliam, & hoc per uirtutem propriā, uel herbam, uel lapidem, uel per aliquam naturā occultam. Et hæc conueniunt cum dictis Petris de palude. Præterea cum in potentia talis actus, beneq; ex frigiditate naturæ ſeu naturali defectu contingit, Si quæritur quomodo poteſt diſcerni quod ex maleficio uel non maleficio contigerit. RESPONDIT Hoſtien. in ſumma. licet hoc nō ſit prædicādum publicè, quando uirga nullatenus mouetur, & nunquā potuit cognoſcere, & hoc eſt ſignum frigiditatis, ſed quando mouetur & erigitur, perficere autem non poteſt, eſt ſignum maleficii. Notandum inſuper quod nō ſolum ſit maleficiū, ne quis actum illum exercere ualeat, ſed etiā aliquando fit ne mulier cōcipiat, uel ut aborſum faciat. Sed nota ſecundum canonum ſanctiones, quod quicunque propter uindictæ libidinem explendam, uel propter odiū aliquid fecerit uiro, uel mulieri, propter quod non poſſet generare uel concipere, reputatur homicida.

extra de homici. Si aliquis. Et nota quod communiter loquitur canon de amatoribus ſeculi, qui ſuis amaſiis per pocula, ne confuſionem incurrant talia procurant, uel etiam per certas herbas, naturam nimium infrigidantes, abſq; auxilio dæmonum. Vnde pœnitentes ſicut homicidæ ſunt puniendi. Maleficę autem per maleficia talia procurantes, ſunt ſecundum leges ultimo ſupplicio, puniendę, ut ſupra in prima quæſtione tactum eſt. Et pro ſolutione argumentorum ubi difficultatur an matrimonialiter coniunctis talia contingere poſſint. Et ulterius aduertendum, quod licet ex his quæ tacta ſunt, nō pateat ſuper hoc ueritas, tamen uere & realiter illis matrimonio, ſicut & extra contingere poſſunt. Et prudens lector, qui copiam librorū habet, inueniet iam apud theologos quam Canoniſtas, præcipue extra, & in materia de frigidis, & maleficiatis, & in 4. diſt. 34. mutuo concordantes, & duos errores reprobantes, præſertim circa matrimonialiter cō iunctos, qui ſentire uidebantur quod tale maleficium non poſſet contingere inter matrimonialiter coniunctos, motis illis rationibus, quod diabolus non poſſet opera DEI deſtruere. Et primus error qui ab eis reprobatur eſt, contra illos qui dicebant maleficium nihil eſſe in mūdo, ſed tantum eſſe in opinione hominum, qui ex ignorantia cauſarum occultarum, & quas etiam nullus hominum ſcire poteſt aliquos effectus naturales maleficiis imputabant quaſi illos efficerent non occultæ cauſæ, ſed dæmones per ſe uel maleficos, hic error licet ab omnibus aliis doctoribus ſub ſimplici falſitate reprobatur, tamen a ſancto Thoma acrius impugnatur, ubi ipſum tanquam hæreſim condemnat, dicens quod hic error ex radice infidelitatis procedit, & quia infidelitas in Chriſtiano hæreſis dicit, ideo tales ut hæretici merito ſuſpecti ſunt. De qua tamen materia etiam in p. q. tactum eſt, licet ibi non taliter ſit declaratum. Nam ſi quis alia dicta doctoris ſancti in aliis locis conſiderat, rationes inuenit, quare aſſerit talem errorem extra radicem infidelitatis procedere. Nam in quæſtionibus de malo, ubi tractat de dæmonibus, & in quæſt.

prima, An dæm. habeant corpora naturaliter ſibi unita. Inter alia quæ ibi recitantur, mentio de illis, qui ſingulos effectus ad uirtutes cœleſtium corporum, quibus & ſubeſſe dicebant occultas cauſas effectum inferiorũ dicens. Conſiderandũ eſt ꝙ Peripatetici Ariſtotelis ſectatores. nõ poſuerũt dæmones eſſe, ſed ea quæ attribuũtur dæmonibus, dicebant prouenire ex uirtute cœleſtiũ corporum & aliarũ naturaliũ rerum. Vnde Auguſtinus dicit. 10. de ciuitate Dei. Porphirium uiſum fuiſſe ꝙ herbis, & lapidibus & animantibus, ac ſonis certis ac uocibus, ac figurationibus atque figmentis quibuſdã, etiam obſeruatis in cœli cõuerſione, motibus ſyderũ, fabricari in terra ab hominibus poteſtates ſyderũ idoneas, uariis effectibus exequendas. Ex quibus apparet error, ꝙ oĩa reducebãt in cauſas occultas ſyderũ, & dæmones tantũmodo fabricarẽtur ex opinione hoĩm. Sed ꝙ hæc poſitio ſit falſa manifeſtè probat S. Thomas, ex hoc ibidem, ꝙ reperiuntur aliquæ operationes dęmonũ, quę nullo modo poſſunt ex aliqua naturali cauſa procedere, puta ꝙ aliquis obſeſſus a dæmone loquatur linguam ignotam, & multa alia inueniũtur opera dęmonũ, tã in Arrepticiis q̃ Nigromãticis artibus, quæ nullo modo poſſunt niſi ex aliquo intellectu procedere ad minus bona ſecundum naturam, licet mala ſecundum uoluntatem. Et ideo coacti fuerunt propter incõuenientia tacta alii philoſophi ponere dæmones eſſe, licet poſt in uarios errores inciderunt, aliis putantibus animas hominum a corporibus exeuntes dæmones fieri. Vnde & multi auruſpices pueros occiderunt, ut animas eorũ ſuos cooperatores haberent, & plures alii errores recitantur. Vnde patet ꝙ nõ immerito doctor ſanctus dicit talẽ opinione ex radice infidelitatis procedere. Si cui placet, legat Auguſt. in 8. & 9. de ciu. Dei. ſuper uarios errores infidelium, circa naturam dæmonũ, quare etiam cõmunis ratio oĩm doctorum, quæ in præfata diſtinctione allegatur contra huiuſmodi errãtes, ſcilicet, quo maleficiũ aliquid eſſe negantes, magnæ eſt efficacię in ſententia, licet breuis ſit in uerbis, ubi dicunt ꝙ qui maleficium nihil eſſe in mun-

do aſſerunt,contrariantur omnium doctorum ſententiis, & ſacræ ſcripturę, declarantes dæmones eſſe, & dæmones habere poteſtatem ſupra corpora & ſupra imaginationes hominum, Deo permittente, unde & per eos malefici ipſorum dæmonum inſtrumenta, & ad quorum inſtantiam dæmones interdum ad creaturam nocumenta operantur, malefici dicuntur. Et quidem quod per reprobationem huius primi erroris a doctoribus non fit mentio de matrimonialiter coniunctis, tamen per reprobationem ſecundi erroris hoc patet. Dicunt enim quod aliorum error erat quod licet maleficium eſſet & abundaret in mundo, etiam contra carnalem copulam, tamen quia nullum tale maleficium poteſt cenſeri perpetuum, ideo nunquam dirimeret matrimoniū iam contractum. Ecce ꝙ mentio fit de matrimonialiter coniunctis. Improbando autem hunc errorem, licet declarare hoc nō deſeruiat ad propoſitum, tamen propter eos qui copiam librorum non habent. Notandū ꝙ improbant per hoc, ꝙ talia aſſerere dicunt eſſe contra experimentū, & contra iura antiqua & noua. Vnde dant talem catholici doctores diſtinctionem, ꝙ impotentia ex maleficio procreata, aut eſt temporalis, aut perpetua. Si temporalis, tunc non impedit. Tunc aūt præſumitur eſſe temporalis, quando infra ſpacium trium annorum cohabitantes & quantū poſſunt operam dantes, ſiue per eccleſiaſtica ſacramenta, ſiue per alia remedia ſanari poſſunt. Si uero non ſanentur aliquo remedio, ex tunc præſumitur eſſe perpetua, & tūc aut procedit matrimonii contractionem & conſummationem, & ſic impedit matrimonium contrahere, dum & dirimit iam contractum, aut ſequitur matrimonii contractionem, ſed non conſummationem & ſic etiam ut dicunt aliqui, dirimit matrimoniū iam contractum, dicitur enim quarta quæſtio prima, cap. primo. quod coniugium confirmatur officio, ſcilicet, carnis, ut dicit glo. aut ſequitur matrimoniū conſummatum, & tunc uinculum matrimoniale non dirimit, plura ibi notantur extra de frigidis, &c. per Hoſtien. & Goffred. & doctores

etiam theologos ubi ſupra. AD ARGVMENTA. Ad primũ ſatis patet ex his quæ dicta ſunt. Nã primo ꝙ Dei opęra poſſunt deſtrui per opera diaboli ſi maleficiũ poſſet inter coniugatos contingere, non ualet inſtantia, immo oppoſitum patet, cũ nihil poſſit diabolns niſi Deo permittente. Item quia non per uiolentiam deſtruit uti tyrãnus, ſed per quandam artem extrinſecam, ut ſupra patuit. Ad ſecundum patuit ſupra quare potius Deus permittit ſuper hunc actum uenereum quam ſuper alios actus. Poteſt etiam ſuper alios, quãdo Deus permittit. Vnde non ualet quod perimat mũdum. Ad terriũ ſimiliter patet ex dictis.

AN MALEFICAE PRAESTIGIOSA illuſione operantur circa membra uirilia quaſi illa omnino ſint a corporibus euulſa.

QVAESTIO NONA.

Tertio, eadẽ veritas declaratur per diabolicas operationes, circa mẽbrũ uirile, cuius rei veritas vt magis eluceſcent, quęrit, An maleficę ualeant membra vlrilia virtute dæmonũ vere & realiter, vel ſolummodo præſtigioſa apparitione auferre, & arguit quod uerè & realiter per argumentum a fortiori maiora poſſunt dæmones homines occidere, uel localiter tranſferre, ut ſupra patuit de Iob, & Thobiæ. 7. uiris occiſis, ergo ẽt poſſunt mẽbra hominis uerè & realiter auferre, Præterea gloſa ſup illud pſal. Immiſſiones per angelos malos, Deus punit per malos angelos, ſicut populum Iſraeliticũ ſæpe puniuit uariis lãguoribus, uerè & realiter corporib. immiſſis, ergo & huiuſmodi infirmitates circa mẽbrũ tale immittere poteſt. Si dicatur ꝙ poteſt diuina permiſſione, tunc ſic in præcedẽtibus dictũ eſt, ꝙ Deus amplius permittit uim generatiuam maleficiari, propter primã corruptionem peccati, quæ per actum generantẽ in nos deuenit, er-

go etiam amplius permittit ſuper mēbrum illius potētiæ generatiuæ,ut ipsū totaliter auferat.Præterea maior fuit conuerſio uxoris Loth in ſtatuam ſalis.Gen.19.quàm au ferre membrū uirile, ſed illa fuit uera,& realis & non apparens conuerſio.quia adhuc uiſibiliter,ut dicitur,ſupeſt illa ſtatua.Et factum fuit per malum angelum ut coacti a bonis qui prius cæcitate eos percuſſerāt,ut oſtium domus inuenire non poſſent,ſicut etiā aliæ punitiones gomoreo rum , quia & gloſa ibidem aſſerit ipſam etiam illo uitio infectam,ergo,& iſta facere poſſunt.Præterea quicunque poteſt inducere formā naturalē,poteſt & illā auferre.Sed dæmones formas naturales pluries induxerunt , ut patet de magis Pharaonis,qui uirtute dęmonū ranas & ſerpen tes fecerunt,Item Auguſti.in lib.83.q.dicit,ꝙ omnia quæ uiſibiliter fiunt etiam per inferiores poteſtates aeris.Hæc non abſurdi fieri poſſe credun tur,ſed hoc poſſunt facere homines,ut aliqua arte uel inciſione membrū auferatur, ergo & dæmones iſta facere inuiſibiliter ꝙ alii uiſibiliter poſſunt,ſed contra Auguſti.18.de ci.dei. Non eſt credendum etiā hominis corpus dæmonū arte uel poteſtate in beſtiali liniamenta poſſe conuerti,ergo etiam a ſimili nō poteſt auferre hoc ꝙ ad ueritatem corporis humani dele ruit.Item.3.de tri.dicit.Non eſt putandum iſtis tranſgreſ ſoribus angelis ad nutum ſeruire hanc uiſibilium rerum materiā,ſed ſoli Deo.RESPONSIO. Nulli dubium quin maleficæ quædā mira operātur circa mēbra uirilia, ut ex uiſis & auditis plurimorū , immo & ex ipſa publica fama cōſtat,de hoc ꝙ per ſenſum uiſus aut tactus ueritas illius membri cognoſcebatur ꝙ qualiter fieri poteſt.Dicēdum ꝙ licet dupliciter fieri poſſit,ſcilicet,uerè & realiter ut ar gumenta prima tetigerunt,& præſtigioſa operatione , ea tamen quæ a maleficis fiunt,circa huiuſmodi nō fiūt,niſi præſtigioſa illuſione,quæ tamen illuſio nō habet locum in imaginatione patientis, quia imaginatio eius poteſt uerè & realiter ęſtimare aliquā rem non eſſe præſentem, licet per nullam operationē ſenſus exterioris,ſcilicet,uiſum,aut tactum percipit eſſe præſentem.Vnde poteſt dici

uera ablatio mēbri ex parte imaginationis patiētis, licet non ex parte rei ꝙ qualiter fit,ſunt plura notanda,Primo duo modi quibus iſta fieri poſſunt.Non mirum ꝙ diabolus ſenſus humanos exteriores decipere pōt,qui interiores,de quibus ſupra tactum eſt illudere,poteſt formas reſeruatas educēdo ad principalia ſua ſenſitiua,decipit aūt eos in ſua naturali operatione,ut ꝙ uiſibile eſt fit illi inuiſibile,tangibile, intangibile, audibile, inaudibile, & ſic de aliis.Hæc aūt ueritas illa nihil ponit ex parte rei quod omnia fiunt ex immutatione organorum deſtruentiū,ad uiſum auditum &c.ut ſunt oculi & manus quibus immutatis iam fallitur ſenſus iudicium.Poſſumus iſta ex naturalibus quibuſdam demonſtrare,nam ſicut uinū dulce propter infectionem linguæ in febricitāte uidetur amarū, unde guſtus decipitur non ex parte rei,ſed ex parte humorum.Ita & ibi nulla deceptio ex parte rei quin ibi ſit uirga adhęrens, ſed deceptio ex parte organi ſenſus. Iterum ſicut ſupra dictum eſt de ui generatiua illam impediendo per impoſitionē alicuius alterius corporis eiuſdē coloris & apparentię,ita & aliquod corpus planū figuratū colore carneo interponere poſſunt inter uiſum aut tactū oculorum & manū,& inter ipſum uerum corpus patientis, ita ꝙ ſuo iudicio nihil ualeat uidere & ſentire niſi corpus planum, & nullo membro interruptum. Videantur dicta ſancti Thomæ in.2.diſt..8.artic.5. de præſtigioſis illuſionibus, & ſimiliter ſecunda ſecundæ. q.91.& in quæſtionibus,de malo,frequenter allegans illud Auguſtin. in lib. 83 q.ſerpit hoc malum dæmonis per oēs additus ſenſuale dat ſe figuris, accommodat ſe coloribus,adhæret ſonis, odoribus ſe ſubiicit,infundit ſe ſaporibus.Præterea alludit ratio,ꝙ non ſolum per interpoſitionē alicuius corporis plani non membrato talis illuſio præſtigioſa inuidente & tangente fiat,immo & per modum quo certi ſpiritus ſeu ſpecies reſeruati educūtur ad ſua principia ſenſitiua interiora.ſ.ad imaginationē & fantaſiam, unde contingit aliquid imaginari,ac ſi primo eliciatur ex ſenſu interior.Nam ut in pręcedenti quæſtione tactum eſt. Dæ-

mones uirtute propria poſſunt localiter corpora mutare ex tranſmutatione aūt ſpirituū & humorū, etiam ſecundū naturę operationē contingunt, aliqua ſecundū imaginationē uel ſenſum uideri naturaliter dico, quia & Philoſophus in de ſom.& uigil. asſignans cauſam apparationis ſomniorū dicit, q̃ cū animal dormierit deſcendente plurimo ſanguine ad principiū ſenſitiuū, ſimul deſcendunt motus ſiue impresſiones relictę ex ſenſibiliū motionib. quæ in ſpiritibus ſenſibilibus conſeruantur. Termini fuerunt ſuperius declarati,ita q̃ tunc aliqua appareant, ac ſi tunc primo a rebus exterioribus ſenſus immutarentur. Et q̃a hoc natura facere poteſt, a fortiori diabolus formas ſeu ſpecies corporis plani, & non membro uirili organizato educere poteſt ad uim fantaſticā,& imaginatiuā,ut inde ſenſus iudicent,ac ſi in rerum ueritate ita eſſet. Per hunc etiam modum ut patebit inferius homine, uidetur animalia,cum tamen non ſint in rerum ueritate.

SECVNDO notandi ſunt alij modi faciliores ad intelligendum & prædicandū. Nam quia præſtigium nihil aliud eſt ſecundum Iſido.8.Ethimo.ca.9.quam ſenſuum quædam deluſio & pręſertim oculorum.Vnde & dicitur a præſtringo,quia aciem oculorum præſtringit, ita ut res uideantur aliter eſſe quàm ſint. Et ut Alexander de Ales dicit,parte 2.Præſtigium propriè ſumptū, eſt illuſio dæmonis quæ non habet cauſam ex parte mutationis rei, ſed ſolummodo ex parte cognoſcentis qui deluditur,ſiue quantū ad interiores ſenſus, ſiue quantum ad exteriores. Vnde in genere loquendo etiam de humana præſtigioſa arte dicamus.Tribus modis poteſt fieri. Vna abſq; dæmonibus,& illa potius dicitur deluſio, quia artificialiter fit agitatione hoīm oſtendētium uel occultantium aliquas res.ſicut fit in tractionib.per ioculatores.uel per mimos. Alius modus fit etiam ſine uirtute dæmonum, utpote naturaliter uirtute corporum naturalium, uel etiam mineralium.quæ qui habent,poſſunt ſecundum quandam uirtutem huiuſmodi rebus inditam rem oſtendere, uel facere apparere nō ſicut eſt,Vnde Tho.prima par.q.114.ar.4.

& ſecundum alios plures, quædam herba ſuccēſa, ſeu accē ſa, fumigans, facit trabes apparere ſerpentes. Tertius modus deluſionis eſt, qui fit per dæmones, Deo tamen permittente. Habent. n. dæmones ex natura, ut patuit, quādā poteſtatem ſuper quaſdam res inferiores, quas poſſunt exercere circa illas, quando Deus ſinit, ut tunc etiam res appareant aliter q̃ ſint. Pro quo notandū tertio, ꝙ dæmō poteſt quinq; modis illudere aliquem, ꝙ iudicat rem aliter q̃ eſt. Primo artificiali traiectione, ut dictum eſt, quia quicquid homo ſcit, per artem ipſe melius ſcire poteſt. Secundo modo naturali applicatione alicuius rei, prout dictum eſt, per interpoſitionem alicuius corporis, ut alterū occultetur, uel etiam ex fantaſiis hominum illas perturbando. Tertio modo, ut quādo in aſſumpto corpore oſtēdit ſe eſſe aliquam rem quę non eſt, ſicut Grego. in primo dialog. narrat, de moniali quæ comedit lactucam, quæ tamen ut ipſe dæmon faſſus fuerat, non lactuca, ſed dæmō in lactucæ ſpecie, aut in iſta lactuca erat, uel etiā contigit Antonio, in maſſa auri, quam in deſerto reperit, uel etiā quando hominem uerū tegit, & facit ut brutum animal uideatur, prout iam dicetur. Quarto modo, ut quādo turbat organū uiſus, ut uideatur res nubiloſa quæ eſt clara, uel econuerſo, ut uetula uideatur iuuencula. Nam & poſt fletum apparet aliter lumen q̃ ante. Quinto modo, ut in imaginatiuam potentiam operando, & tranſmutationē ſpecierum ſenſibilium, per commotionem humorum, ut ſupra tactum eſt, faciendo, ut tunc quaſi recētes, & nouæ apparitiones in ipſis potentijs ſenſitiuis cauſentur. Et ſic tribus ultimis modis, dæmon illudere poteſt, præſtigioſa arte ſenſus hominis, etiam ſecundo modo. Vnde nulla difficultas quin membrum uirile occultare præſtigioſa arte uelit. Euidens iudicium ſiue experimētum, quod nobis in officio inquiſitionis exiſtentibus reuelatum fuit, infra ponetur, ubi de his & alijs factis plura recitantur in ſecunda parte tractatus.

Quomo-

Quomodo maleficium a defectu naturali poteſt diſcerni.

INcidentalis quæſtio, cum certis aliis difficultatibus, quod ſequitur. Petro ablatum eſt membrnm, ignorat autem an per maleficium, ſeu alias diuina permiſſione, per dęmonis potentiam ſit ablatum? ſunt ne modi cognoſcendi, & diſcernendi inter iſta? RESPONDERI poteſt quòd ſic. Primo quod tales quis accedunt ut plurimum ſunt adulteri, ſeu alias fornicarij. Vnde dum amaſijs non ad mutum ſeruiunt, ſeu eas relinquere uolunt aliis adhærendo, tunc in uindictam talia procurant, aut alias potentiam illius membri amputant. Secundo, cognoſcitur per hoc quòd non eſt durabile. Nam ſi non ſit ex maleficio, tunc non eſt durabile, ſed quandoque redibit. SED hic iterum ſuboritur dubitatio, an hoc ſit ex natura maleficii quòd non ſit durabile. RESPONDETVR, quòd poteſt eſſe perpetuum & durare uſque ad mortem, ſicut etiam de impedimento maleficiali in matrimonio. Iudicant canoniſtæ & Theologi quod reperitur temporale perpetuum. Nam dicit Gofre. in ſumma. Maleficium non poteſt ſolui ſemper per illum qui fecit, uel quia eſt mortuus, uel quia neſcit delere ipſum, uel quia maleficiũ eſt ꝑditũ. Vnde a ſimili dicere poſſumus, ꝙ maleficium Petro illatũ erit perpetuũ, uel quia illa malefica quæ fecit non poteſt eũ ſanare. Sunt enim maleficę in triplici genere. Nã quædam ſanant & lædunt, quædam lædũt, ſed ſanari nequeũt. Quędam tantummodo ſanare uidentur, id eſt, læſiones amouere, ut inferius patebit. Sic enim nobis contigit. Nam duæ maleficæ mutuo rixãtes, dum una alteri improperaret, una dixit; Non ſum tam peſſima ſicut tu, quia quos lædo ſanare ſcio. Vel etiã durabit ubi ante eius ſanationẽ malefica diſcederet, uel locũ mutando, uel ab hac uita diſcedẽdo. Nam & S. Thom. dicit: Maleficiũ quodlibet ita poteſt eſſe perpetuũ quod non poteſt habere humanũ remediũ, quia & ſi habet re-

medium non eſt tamen hoc homini notum, uel licitum licet Deus poſſit præſtare remediū per ſanctum angelum dæmonē, licet non maleficā cogendo. Veruntamen ſummum remediū contra maleficiū eſt pœnitentiæ ſacramētum, extra de frigid. Nam & infirmitas corporalis ſæpe prouenit ex peccato, extra de pœni. cum infirmitas qualiter etiam maleficia ſint auferenda, patebit in tertia parte tractatus, & in ſecunda parte, capitulo 6. tres aliæ differentiæ tanguntur.

Solutiones argumentorum.

Patet ad primum quod nulli dubium quin ſicut Deo permittente occidere poſſunt homines, ita ut membrum illud ſeu alia auferre poſſunt uere & realiter. Sed tunc dæmones non operantur per maleficas; de quibus iam mentio habetur. Et per hæc etiam ad ſecundum patet ſolutio. Sed ad illud quòd quia Deus amplius permittit uim generatiuam maleficiare propter &c. ergo etiam permittitur ut illud membrum uere & realiter auferatur. Non ualet ut ſemper hoc fiat. Quia non eſſet per modum maleficii huius fieri, nec etiam maleficæ hoc affectant, dum talia operantur, quod non habeant poteſtatem reſtituendi membrum quando uolunt & ſciūt. Ex quo patet quòd non uere ſed præſtigioſa arte auferetur. Ad tertium de conuerſione uxoris Loth dicimus, uera fuit & non præſtigioſa arte, nunc autem loquimur de arte præſtigioſa. Ad quartum quod dæmones poſſunt inducere aliquas formas ſubſtantiales, ergo etiam auferre. Dicitur quantum ad magos Pharaonis quod fecerunt ueros ſerpentes, & poſſunt dæmones circa aliquas imperfectas creaturas adminiculo alicuius alterius agentis aliquos effectus producere, quia non poſſunt circa homines, de quibus Deo magis eſt cura, iuxta illud: Nunquid Deo cura eſt de bobus. Poſſunt tamen ſem

per

per ut dictum eſt, Deo permittente, hominibus etiam nocere uere & realiter, aut etiam pręſtigioſa arte, & per hęc etiam patet ſolutio ad ultimum argumentum.

AN MALEFICAE OPERANTVR circa homines, in beſtiales formas præſtigioſa arte illos tranſmutando.

QVAESTIO DECIMA.

QVARTO ipſa ueritas declaratur, ubi etiam homines trãsformant in beſtias, quod quãliter fiat arguitur ꝙ nõ ſit poſſibile hoc fieri. 26. q. 5. Epi. ex Concilio Acquirẽſi. Quiſquis credit poſſe fieri aliquã creaturã, aut in melius, aut deterius immutari aut trãsformari in aliã ſpeciem, uel in aliam ſimilitudinẽ, niſi ab ipſo creatore, qui omnia fecit, & per quẽ omnia facta sũt, proculdubio infidelis eſt, & pagano deterior, & utamur argumentis S. Thomæ in 2. ſent. diſt. 8. An dæmones poſſint imprimere in ſenſus corporales, præſtigijs deludendo. Vbi primo arguitur ꝙ non. Nam illa forma beſtiæ quæ uidetur, oportet ꝙ ſit alicubi, ſed non poteſt eſſe tactũ in ſenſu, qa ſenſus nõ habet aliquã ſpeciem, niſi a rebus acceptam, & ibi nõ eſt uera beſtia, per auctoritatẽ can. allegatam, nec iterum poteſt eſſe in re quę uidetur, ſicut quod mulier uideatur beſtia, quæ duæ formæ ſubſtãtiales nõ poſſunt eſſe in eodem ſimul & ſemel, ergo cum illa forma beſtiæ quæ uidetur nullibi poſſit eſſe, ideo nulla præſtigioſa illuſio in oculo uidentis fieri poteſt, cum uiſio per aliquam formã neceſſario habeat terminari. Præterea ſi dicatur ꝙ forma illa ſit in aere circũſtãte, hoc nõ poteſt eſſe, tum quia aer nõ eſt ſuſceptiuus alicuius formæ ſeu figuræ, tum etiam quia non ſemper unus & idem aer circa illã perſonã propter flexibilitatẽ manere poteſt, præcipue quando mouetur, tum etiam quia ſic uideretur ab omnibus talis tranſ

formatio, quod tamē non ſit, quia dęmones non uidētur ad minus ſanctorum uirorum uiſiones decipere. Præterea ſen ſus, uiſus, ſeu potētia uiſiuæ eſt potentia paſſiua, ſed omne paſſiuū mouetur ab actiuo ſibi proportionato, actiuum aūt proportionatum ſenſui eſt duplex. Vnum quaſi originans actum, ſcilicet, obiectum. Aliud aūt quaſi deferens ſicut medium, ſed forma illa quæ uidetur nō poteſt eſſe obiectum ſenſus, neque etiā medium quaſi deferens. De primo, ſcilicet, quod nō poteſt eſſe obiectū, quia a nul la re ſumi poteſt ut in præcedenti argumento tactū eſt, cum non ſit in ſenſu a re accepta, nec in ipſa re, nec etiam in ipſo aere quaſi in medio differente, ut prius tactū eſt, in tertio argumēto. Præterea ſi dęmon mouet uím cognitiuam interiorem, aut hoc facit ſe obiiciendo uirtuti cognitiuæ, aut hoc facit immutando ipſam, non aūt hoc facit ſe ei obiiciēdo, quia oporteret ꝙ uel aſſumere corpus & ſic non poſſet interius ingredi ad organum imaginationis cū duo corpora nō ſint ſimiliter in eodē loco, neque in aſſumendo fantaſma, quod etiam eſſe nō poteſt, quia fantaſma non eſt ſine quantitate. Similiter etiam non poteſt hoc facere immutando; quia aut immutaret alterando, quod uidetur non poſſe facere, quia omnis alteratio fit per qualitates actiuas, quibus dęmones carent, aut immutaret tranſmutando ſiue localiter mouendo, quod uidetur eſſe inconueniens duabus rationibus. Primo quidē quia tranſmutatio organi nō poſſet fieri ſine ſenſu doloris. Secundo, quia ſecundū hoc dæmon non oſtēderet huiuſmodi niſi nota, cum tamen Auguſ. dicit quod oſtendit huiuſmodi formas & notas & ignotas. Ergo uidetur ꝙ dæmones nullo modo poſſunt imaginatione uel ſenſum hominis decipere. SED CONTRA Aug 18. de ci. Dei dicit, ꝙ trāſmutationes hominū in animalia bruta, quæ dicūtur arte dæmonū, factæ non fuerunt ſecundū ueritatē, ſed ſolū ſecūdum apparentiam. Hoc aūt fieri non poſſet ſi dæmones humanos ſenſus trāſmutare non poſſent. Præterea alludit & auctoritas Auguſt. in lib. 83. q. quæ etiam prius allegata fuit, ſerpit hoc malum dæmonis per omnes

additus ſenſuales,&c. RESPONSIO, ſi lector uoluerit ſuper modũ tranſmutandi inſpicere,inueniet in 2.par. operis.c.6.uarios modos.Ad pręſens tantummodo ſcholaſticè procedendo,dicamus trium doctorum ſententias concordantes in eo quod diabolus poteſt fantaſiam hominis decipere,ut homo uerè animal uideatur, inter quas etiã ultima ſubtilior cæteris quæ S.Tho.eſt & prima eſt domini Antonini. 1.par.ſum.ti.5.c.5. §. declarantis quod diabolus fantaſiam hominis ad decipiendũ quandoq; operatur.& præcipuè circa illuſionem ſenſuum,& declarat naturali ratione canonis auctoritate,& experimentorũ multiplicitate . Primum . Corpora naturaliter ſubduntur & obediũt naturæ angelicæ quantũ ad motum localem. Angeli autẽ mali etiam ſi amiſerunt gratiam, non tamẽ uirtutem naturalem,ut ſępius ſupra tactum eſt. Cum autem potẽtia fantaſtica, ſiue imaginatiua ſit corporalis,id eſt, affixa organo corporeo,naturaliter ſubditur etiam malis ut poſſint eam tranſmutare, cauſando uarias fantaſias ex deſcenſione humorum,& ſpirituum, ad principium ſenſitiuum procurata ab eis. Hæc ille,& ſubdit . Patet & ex hoc canone.26.q.5.epiſt.Illud nõ eſt omittendum, quod quędã ſceleratæ mulieres poſt Sathan retroconuerſæ, dæmonũ illuſionibus & fantaſmatibus ſeductæ,credunt ſe & profitentur cum Diana horis nocturnis Dea paganorũ, uel cũ Herodiade, & cũ innumera mulierũ multitudine equitare,ſuper quaſdã beſtias,& multa terrarum ſpacia, intẽpeſte noctis ſilentio per trãſire & infra. Qua propter ſacerdotes prędicare debẽt populo Dei, ut nouerint omnino hæc falſa eſſe,& non a diuino,ſed a maligno ſpiritu talia fantaſmata mentibus fidelium interrogari, ſiquidẽ ipſę Sathanas transformat ſe in diuerſarũ perſonarũ ſpecies atq; ſimilitudines,& mentem quam captiuam tenet in ſomnis deludendo per deuia quæque deducit.Et quidẽ intellectus huius canonis in prima quæſtione tactus eſt, quo ad quatuor quę prædicanda ſunt.Sed quod non ualeant etiam uehi,ubi hoc affectant,& non impediũtur diuina uirtute,ſic non eſſe uerus intellectus , quia ſepiſſimè

homi-

homines inuiti & non malefici per multa terrarum ſpacia corporaliter transferantur. Sed quia utroque modo poteſt fieri, ſequitur in præfata ſum. & in cap. nec mirum ea. q. Auguſtinus narrat quod in libris gentilium legitur de quadam maga dicta Circes, quæ ſocios Vlyxis muta uerat in beſtias, quod magicis prçſtigiis potius fingebatur, quàm in rerum ueritate compleretur alterando fantaſias hominum, ut patet hoc etiam per plura exempla. LEGITVR enim in uita patrum quòd quædam iuuencula qui aſſentire noluit cuidam iuueni de turpitudine eam ſollicitanti, ipſe iuuenis turbatus ex hoc a quodam Iudæo procurauit maleficium fieri contra illã, quo peracto mulier conuerſa eſt in equam, quæ conuerſio nõ fuit ſecundum rei ueritatem, ſed ſecundum ludificationem dæmonis immutãtis fantaſiam, & ſenſum ipſius mulieris, & aſpicientium eam, ut uideretur equa, quæ erat uera mulier. Vnde ducta ad beatum Macharium, non potuit diabolus ita operari quod illuderet ſenſus eius, ſicut aliorum, propter ſuam ſanctitatem, nam ſibi uidebatur mulier uera, non equa, cuius tandem oratione liberata eſt ab illa illuſione, dicens hoc ſibi accidiſſe, quia non uacabat diuinis, nec frequentabat ſacramenta ut dicebat, ideo diabolus poteſtatem habuerat ſuper eam etſi alias eſſet honeſta. Poteſt igitur diabolus per commotionem interiorum ſpirituum, & humorum, operari ad immutandum actum, & potentiam nutritiuè, ſenſitiuè & appetitiuè, & cuiuſcunque potentiæ corporalis organo utentis, ſecundum B. Thom. prima parte quæſtio. 91. Sicut credi poteſt fugiſſe geſtum ſuper Symonem magum, in incantationibus ſuis, quæ de eo narrantur. Sed nihil horum poteſt diabolus facere, niſi Deo permittente, qui cum angelis ſuis bonis frequenter reprimit malitiam eius, decipere nos, & nocere quærentis. Vnde dicit Auguſt. loquens de maleficis. Hi ſunt qui permiſſu DEI elementa concutiunt, hominũ mentes perturbant minus confidentiũ in Deo. 26. q. 5. nec mirũ. Horũ etiam operatione per maleficã artem fit, quando ut vir non poſſit ui

dere uxorē,& ecōuerſo,& hoc per immutationem fanta ſiæ,repræſentādo ei talem, ut rem odibilem,& horribilē. Ipſe etiam diabolus uigilantibus,& dormientibus ſuggerit,repræſentationes turpium fantaſiæ ad decipiēdū & in ducendum ad malum.Verum quia peccatū non conſiſtit in imaginatione,ſed in uoluntate, ideo ex huiuſmodi fan taſiis per diabolum ſuggeſtis,& alterationibus uariis ho mo non peccat niſi uolūtate propria peccato aſſentiat.Se cunda ſentētia ad idem modernorum doctorū declarātes primo quid ſit præſtigiū,& quot modis dęmon poteſt hu iuſmodi illuſiones cauſare. Hic nota ꝙ Anto.allegat ea quæ in pręc.q.9.tacta ſunt,unde nō eſt opus ea renouare. Tertia ſententia eſt S.Th.& eſt reſpōſum ſuper argumen tum quo quæritur ubi ſit illa forma beſtiæ quæ uidetur, aut in ſenſu,aut in re, aut in aere circūſtante, & eſt talis, ꝙ illa forma beſtiæ,quę uidetur,nō eſt niſi in ſēſu primo interiori, & per fortem imaginationē reſultat in ſenſum exteriorē quodāmodo,& ꝙ ibi ſit,poteſt per dæmonis operationem cōtingere dupliciter.Vno mō ut ſpecies animaliū dicamus quæ ſunt in theſauro imaginationis reſer uare fluant operatione dæmonū ad organa ſenſuū interiorum,ſic etiā in ſomnio cōtingit,prout ſupra declaratū eſt,& ideo quando illæ ſpecies contingūt organa ſenſus exterioris, puta uiſus uiderētur ac ſi eſſent res pręſentes, extra & actu ſentirentur. Alius modus poteſt eſſe ex immutatione organorum interiorum,quibus mutatis fallitur ſenſus iudicium, ſicut patet in eo qui habet guſtū cor ruptum cui omnia dulcia videntur amara,& parum differt a primo. Hoc autem facere poſſunt etiam homines virtute quarundam rerū naturalium,ſicut ad vaporationem cuiuſdam fumi trabes domus uidentur ſerpentes, & multa experimenta huius inueniū- tur, ut ſu- pra tactum eſt.

Solutiones argumentorum.

AD argumenta patet ad primum, quod textus ille ſæpe allegatur, & malè intelligitur. Nam quo ad hoc quod loquitur de transformatione in aliam ſpeciem uel ſimilitudinem, declaratum eſt qualiter hoc fieri poteſt præſtigioſa arte. Sed quo ad hoc quod dicit, ꝙ non poſſit fieri aliqua creatura uirtute dæmonis, ſi capitur fieri procreari, manifeſtum eſt, quod ſi uero non capitur fieri pro naturali productione, ſic certum eſt quod non poſſunt facere aliquas creaturas imperfectas, quod qualiter ſit, declarat ſanctus Thomas ubi ſupra. Nam dicit quod omnes transmutationes corporalium rerum, quæ poſſunt fieri per aliquas uirtutes naturales ad quas pertinent ſemina, quę in elementis huius mũdi inueniuntur, puta in terra, uel aquis, ſicut relinquunt ſua ſemina ſerpentes & ranæ, & his ſimilia poſſunt fieri per operationes dæmonum, huiuſmodi ſeminibus adhibitis, ſicut cum aliqua res transmutatur in ſerpentes, uel ranas, quæ per putrefactionem generari poſſunt. Ille uero transmutationes corporalium rerum, quæ non poſſunt uirtute naturæ fieri, nullo modo operatione dæmonũ ſecũdũ rei ueritatem perfici poſſunt, ſicut quod corpus humanũ mutetur in corpus beſtiæ, aut quod corpus mortui reuiuiſcat, quod ſi fieri uideatur, apparentia eſt præſtigioſa, aut diabolus in aſſumpto corpore ſe agitat coram hominibus, fortificantur iſta. Nam Albertus in lib. de animalibus ubi quærit. An dæmones ſeu etiam dicamus malefici poſſint, facere uerè animalia. Reſpondit quod ſic, Deo permittẽte & hoc quo ad imperfecta animalia, ſed non poſſunt in inſtanti, ſicut Deus facere, ſed motu quodam, licet ſubito ſicut patet de maleficis. Exod. 7. ſuper iſta. Vocauit Pharao ſapientes, dicit. Dæmones diſcurrunt per mundũ, & colligunt diuerſa ſemina, & eorum adaptione poſſunt prorũpere diuerſas ſpecies. Et glo. ibidem ſic dicit. Dum per incantationem dęmonũ malefici aliquid efficere conantur,

d.ſcur-

diſcurrunt per mundum, & ſemina ſubito eorum, de quibus hoc agitant, afferunt, & ſic ex illis permittente DEO, nouas ſpecies producũt. Hæc etiã ſuperius tacta ſunt. AT ubi ſi difficultas ſuborietur, An talia facta dæmonum eſſent opera miraculoſa dicenda. RESPONSIO patuit ex præcedentibus, ꝙ etiam dęmones aliqua uera miracula facere poſſunt, ad quæ uirtus naturę particularis ſe extendere põt. Et licet talia ſint uera, non tamẽ ad ueri cognitionẽ ab eo fiunt, ſecũdum quẽ ſenſum opera antichriſti poſſunt dici ſigna mẽdacia, quia ad ſeductionẽ hominũ fiũt. Patet & ſolutio ad aliud argumentum, de ſubiecto formę dicamus beſtię formæ quæ uidetur, nõ eſt in aere, nec in ipſa re, ut patuit, ſed in ipſo ſenſu, prout ex ſententia ſancti Tho. ut ſuperius declaratum eſt. Ad illud quod omne paſſiuum mouetur ab actiuo ſibi proportionato conceditur. Et quando ſubinfertur quod forma illa quæ uidetur non poteſt eſſe obiectum originãs actum, ſeu eliciens, eo quod a nulla reſumatur. Dicitur ꝙ imo a re quia a ſpecie ſenſibili in imaginatione reſeruata quã educere poteſt, & imaginationi ſeu etiam ſenſitiuæ potentiæ offerre põt, vt dictum eſt ſupra. Ad ultimum dicendum ꝙ dæmon nõ immutat potentiã ſenſitiuam & imaginatiuam ſe ei obiiciendo, vt oſtenſum eſt, ſed eam tranſmutando non quidem alterando, niſi quantum ad motum localẽ, quia nõ poteſt de ſe imprimere nouas ſpecies, ut dictum eſt, immutat aũt tranſmutãdo .i. localiter mouendo, & hoc iterum facit non ſubſtantiã organi diuidendo, ut ſic conſequetur ſenſus doloris, ſed mouendo ſpiritus & humores, quod autẽ ulterius obiicitur, quod ſequeretur quod ſecundum hoc dæmon non poſſit aliquid noui homini demõſtrare ſecundũ imaginatiuã uiſionem. Dicendum eſt quod nouum aliquod poteſt intelligi dupliciter. Vno modo totaliter nouum, & ſecundum ſe, & ſecundũ ſua principia, & ſecundnm hoc dæmon nõ poteſt aliquid nouũ homini ſecundũ uiſionẽ imaginariã demõſtrare. nõ enim poteſt facere ꝙ cęcus natus imaginetur colores, uel ꝙ ſurdus natus imaginetur ſonos. Alio modo dicitur aliquid nouũ,

ſecundum

ſecũdum ſpeciem totius, puta ſi dicamus eſſe nouũ in imaginatione, ꝙ aliquis imaginetur montes aureos quos nũquã uidit, quia tamen uidit & aurũ. & montem poteſt naturali motu imaginari, ſantaſmata autem montis, & hoc modo poteſt dæmon aliquid noui imaginationi offerre.

Quid de lupis interdum homines & pueros, ex cunabulis rapientes & comedentes ſentiendum ſit, an etiam præſtigioſa arte per maleficas.

INcidentalis quæſtio de lupis interdum homines & pueros è domibus rapientes & comedentes, & cum magna aſtutia diſcurrentes, ita ut neque aliqua arte aut potentia lædi aut capi ualeant. DICENDVM eſt quod hoc interdum habet naturalem cauſam, interdũ uero præſtigioſam artẽ, dũ per maleficas cõtingunt. De primo Albertus de animalibus dicit, ꝙ ex quinq; cauſis prouenire poteſt. Aliquãdo propter famis argumentũ, ſicut & cerui aliquãdo & alię beſtię hominib. appropinquãt. Aliquãdo propter ferocitatem uiriũ, & hoc in regionibus frigidis, & etiam quãdo habent catulos. Sed quia de his nihil ad propoſitũ dicimus, ꝙ dæmonũ illuſione fiunt, quando Deus propter peccata punit aliquẽ populũ, iuxta illud Leu 16. Si non feceritis mandata mea, mittam in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecora veſtra, & Deu. 32. Dentes beſtiarum immittam in eos cum furore, &c. Per quem autem modum. An ſint veri lupi, vel dæmones in formis ſic apparentibus, dicitur quod ſunt veri lupi, ſed obſidentur a dæmonibus, vel agitantur duplici modo. Vno modo abſque maleficorum operatione, ſicut quadraginta duobus pueris contingit, a duobus vrſis de ſilua exeuntibus quos iugulauerunt, propter irriſionem factam Heliſæo prophetæ, dicendo, aſcende calue, &c. Et de leone qui prophetam Dei iuſſum non implẽtem occidit. 3. Regum. 13. Et hiſtoria de Epiſcopo Viennenſi, qui lætanias minores inſti-

inſtituerat ante aſcenſionē Domini,eo quod lupi ciuitatem intrantes homines uocauerunt publicè. Alio modo etiam maleficorum illuſione.Sicut Guil.ubi ſupra narrat de quodam uiro,qui ſe conuerti putabat in lupum, certis temporibus quibus in antris latitabat. Illuc enim certo tempore iuit,& ſibi interim cum fixus maneret, uidebatur quod lupus ipſe factus, circumiret pueros deuorādo & cum illud realiter ſolum dæmon quendam lupum poſſidens faceret,putabat falſo ſe ſomnians circumire, & ſic tam diu dementatus fuit,quouſque inuentus eſt iacere in ſilua raptus.Delectatur in his dæmon,ut paganorum errorem qui homines & uetulas in beſtias mutari credebāt, inducat. Vnde diſcernitur quod ex ſingulari Dei promiſſione,& dæmonum opere talia eueniunt,& non ex naturali aliquo defectu quando nulla arte, aut potentia,lædi aut capi poſſunt ſicut etiam Vincen.in ſpecu.hiſto.lib.6. c.40.narrat,In Gallia,inquit,ante Chriſti incarnationē, & ante bellum Punicum,lupus uigiliæ, uagina gladium abſtulit.

QVOD OBSTETRICES MALEFICÆ conceptus in utero diuerſis modis interimunt, aborſum procurant, & ubi hoc non faciunt, dæmonibus natos infantes offerunt.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVINTO,ſexto, & ſeptimo,inſimul ueritas ſupra dicta probat̄ p̄ quatuor horrēdos actus,quos circa infantes in utero & ex utero matris exercere,quæ cū p̄ mulieres dæmones exercere hn̄t,& nō per uiros, ideo potius mulieres,q̄ uiros ſibi aſſociare ille homicidia ſatagit,& ſunt huiuſmodi opera. Nam cano-

niſtæ plus quàm theologi de maleficiali impedimēto trā ctantes, ubi ſupra. Dicunt quod maleficium ſit, nō ſolū ne quis actum carnalem exercere ualeat, de quo ſupra dictum eſt, ſed etiam fit, ne mulier concipiat, uel ſi concipit quod tunc aborſum faciat. Et additur tertius modus cum quarto, quod ubi aborſum nō procurāt, quod tūc infantem conſumunt, uel dæmoni offerunt. De primis duobus modis nō eſt dubium, cū per naturalia homo abſq; dæmonum auxilio, ut per herbas, uel alia impedimenta procurare poſſet quod mulier nō poſſet generare, uel cōcipere, ut ſupra tactum eſt. Sed de aliis duobus quod etiā a maleficis procurantur differendū eſt, nec opus eſt argumēta deducere vbi euidentisſima iudicia & experimenta hęc reddunt credibilius. Et de primo quod certæ maleficę cōtra humanę naturæ inclinationē, imo aduerſus oīm beſtiarū conditiones, lupina duntaxat ſpecies excepta, infantes deuorare, & comedere ſolent. EST inquiſitor Cumanus de quo ſupra mētio habita eſt, q hęc nobis retulit, qđ ea de cauſa ab incolis comitatus burbiæ uocatus ad inquiſitionem faciēdam, eo uidelicet, quod quidā cū puerum ex cunis amiſiſset, & explorando conuentionē mulierū nocturnō tempore uidiſset, & perpendiſſet infantem occidi, & liquore ebibito deuorare. Ideo, ut prius tactum eſt, vnico anno, qui & fuit annus proximè elapſus 40. & unā maleficam igni tradidit, certis aliis ad dominū Archiducē Auſtriæ Sigiſmundū fugam capientibus, adſunt pro cōfirmatione huius ſcripta quædā Ioā. Nyder in ſuo formicario, cuius utique & eorū quæ ſcripſit recēs memoria ſupereſt, unde non incredibilia ſicut apparent, exiſtunt, ſed ex hoc ꝙ maiora dāna in his oīb. obſtetrices maleficæ procurāt, prout maleficę pœnitentes nobis & aliis ſępius retulerūt dicentes. Nemo fidei catholicæ amplius nocet, q̄ obſtetrices, ubi.n. pueros non interimunt, tunc quaſi aliquid actu ræ foris extra cameram infantes deferunt, & ſurſum in aere eleuantes, dæmonibus offerunt. Modus aūt in huiuſmodi flagitiis qui obſeruatur, in ſecunda iam parte patebit, & cap. 7. quā & aggredi neceſſe eſt prius unicā duntaxat

xat deciſione quæſtionis de permiſſione diuina præmiſſa. Dictũ eſt.n.a principio, tria neceſſario ad maleficialẽ effectũ cõcurrere, Dęmonẽ cũ malefica & diuinã permiſſionẽ.

AN DEI PERMISSIO concurrat ad maleficia.

QVAESTIO DVODECIMA.

DEINDE conſiderandum eſt de ipſa ꝑmiſſione diuina, circa quam quatuor quæruntur. Primo an neceſſariũ ſit ipſam permiſſionem ad maleficialem effectum concurrere. Secundo quod Deus iuſtè permittit creaturam ex natura peccabilem, etiam actum maleficialem & alia horrenda flagitia perpetrare, aliis duabus permiſſionibus ſuppoſitis. Tertio quod maleficiorum flagitia, cuncta mala quæ Deus fieri permittit, excedunt. Quarto qualiter hæc materia ſit populo publicanda.

CIrca tertium principale huius primæ partis tangens diuinam permisſionem quæritur. An diuinam permisſionem in his operibus maleficorum commendare ita ſit catholicum quod eius oppoſitum, ſcilicet redarguere illam omnino ſit hæreticum. Et arguitur quod non ſit hæreticũ aſſerere quod Deus tantam poteſtatem non permittat diabolo in huiuſmodi maleficiis. refutare enim illa quę in contumeliam creatoris poſſunt credere, eſt catholicum & non hæreticum. Sed aſſerere quod diabolo non permittatur talis poteſtas nocendi hominibus eſt catholicum, probatur, quia oppoſitum aſſerere uidetur cedere in cõtumeliam creatoris. Nã ſequitur ꝙ non omnia ſint ſubiecta diuinæ prouidentiæ, eo ꝙ omnis ſapiẽs prouiſor excludit defectum, & malum, quantum poteſt ab his quorũ curã gerit. Cum autem ea quę per maleficia fiunt, ſi a Deo permittuntur, ab eo non excluduntur, & ſi ab eo non excluduntur, non erit ſapiens prouiſor ipſe Deus, &

ſic nō ſubſunt oīa ſuæ prouidentiæ,quod quia falſum eſt, ideo hoc falſum,ꝙ Deus permittat. Pręterea ille aliquid permittit fieri qđ poſſet impedire,ſi uellet,aut qđ nō pōt impedire ēt ſi uellet ſed neutrum illorū Deo pōt cōueni re.Nā primū,quia talis iudicatur inuidus,non ſecundū q̄a talis iudicatur impotens.Tūc quæritur incidētaliter,hoc maleficium Petro accidit,& Deus potuit impedire, & nō fecit,ergo Deus eſt inuidus,ſeu nō hēt curā de oībus. Si uero nō potuit impedire ēt ſi uellet,tūc nō ē oīpotēs,quę oīa ſicut inconueniens eſt aſſerere.ſ.Deum nō habere cu rā oīm,&c.ergo & hoc quod maleficia ex Dei permiſſiōe cōtingunt.Pręterea quicunq; permittitur ſibi & eſt dn̄s actuū ſuorum non ſubeſt permiſſioni aut prouidentiæ ali cuius gubernātis,ſed hoīes ſub ipſis dimittūtur a Deo,ſcđm illud Eccle.25.Deus ab initio conſtituit hoīem & reliquit eum in manu conſilii ſui,ſpecialiter ēt mali in ſuis operibus relinquuntur ſecundū illud.Dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum.Igitur non omnia mala diuinæ permiſſioni ſubduntur.Pręterea Auguſtinus dicit in Ench. ſicut etiam Philoſophus in nono metha.Melius eſt quædam neſcire quam ſcire ut uilia,ſed omne quod eſt melius eſt Deo attribuendum. Ergo Deus non impedit ſed de illis uiliſſimis maleficiorū operibus ut illa ꝑmittat uel nō: Ad idem Apoſtolus ſecundo Corinthiorum. 9. Non eſt Deo cura de bobus,& eadem ratione de aliis irrationalibus creaturis,unde quando maleficiatur uel non , non eſt Deo cura , nec etiam eius permiſſioni quæ ex eius prouidentia procedit,ſubduntur. Præterea quæ ex neceſſitate contingunt , prouidam permiſſionem non requirunt ſicut nec prouidentia. Patet hoc per Philo.in 6.Eth.Prudentia eſt recta ratio contingentium,de quibus eſt conſilium & electio ſed plures effectus maleficiales ex neceſſitate contingunt,puta quādo ex aliqua cauſa,& influentia corporū cęleſtiū accidūt infirmitates,uel aliqua alia quæ nos iudicamus maleficia,unde nō ſemper ſubduntur diuinæ permisſioni.Præterea,ſi permisſione diuina homines maleficiantur tunc quæritur.Cor potius ſuper unū q̄. ſit

per

per alium. Si dicatur ꝙ propter peccata quæ magis abundant in uno, ꝗ̄ in altero hoc uidetur eſſe falſum, quia tūc maiores peccatores amplius maleficerentur, cuius contrarium dum apparet eo quod minus in mundo ſicut puniū tur. Iuxta illud; Benè eſt omnibus qui præuaricantur, ita etiam maleficiantur. Patet deniq;, ex eo quod innocentes pueri & alij iuſti amplius maleficiuntur. SED cōtra, Deus permittit, licet non uelit malum fieri, & hoc propter perfectionem uniuerſi. Diony. 3. cap. de diu. nom. Erit malū ad omnes, id eſt perfectionem uniuerſi conferens. Et Auguſtinus in Ench. Ex omnibus bonis & malis conſiſtit uniuerſitatis admirabilis pulchritudo. Inquantum etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum, & in loco ſuo poſitum eminentius cōmendat bona, & illa magis placeāt & laudabiliora ſint dum comparātur malis. Item S. Thomas improbat opinionē illorum, quod licet Deus nō uelit mala, quia neq; creatura aliqua appetit malū, ſiue appetitu naturali, ſiue animali, ſiue intellectuali, quę eſt uoluntas cuius obiectum eſt bonum, uult tamen mala eſſe, uel fieri, hoc dicit eſſe falſum, quia Deus neq; uult mala fieri, neq; uult mala nō fieri, ſed uult permittere mala fieri & hoc eſt bonū propter perfectionem uniuerſi. Quare aūt ſit erroneum dicere, Deus uult mala eſſe, uel fieri, propter bonum uniuerſi dicit. Quia nihil eſt iudicandum bonum, niſi ſecundum id quod competit ei per ſe, & nō per accidens; ſicut uirtuoſus iudicatur bonus in intellectuali creatura & non animali. Malum aūt non ordinatur ad bonum per ſe, ſed per accidens, quia præter intentionē eorū quia malū operātur, reſultat bonum ſicut præter intētionem maleficorum, aut præter intentionē tyrannorū fuit quod ex eorum perſecutione clareſceret patientia martyrum. RESPONSIO. Quæſtio quanta utilior ad prædicandū tanto ēt difficilior ad intelligendum exiſtit. Eſt enim inter argumēta hoc principium, non tam laicorum, quàm & quorundam ſapientum. Maleficia tam horrenda, ut ſuperius tacta ſunt, non permittit adeo cauſas diuinæ permiſſionis huius ignorantes, ex qua etiam ignorātia, quia

maleficæ non ſupprimuntur per ultionem debitam, iam totam Chriſtianitatem depopulare uidentur, ut ergo ad utranque uiam, iuxta theologorum ſententiam, docto, & indocto ſatisfiat, per diſcuſſiones duarum difficultatum, eſt reſpondendum & primo. Quod mundus diuinæ prouidentiæ ita ſubiacet quod ipſe immediatè omnibus pro uidet. Secundo, quod uniuerſitatem malorum quæ fiunt ſiue in malis culpæ, ſiue pœnæ, ſiue damni, ex duabus pri mis permiſſionibus, circa caſum angelorũ, & primorũ pa rentum, iuſtè permittit. Vnde & patebit quod in his diffidere pertinaciter, hæreſim ſapit, cum erroribus infideliũ talis ſe implicat. Quo ad primum, notandum quod præſu poſito illo, quod prouidentia Dei conueniat, iuxta illud Sap. 14. Tu aũt pater, gubernas oĩa prouidentia, oportet etiam aſſerere quod oĩa ſunt ita ſubiecta ſuæ prouidẽtię, quod etiam omnibus immediatè prouideat, quod ut pateat oſtendamus primo per reprobationem cuiuſdam cõ trarij erroris. Nam ſuper illud Iob. 22. Nubes latibulum eius, & circa cardines cœli perambulat, nec noſtra cõſide rat. Quidam opinati fuerunt iuxta doctrinam S. Thomæ 1. parte q. 22. Ponere tãtũmodo incorruptibilia ſubiacere diuinæ prouidentiæ, prout ſunt ſubſtãtiæ ſeparatę, & cor pora cœleſtia cum ſpeciebus rerũ inferiorũ, quæ etiã ſunt incorruptibilia. Indiuidua uero ſpecierũ quia ſunt corru ptibilia dicebant nõ ſubiacere. Vnde ſic diuinæ prouiden tiæ dicebant ſubiacere oĩa inferiora quæ in mundo agun tur in uniuerſali tantũ, & nõ in particulari ſeu ſingulari. Sed quia hoc alijs uidebatur inconueniens, ut de homine nõ eſſet amplior Deo cura ꝙ de alijs animalibus, ideo rab bi Moſes uolens medium tenere dixit cõcordando cũ pri mis. Corruptibilia oĩa ſicut ſunt indiuidua rerũ omnino non ſubiacere diuinæ gubernationi, ſed tantũmodo uniuerſalia & alia quæ tacta ſunt, hominem uero ab illa generalitate corruptibiliũ excepit, hoc propter ſplendorem intellectus quo participant cũ ſubſtantijs ſeparatis, & ſic ſecundum iſtam opinionem quicquid hominibus accideret in maleficijs, eſſet ex permiſſione Dei, nõ aũt quicq̃d

anima-

animalibus,aut aliis terræ frugibus eueniret:Et hæc opinio licet ueritati propinquior,quã illa quæ omnino prouidentiam Dei de rebus mundi negabant, aſſerẽs mundũ cãſu eſſe factũ,ſicut fuerũt Democritus,& Epicuri, tamẽ etiã nõ caret magna falſitate, eo ꝙ neceſſe eſt dicere oĩa diuinæ prouidẽtiæ ſubiacere, non in uniuerſali tantum, ſed etiam in particulari, ut non ſolũ maleficio hominũ, ſed & iumentorum,& terrę frugum, ex diuina & prouida permiſſione eueniunt, quod ſi patet.Ad tantum ſe extendit prouidentia & ordinantia rerum in finem quantũ ipſa cauſalitas ſe extendit, ſicut a ſimili in rebus alicuius domino ſubiectis,quę in tantũ ſubiacẽt eius prouidẽtię in quantũ ſibi exiſtunt ſubiectę.Cum aũt cauſalitas Dei, quæ eſt primũ agens extendit ſe ad omnia entia non ſolũ quantum ad principia ſpeciei,ſed etiam quantũ ad principia indiuidualia,& non ſolum incorruptibilium. Ideo ſicut omnia habent eſſe a Deo,ita omnia ſunt prouiſa ab eo,id eſt,ad aliquem finem ordinata,Et hoc tangit Apoſtolus ad Rom.13. Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, quaſi dicat.Sicut omnia à Deo ſunt, ita etiã omnia ab ipſo ordinata ſunt,& per cõſequens prouidentiæ eius ſubiectæ, quia prouidentia Dei nihil aliud noſcitur quã ratio, id eſt,cauſa ordinis rerum in finem. Omnia ergo inquantũ participant de eſſe,intantum etiam ſubdũtur diuinę prouidentiæ.Item Deus oĩa cognoſcit,non ſolum in uniuerſali ſeu uniuerſalia,imo & in particulari ſeu particularia. Et cum Dei cognitio comparatur ad res creatas,ſicut cognitio artis ad artificiata. Ideo ſicut oĩa artificiata ſubduntur ordini & prouidentię artis,ita omnia ſubduntur & ordini & prouidentiæ Dei.Sed quia per hoc nõ ſatisfit ut intelligatur,ꝙ Deus iuſte permittat mala fieri,& maleficia in mundo, licet intelligamus hoc quod ipſe ſit prouiſor omnia gubernans,quod quia cõceditur,ideo etiam deberet oẽ malum ab his quorũ curã gerit excludere. Inter homines.n.uidemus ita fieri,ꝙ ſapiẽs prouiſor excludit defectũ,& malum quantum põt ab his quorum curã gerit,ideo ad intelligẽdum iſta,cur nõ oĩa mala Deus ex-

cludit. Notandũ ꝙ aliud eſt loqui de prouiſore particulari, & aliud de prouiſore uniuerſali. Prouiſor. n. particularis neceſſe habet malũ excludere quantum põt, quia non poteſt ex malo elicere bonum. Deus aũt cum ſit uniuerſalis prouiſor totius mundi, & poteſt ex particularibus malis plurima bona elicere, ſicut ex perſecutione tyrãnorũ, patientiã martyrũ, & ex operibus maleficorum purgatione ſeu probationẽ fidei iuſtorum, ut patebit. Ideo non habet Deus oĩa mala impedire, ne multa bona deeſſe contingat uniuerſo. Vnde Aug. in Ench. Adeo miſericos eſt omnipotens Deus, ꝙ non ſineret aliquod malum eſſe in operibus ſuis, niſi adeo eſſet omnipotẽs & bonus, unde bene faceret ẽt dẽ malo. Et huius exẽplum ẽt habemus in actionibus rerum naturalium. Nam corruptiones & defectus qui accidunt in rebus naturalibus, licet ſint contra intentionem naturę particularis illius, uidelicet, cui talis corruptio contingit, ut ꝙ fur ſuſpendatur, uel ꝙ animalia in cibum hominis occidantur, ſunt tamen de intentióne naturæ uniuerſalis, ut uidelicet cõſeruantur hoĩes in uita, & in bonis, ut & ſic bonum uniuerſi conſeruetur, ut enim ſpecies rerum conſeruantur, oportet ut corruptio unius ſit conſeruatio alterius. Occiſiones enim animalium conſeruant uitam leonum.

Declaratur ſuper permiſſionem diuinam, quòd Deus non potuit conferre creaturę, ut ex natura eßet impeccabilis.

QVO ad ſecundum, quòd uniuerſitatem malorum ſiue in culpis, ſiue in pœnis iuſtè Deus permittat, & præſertim iam refrigeſcente & mundo ad occaſum declinante, declaratur ex duabus propoſitionibus neceſſario præſupponendum. Quarum prima, quod DEVS non poteſt facere ſiue melius ut cum timore DEI loquamur, eſt poſſibile, ut natura creata, ut eſt Homo uel Angelus haberet hoc quod ex cõditione ſuæ naturæ peccare non poſſet. Secunda quod

Deus iuſtè permiſit hominem peccare, uel tentari, quib. ſtantibus cum ad diuinam prouidentiam pertinere, ut una quęq; creatura in ſua natura relinquetur dicere oportet, ꝙ ex præmiſſis impoſſibile eſt qđ Deus nō permittat maleficia fieri uirtute dæmonum. Et primū quidē quod non fuit poſſibile creaturę communicare quod peccare nō poſſet ex conditione naturæ, oſtenditur a doctore ſancto in 2. diſt. 23. ar. 1. quia ſi hoc fuiſſet cōmunicabile alicui creaturæ Deus utiq; communicaſſet, eo quod oēs aliæ cōicabiles bonitates & perfectiones creaturarum ſunt communicatæ ſaltem in genere, ut unio perſonalis duarū naturarum in Chriſto, maternitatis & uirginitatis in Maria, unio gratuita in uiatoribus, unio beatifica in electis, & ſic de aliis. Cur ergo non legimus hoc alicui creaturæ cōicatum, quia nec homini nec angelo iuxta illud. Et in Angelis ſuis prauitatem, certum eſt quia homini à Deo non poteſt communicari hoc quod ex natura ſit impeccabilis, licet hoc per gratiam inueniant. Secundo ad idem, quod ſi eſſet communicabile, & non communicaretur de uniuerſo non eſſet perfectum, cuius perfectio in hoc conſiſtit, ut omnes bonitates creaturarū communicabiles in genere ſint cōmunicare. Nec ualet argumētū, quod Deus cum ſit ſummè potēs, & ad ſuam ſimilitudinem homines & angelos creauit, quod etiā hoc auferre potuerit ꝙ creatura ex conditione ſuæ naturę haberet quod peccare non poſſet. Vel etiam quod faceret, ut habitus ille gratiæ qui confirmationem in bono cauſat, eſſet pars eſſentialis naturę angeli vel hominis, ut ſic ſecūdum naturalem ſuū principiū, & naturalem conditionem haberet confirmationem in bono, ut peccare non poſſet. Nam primum argumentū nō concludit, quia licet Deus ſit ſummè potēs ſicut & ſummè bonus, nō tamen hoc conferre poteſt, nō ex imperfectione ſuæ potentiæ, ſed ex imperfectione creaturę, quæ imperfectio conſideratur primo ꝙ hoc recipere nō poteſt, nec potuit homo uel angelus. Ratio, quia cū ſit creatura eſſe ſuū depēdet a creatore, ſicut cauſatum a cauſa ſui eſſe, & creare eſt aliquid ex nihilo facere, ideo ſi

ſibi relinquitur, deficit, cōſeruatur aūt quandiu cauſæ influentiā recipit. Exemplū ſi uis de candela quæ tamdiu lucet quandiu habet cerā. Quo ſtāte motū eſt, ꝙ Deus creauit hominē, & reliquit eū in manu conſilii ſui. Eccle. 17. Et ſimiliter Angelū a principio creationis. Et hoc factū eſt per liberū arbitriū, cuius ſicut propriū eſt facere, uel obmittere, ita propriū eſt a ſuo caſu recedere, & quia nō recedere. Et hoc eſt poſſe peccare, poſſe ex libertate arbitrii a Deo recedere, ideo nō potuit hoc homo uel angelus recipere, nec ei potuit a Deo cōmunicari, ut ex natura haberet libertatem arbitrii, & etiam ex natura haberet nō poſſe peccare, alia imperfectio ex qua hoc non potuit homini uel angelo cōmunicari eſt, quia implicat contradictionē, quę quia in ſe nō ſunt factibilia, dicimus Deus nō poteſt illa facere. Sed potius dicendū ꝙ creaturæ non poſſunt iſta recipere, ut uidelicet aliquid ſit uiuum, & mortuum ſimul & ſemel. Ita etiā implicat ut aliquis habeat liberū arbitriū ex quo poſſit cauſæ ſuæ inhęrere, & quòd poſſit nō peccare, quia ſi nō poteſt peccare nō poteſt cauſæ ſuæ inhærere cū peccatū ſit ſpreto incōmutabili bono rebus mutabilibus inhęrere. Spernere aūt, uel nō ſpernere, eſt ex libertate arbitrii. Secundū ēt argumentum non ualet, quia ſi gratia confirmationis uteretur creaturæ in naturā, ita quod ex principii eſſentialib. habęret non poſſe peccare, tūc non haberet ex aliquo dono accidētali, & gratia nō poſſe deficere & peccare, ſed haberet hoc ꝑ naturam, & tunc eſſet Deus, quod eſſet abſurdum. Hanc ſolutionem tangit S. Thomas, ubi ſupra in ſolutione ultimi argumēti, cū dicit quod quandocūque alicui creaturę cōuenit aliquod accidens, quod ex influentia ſuperioris tantummodo id eſt, non poteſt inferior natura illud accidēs per ſe habere niſi efficeretur naturę ſuperioris, ſicut ſi aer illuminatur in actu per ignē non poteſt eſſe, ꝙ ſit de natura ſua lucidius in actu niſi fiat ignis. DICO ergo quod cum confirmatio inſit creaturæ rationali ſolum per gratiam, quæ eſt quoddā ſpirituale lumen, & ſimilitudo increati luminis, non poteſt eſſe, ꝙ aliqua creatura ex natu-

ra

ra ſua confirmationẽ habeat uel gratiam, niſi efficeretur diuinæ naturæ per eſſe dicamus eiuſdem naturę, quod eſt omnino impoſsibile. Concludamus ꝙ non poſſe peccare per naturam Deo tantũmodo cõuenit, eo ꝙ ſicut abeſſe deficere non poteſt cũ dat omnibus eſſe, ita nec a rectitudine bonitatis deficere cum hoc ei cõueniat per cõditionem ſuæ naturæ. Omnibus autem aliis qui hoc habẽs, ut peccare non poſsit confertur ex hoc quod confirmantur per gratiam in bono, ex quo filij Dei efficiuntur, & quodammodo diuinæ naturæ conſertes.

DECLARATVR QVAESTIO SVper duas permiſſiones diuinas, quas DEVS iuſtè permiſit, uidelicet, diabolum auctorem omnis mali peccare, ſimul, & primos parentes cadere, ex quibus maleficiorum opera iuſtè permittuntur.

QVAESTIO XIII.

SEcunda quæſtio ſimul & propoſitio, quod Deus iuſtè permiſit quaſdam creaturas angelicas quas aliter concedere non potuit, niſi quòd peccare poſſent, etiam actu peccare. Et quaſdam ſimili modo creatas per gratiam pręſeruare, & hoc abſque pręuia tentatione. Hominem uero iuſte permittit & tentare, & peccare, quæ omnia ſic declarantur. Nam ad prouidentiam diuinam pertinet, ut unumquodque in ſua natura relinquatur, & in ſuis naturalibus operibus non omnino impediatur, quia ut Diony, dicit. 4. cap. de diu. no. Prouidentia non eſt corruptiua naturæ, ſed ſaluatiua, quo ſtante cum manifeſtum ſit, ꝙ ſicut bonũ gentis diuinius eſt ꝙ̃ bonũ unius. 1. Ethi. Ita & bonum uniuerſi excedit bonũ particulare cuiuſcũq; naturæ creati in particulari. Ideo etiam attendere

dere oportet ꝙ ſi peccatū hominū impediretur, per hoc multi gradus tollerētur perfectionis, tolleretur.n.natura illa quę pōt peccare,& non peccare,ꝙ ſi dicatur, tamē ha buiſſet homo ex conditione naturæ,ut prius tactū eſt. Re ſpondetur ſi nullū peccatū fuiſſet ſubſecutum in actu,ſed ſtatim cōfirmatio,tūc ſemper lateret quid gratiæ deberetur in bonis erga Deū, quid poteſtas peccandi potuiſſet, & plura alia,quibus Abbatis utiq; uniuerſi multo detraheretur. Decuit ēt ut nullo ſuggerente ab extra peccaret, ſed occaſionem peccandi ex ſeipſo ſuſciperet,quod & fecit,ubi Deo a quibus eſſe uoluit, qđ eſt intelligendū non ſimpliciter & directe,nec indirecte, ſed ſolum ſecundum quid,& hoc declaratur propter auctoritatē.Eſaiæ.14. In cœlo aſcendā,& ſimilis ero altiſſimo,non.n.ſimpliciter & directè,quia ſic habuiſſet intellectū ligatum & erroneū, appetendo aliquid quod ſibi erat impoſſibile. Cognouit enim ſe eſſe creaturam,& a Deo creatum, & ideo æqualem fieri creatori,cognouit hoc ſibi eſſe impoſſibile.Nec etiam indirectè,quia cum totum bonum Angeli,& creaturæ eſt in hoc,quod Deo ſubeſt,ſicut tota claritas aeris eſt in hoc,quod ſubiicitur radiis Solis,ideo hoc ab angelo nō potuit appeti,quia appetiiſſet contra bonum naturæ, ſed appetiit Dei æqualitatē non abſolutè, ſed ſecundū quid hoc ſic eſt,cum DEVS habet per naturam ſuam duo,beatitudinem,& bonitatem, & aliud & quod ab ipſo omnis creaturæ beatitudo, & bonitas transfunditur. Videat angelus dignitatem naturæ ſuæ, quæ creaturis cunctis præeminebat, uoluit & appetiit à ſe omnia inferiora beatitudinem & bonitatem deriuari,& hoc per ſua naturalia, ita quod ipſe primo illa ex natura haberet, & ſicaliæ creaturæ,ex nobilitate ſuæ naturæ acciperent. Et qui etiam illa appetiit a DEO,& ſub Deo uolens eſſe, dūmodo iſta haberet,& ideo nec etiam quantū ad modū habēdi Deo æquiparari uoluit,ſed tantūmodo ſecundū quid. Nota inſuper ꝙ quia ſuū deſideriū attētauit ut ad actum perduceret,ideo ſubito ſuum deſiderium aliis expoſuit. Et quia ſubito etiam fuit aliorum angelorum uiſio deſi-

derii,& conſenſus peruerſus ſui deſiderii. Ideo peccatum primi angeli aliorum peccata exceſſit & præceſſit quantitate culpæ,& cauſalitate,nõ tamen duratione, ita quod illud Apocal. 12. Draco de cœlo cadens,traxit tertiã partem ſtellarũ. Et in figura Leuiathan habetur. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ,& rex ſecundũ philoſophum 5.metha.dicitur principium inquantum mouet per ſuam uoluntatem & imperium ſibi ſubiectos. Ideo & ſuum peccatum aliorum occaſio peccandi fuit, ita quod ipſe primus a nullo extrinſeco tentatus,alios extrinſecè tentauit. Et quidem quod dictũ eſt,quod inſtantanea operatio in omnibus illis fuit,exemplificatur hoc ex ſenſibilibus. Nã ſimul tempore ſunt illuminatio aeris,uiſio coloris,& diſcretio rei uiſæ. Hæc ad longum poſui,ut conſiderando tam ſtupendam permiſſionem diuinam ſuper nobiliſſimas creaturas,propter unum duntaxat peccatum ambitionis,quomodo non particulares permiſſiones ſuper maleficorum opera,propter maiora peccata quantum ad aliquas circunſtantias admittet? Nam maleficorum peccata in uariis circunſtantiis peccatum angeli, & primorũ parentum excedunt,ut iam in ſecunda quæſtione patebit. Sed & hoc quod prouidentia Dei iuſtè permiſit primum hominẽ tentari & peccare,ex his quæ dicta ſunt de tranſgreſſoribus angelis ſatis patere poteſt. Sicut enim ad eundem finem homo & angelus creati fuerunt, & in libertate arbitrii relicti. Ideo ut beatitudinis præmium non abſque merito perciperent,ideo ſicut angelus a caſu non fuit præſeruatus,ut poteſtas peccandi ex uno & poteſtas gratię confirmationis ex altero ad decorem uniuerſi pateſceret,ita & circa hominem ſeruari oportuit. Vnde & ſanctus THOMAS in ſecunda diſtinctione uigeſima tertia,articulo. 2. Illud ex quo Deus apparet laudabilis non debet penitus impediri, ſed in peccato etiam Deus apparet laudabilis,cũ ꝑ miſericordiã parcit, & per iuſtitiam punit,unde non debuit peccatum impedire, tantummodo breuiter & recapitulando ad propoſitũ redeamus,dicamus ꝙ iuſta Dei prouidentia homo in his per-

miſſus eſt multis rationibus. Prima, ut oſtēdatur Dei potentia, qui ſolus inuertibilis eſt, omnis aūt creatura mutabilis. Secunda autem ratio, ut declaretur Dei ſapientia, quæ ex malo ſcit elicere bonū, ꝙ nō potuit fieri niſi Deus creaturā peccare permiſiſſet. Tertia, ut manifeſtetur Dei clemētia, in qua Chriſtus per mortē ſuā hoīem perditum liberauit. Quarta, ut oſtendatur Dei iuſtitia, quæ nō ſolum reddit bonis præmia, ſed & malis ſupplicia. Quinta, ut homo non ſit peioris cōditionis quàm aliæ creaturæ, quas oēs ſic Deus adminiſtrat, ut eas agere propriis moribus ſinat. Vnde & hominē proprio arbitrio relinquere debuit. Sexta, eſt laus humana, laus enim viri iuſti, ꝗ potuit & non eſt tranſgreſſus. Septima eſt decor uniuerſi, quia ſicut triplex malum culpæ pœnæ, & damni inuenitur, ita ex oppoſito triplex bonum, ſcilicet, honeſtum bonum, delectabile, & utile decoratur. Nam culpa decoratur, honeſtas per pœnam delectabilitas, per damnū ſumma utilitas. Et per hæc patet reſponſio ad argumenta.

Solutiones argumentorum.

NAm ad primum ubi dicitur aſſerere quod diabolo permittatur poteſtas nocendi hominibus ſit hæreticum, Oppoſitum potius patet quia ſicut aſſerere quod Deus non permittat hominem ex libertate arbitrii peccare, quando uult, eſt hæreticum. Ita aſſerere quod Deus peccatum dimittat inultum, hoc autem fit per poteſtatem nocendi hominibus in uindictam malorum, & decorem uniuerſi. Iuxta illud Auguſt. in lib. ſoliloquiorum. Iuſſiſti Domine & ita eſt, ut nunquam dedecus culpæ ſit ſine decore uindictæ. Probatio denique argumenti non ualet de ſapiente prouiſore, qui excludit defectum, & malum quantum poteſt, quia aliud eſt de Deo qui habet curam particularē & de puiſore uniuerſali. Nam prius ex malo non poteſt elicere bonū, ſicut uniuerſalis prouiſor facit, ut per præcedētia patuit. Ad ſecundum patuit, ꝙ tam potētia ꝙ̄ bonitas & iuſtitia diuina pateſcūt in hoc ꝙ mala permittit, unde quando dicitur, Aut Deus poteſt mala impedire,

aut

aut non, dicitur ꝙ poteſt impedire, ſed non debuit rationibus prætactis. Neq; ualet inſtantia, ſi dicatur, ergo vult mala fieri cum poteſt impedire, & non vult, quia vt in argumentis pro ueritate tactū eſt. Deus non poteſt uelle mala, neq; vult mala fieri, neq; vult malū non fieri, ſed uult permittere malum fieri, & hoc propter perfectionē vniuerſi. Ad tertium Auguſt. & Philoſo. loquuntur de cognitione humana, cui melius eſt nō cognoſcere mala & vilia duplici de cauſa. Primo, quia per ea impeditur interdum à conſideratione malorū, & hoc contingit, quia non poſſumus ſimul multa intelligere. Etiam & ea de cauſa ꝙ cogitatio malorū peruertit interdū uoluntatē in malū, Hæc aūt in Deo locum non habent, qui intelligit omnia opera hominū & maleficorū, abſq; aliquo defectu. Ad quartum; Apoſtolus curam Dei a bobus remouit, ut oſtendat ꝙ quia creatura rationalis habet per liberū arbitrium dominium ſui actus, ut dictum eſt. Ideo ut ei imputetur aliquid ad culpam, uel ad meritum, & reddatur ei iuxta hoc pœna uel præmium, habet Deus ſpecialem de eo prouidentiam, ſecundū quā irrationabilia non prouidentur. Velle autem aſſerere, quod in diuidua irrationabilium creaturarum ex illa authoritate non pertinerent ad diuinā prouidentiam, eſſet hęreticum, quia eſſet aſſerere ꝙ non oīa ſubiecta eſſent diuinæ prouidentiæ contra ſcripturæ ſacrę cōmendationē ſuper diuinā ſapientiā, quæ attingit a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit oīa ſuauiter, & eſſet error rabbi Moſes, ut in argumentis pro ueritate patuit. Ad quintum, quia homo non eſt inſtitutor naturæ, ſed utitur naturalibus operibus artis & uirtutis ad ſuū uſum. Ideo prouidentia humana non ſe extendit ad neceſſaria, quæ ex natura proueniunt, ut quod cras Sol oriatur. Ad quæ tamen ſe extendit prouidentia Dei, eo quod ipſe eſt actor naturæ. Vnde & defectus naturales, etiam ex curſu rerum naturalium prouenirent, adhuc diuinæ prouidentiæ ſubiacerent, quare & Democritus, & alii philoſophi naturales errauerunt, attribuentes ſoli neceſsitate materiæ, quicquid inferioribus accideret. Ad ultimum li-

cet omnis pœna infligitur a Deo propter peccata , nō ta men ſēper maioribus peccatoribus maleficia infligūtur uel quia diabolus non uult ut illos affligat,& tentat quos iuſto titulo poſſidere ſe cernit,uel ideo ut non ad Deum accelerant.Iuxta illud.Multiplicatæ ſunt infirmitates po- ſtea accelerauerunt &c.Et quod omnis pœna infligitur a Deo,propter peccata,patet ex ſequētibus,quia iuxta Hie- rony.Quicquid patimur peccatis noſtris meremur.

Declaratur quod peccata maleficorum grauiora ſunt peccatis malorum angelorum & primorum parentum . Vnde ſicut innocentes puniuntur ex culpis parentum, ita etiā plures innoxii damnificantur , & maleficiuntur propter peccata maleficorum.

ENORMITAS MALEFICARVM *conſideratur,& eſt tota materia prædicabilis.*

QVAESTIO XIIII.

SED ſuper enormitatem criminium quæri tur,an maleficorum flagitia cuncta mala quæ Deus fieri ſinit,& uſque in præſens a principio mundi fieri permiſit,tam in cul pis,q̃ in pœnis & dānis excedunt.Et uidet̄ ꝙ nō præcipue quo ad culpā. Nā peccatū qđ quis cōmittit ꝙ faciliter uitare potuiſſet,excedit pec catū,ꝙ aliter cōmittit, ꝙ ita faciliter uitare non potuit . Patet ꝑ Auguſtinū in lib.de ciui.Dei.Magna eſt in peccan do iniquitas,ubi eſt tanta in non peccando facilitas. Sed Adam & plures qui ex aliquo ſtatu perfectionis , ſeu etiā gratiæ peccauerunt.Facilius propter aſſiſtentiam gratię, peccata uitare potuiſſent , præſertim Adam qui in gratia creatus fuerat quā plures maleficæ qui huiuſmodi dona non perceperunt,ergo illorum peccata omnia maleficorū flagitia excedunt .Præterea quo ad pœnam maiori culpæ maior pœna debetur,ſed peccatū Adę grauiſſime punitū fuit,

fuit,in hoc quod vt patet in oēs poſteros eius pœna cum culpa oſtenditur in transfuſione originalis peccati, ergo eius peccatum grauius eſt omnibus aliis peccatis. Præterea quo ad damnum. Nam iuxta Auguſt. Ex hoc aliquid eſt malū, quia adimit bonū,ergo ubi plus de bono amittitur,ibi maior culpa præceſſit.ſed peccatū primi parentis maius damnū tam in naturalibus quam in gratuitis intulit,ubi nos innocentia & immortalitate priuauit, quod nullum aliorū ſequentium peccati intulit,ergo &c.SED ECONTRA,id quod plures rationes mali includit magis eſt malum,ſed peccata maleficarum ſunt huiuſmodi. Nā omnia mala in bonis naturæ & formæ procurare poſſunt Dei permittente,ut ex bulla Papæ deducitur.Preterea Adā peccauit ſolūmodo faciēdo illud quod eſt utroq; modo malum,quia prohibitum & quod non erat malū ſecundum ſe ſcilicet; malefici, & alii peccatores peccant faciendo illud quod eſt utroq; modo malum & ſecundū ſe,& prohibitum,ut homicidia & alia multa prohibita. Vnde eorū peccata grauiora ſunt aliis peccatis. Præterea peccatū quod ex certa malitia eſt grauius peccato quod eſt per ignorantiam,ſed maleficæ ex magna malitia contemnūt fidē & ſacramēta fidei,prout plures cōfeſſæ ſunt. RESPONSIO,quod mala quæ a modernis malefici perpetrātur cuncta alia mala quæ Deus unquam fieri permiſit ſecundū quod in titulo quęſtionis tangitur excedūt:& hoc quo ad peccata quæ contingūt in peruerſitate morū licet ſecus ſit de peccatis quæ opponūtur aliis uirtutibus theologicis,poteſt oſtendi triplici uia.Primo in generali: comparando eorum opera indifferēter ad quæcunq; flagitia mundi.Secundo in ſpeciali comparando ad ſpecies ſuperſtitionis ex quocunq; pacto cum dæmonibus inito. Tertio,comparādo illa ad peccata malorum angelorum aut etiam primorū parentum.Primum ſic.Nam cum triplex ſit malum,uidelicet,culpę, pœnę damni, eo quod triplex ſit bonum cui illa opponuntur.ſ.honeſtum, delectabile,& vtile.Et culpę opponitur honeſtum, pœnæ delectabile. Damno vtile.Quia culpa maleficarū excedit

cuncta alia peccata,ſic apparet. Nam iuxta doctrinā ſancti. Tho. in 2. di. 22. ar. 2. Licet in peccato multa poſſint conſiderari ex quibus peccati grauitas uel etiam leuitas trahi poteſt. Vnde & contingit quod idem peccatū quod ſecundum unum eorū eſt grauius, ſecundum aliud leuius inueniatur, prout dicere poſſumus In fornicatione iuuenis peccat, ſenex inſanit. Tamen illa ſimpliciter grauiora ſunt quæ plures & potentiores habent, non dico circunſtantias ſolum, ſed in ſpecie & quantitate peccati eſſentiali peccati grauitatē. Et ſic dicere poſſumus quod licet peccatum Adæ, quantum ad aliquas circunſtātias grauius ſit omnibus alijs peccatis, quantum ad hoc quod minori tentatione pulſatus cecidit, quod uidelicet tantum ab intrinſeco. Et etiam quia facilius reſiſtere potuiſſet propter originalem iuſtitiam in qua creatus erat. Tamen quātum ad ſpeciem & quantitatē peccati & etiam quantum ad alias circunſtantias quæ peccatū magis aggrauant, ſicut multa grauiora peccata ſunt ſecuta, ita & inter illa oīa maleficorum excedunt, quod etiam clarius ex duobus deducitur. Nam ſicut unum peccatū dicitur maius altero, uel cauſalitate, ut peccatū luciferi. Vel generalitate, ut peccatum Adæ. Vel deformitate, ut peccatum Iudæ. Vel difficultate remittendi, ut peccatum in ſpiritum ſanctum. Vel periculo, ut peccatum ignorantiæ. Vel inſeparabilitate, ut peccatum cupiditatis. Vel pronitate, ut peccatū carnis. Vel diuinæ maieſtatis offenſione, ut peccatum idololatriæ & infidelitatis. Vel expugnandi difficultate, ut ſuperbia. Vel mētis cæcitate, ut ira. Ita & poſt peccatū Luciferi omnia alia peccata maleficorum opera excedūt, tam in deformitate crucifixum abnegātes, quam & pronitate ſpurcitias carnis cum dæmonibus exercentes, ac mentis cæcitate in omne nocumentum tam animarum quàm corporum hominum & iumentorum, toto malignitatis ſpiritu debachantes, prout ex ſupra dictis patuit. Quod etiam ſecundum Iſidorum nomen oſtendit. Dicuntur enim malefici ob facinorum magnitudinem, &c. ut ſupra patuit. Deducitur & ex iſto. Nam duo ſunt in peccato, auerſio, & con-

uerſio,

uerſio, iuxta illud Auguſt. Peccatum eſt, ſpræto incommutabili bono, rebus mutabilibus inhærere. Et ipſa etiam auerſio a Deo ſit tanquam formale, ſicut ipſa conuerſio tãquam materiale. Ideo tanto aliquod peccatum eſt grauius, quanto magis homo per ipſum a Deo ſeparatur. Et quia per infidelitatem homo maxime a Deo elongatur, ideo & maius omnibus peccatis maleficij infidelitatis exiſtit. Et hoc declaratur per nomen hæreſis, quod eſt etiam apoſtaſia a fide ſimul, & quod tota earum uita peccatũ eſt. De primo, nam cum peccatum infidelitatis cõſiſtit in renitendo fidei. Et hoc poteſt dupliciter fieri, uel quia renititur fidei nondum ſuſceptæ, aut ſuſceptæ. Si primo modo tunc eſt infidelitas paganorum ſeu gentilium. Si ſecundo modo tunc iterum dupliciter, quia aut renititur Chriſtianæ fidei ſuſceptæ in figura, aut in ipſa manifeſtatione ueritatis. Primo modo eſt infidelitas Iudæorum. Secũdo modo infidelitas hæreticorum. Vnde patet quod hæreſis maleficarum inter tres ſpecies infidelitatis grauiſſima exiſtit, quod etiam ratione & auctoritate comprobatur. Nã 2. Petri 2. dicitur: Melius erat illis uiam ueritatis non cognoſcere, quam poſt cognitã, retrorſum conuerti. Ratio. Nam ſicut grauius peccat qui non implet quod promiſit, quam ille qui non implet hoc quod nunquam promiſit. Ideo infidelitas hæreticorum qui profitentur fidem Euãgelij, & tamen ei renituntur corrumpẽtes ipſam grauius peccant quàm Iudæi & pagani. Et iterum, Iudæi grauius peccant q̃ pagani, quia ſuſceperũt fidei Chriſtianæ figurã in ueteri lege, quam male interpretãtes corrũpunt, quod pagani non faciunt, ideo etiam eorum infidelitas eſt grauius peccatum, quam infidelitas gẽtilium, qui nunquam fidem euãgelij ſuſceperunt. De ſecũdo quod & apoſtatæ nuncupãtur. Nam ſecundum Thomã ſecunda ſecundæ. q. 12. Apoſtaſia importat quãdam retroceſſionẽ a Deo, & religione, quæ fit per diuerſos modos quibus homo coniungitur Deo, uel per fidem, uel per ſubiectam ad obediẽdum uoluntatem, uel per religionem & clericatum. Secundum quod dicit etiam Raymundus & Hoſtien. quod

apoſtaſia eſt temerarius a fidei ſtatu uel obedientię,uel religionis exceſſus.Et cum remoto priori,remouetur poſterius,ſed non econuerſo.Ideo & prima alias duas excedit,ſcilicet,apoſtaſia a fide,pręcedit a religione,dequa.48 diſt.quantumlibet & 16.q.1.legi non debet. Tamen ſecundum Raymun.non iudicatur apoſtata ſeu fugitiuus, etiam ſi ad longinquiora diu euagetur, niſi poſtquam ſic uiuit,quod animum redeundi ſe depoſuiſſe oſtendit.ff. de de re milit.l.deſertorem.Et hoc fieret ſi uxorem duceret, uel ſimile tale.Similiter & apoſtaſiam inobedientiæ, ubi quis ſponte contemnit præcepta eccleſiæ,& prælatorum de qua.3.q.4.alieni.Qui etiam infamis efficitur, repellitur a teſtimonio,& debet excommunicari.11.q.3.Si aut. Vnde & apoſtaſia de qua loquimur ſuper apoſtaſiam maleficarũ dicitur apoſtaſia per fidei, quæ & tanto grauior, quanto & cum inimico fidei rationis ſalutis per pactũ expreſſum peragitur.Hoc enim habent facere maleficæ,& hoc inimicus ille exegit in toto uel in parte.Repertæ ſunt enim per nos inquiſitores,quæ omnes fidei articulos abnegauerant, quaſdam uero certos in numero,ſemper tñ confeſſionem uerã & ſacramentalem habeant abnegare. Vnde & Iuliani apoſtatæ perfidia non uidetur tãta fuiſſe, licet in aliis aduerſus eccleſiã maiora exercuiſſet, de qua & ſecundo,q.7.non poteſt.Si quis uero incidẽtaliter quę feret. Quid ſi mente & corde fidem tenerent, quorum ſcrutator ſolum Deus eſt,& non quæcunq; angelica creatura,ut ſupra patuit,facerent tamen reuerentiam & obedientiam diabolo per actus exteriores. Dicẽdum uidetur ꝙ cum apoſtaſia perfidei dupliciter poteſt fieri,per actus infidelitatis exteriores abſq; expreſſo pacto cum dæmone inito, ſicut qui in terris infidelium Mahumeticam uitã aſſumeret,aut in terris chriſtia norũ cũ expreſſo pacto &c. Primi ubi mente retinent fidẽ,actum tamen exteriori negant,licet non ſint apoſtatę nec hæretici,tamen mortaliter peccant.Sic enim Salomon diis ſuarum uxorum reuerentiam exhibuit.Nec enim aliquis excuſatur ſi ex metu hoc faceret,quia ſecundum Auguſt.Sanctius eſt mori fa-

me

me quàm neſci idolatricis aliqui habent. Satius. 33.q.3. Satius. Malefici aūt quantūcunq; fidem retineant corde, & abnegant ore apoſtatæ tamē iudicantur eo q̄ fœdus cum morte, & pactum cum inferno pepigerunt. Vnde & ſanctus Thom. in. 2. di. 4. ar. ul. Loquens de ſimilibus operibus magicis. Et qui quocunq; modo auxiliū petunt a dæmonibus dicit, In omnibus eſt apoſtaſia à fide propter pactum initum cum dæmone, uel uerbotenus ſi inuocatio interſit uel facto aliquo, etiā ſi ſacrificia deſint. non enim poteſt homo duobus dominis ſeruire. Ad idem Albertus ubi ſupra diſt. 8. ubi queritur. Vtrum magicis & mathematicis intēdere ſit peccatū & apoſtaſia a fide. Ita reſpondit. In talibus eſt ſemper apoſtaſia uerbi uel operis. Si enī inuocationes fiant, tunc apertum pactum initur cum demone, & tunc eſt aperta apoſtaſia uerborum. Si autē nō fit niſi opere ſimplici, tunc eſt apoſtaſia operis. Et quia in his omnibus ſemper eſt fidei contumelia, quia expectatur à demone expectandum eſt à Deo, ideo ſemper apoſtaſia iudicatur. Ecce quàm clare duplicem apoſtaſiam pōnunt tertiam ſubientelligētes, ſcilicet, cordis quæ ſi deſit, tamē maleficæ uerbis operibus apoſtatrices iudicantur. Pœnis ergo ut patebit & hereticorum & apoſtatarum ſubiacere debent. Et eſt tertia criminis enormitas præ cunctis alijs hereſibus in eius. Nam ſi iuxta Auguſti. omnis infidelium uita peccatū eſt. 28. q. 1. §. 2. & eſt gloſa ſuper illud Romanorum. 14. Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. Quid iudicandū eſt de tota uita, i. de omnibus alijs operibus maleficarū, quæ tamen non ad complacentiā demonū fiant, ſicut ieiunare, eccleſias frequentare, cōmunicare, & ſic de alijs. In omnibus enim peccant mortaliter, quod ſic declaratur. Tāta eſt enim labes huius peccati, q̄ facultatem reſurgendi licet non ex toto amputant eo q̄ peccatum non corrumpit totum bonū naturæ, & lumen naturale in eis remaneat. Tamē propter præſtitū homagium niſi ab illo abſoluantur, omnia eorū opera etiam de genere bonorum, ſunt potius de genere malorū, quod in alijs infidelibus nō cernitur. Nam ſecundum Thomam ſecun

da ſecundę.q.10.An omnis actio infidelis ſit peccatũ? dicit quod quamuis opera infideliũ,quæ ſunt de genere bonorum,ut ieiunia,eleemoſynæ & huiuſmodi non ſint eis meritoria propter infidelitatẽ, quæ eſt grauiſſimum peccatum, tamẽ quia peccatum non corrũpit totum bonum naturæ,ſed remanet in eis lumẽ naturale.Ideo nõ omnis actus eorũ eſt mortale peccatũ,ſed actus procedẽs ex ipſa infidelitate,uel relatus ad ipſam,ẽt ſi ſit de genere bonorum,puta Saracenus ieiunat,ut ſeruet legẽ Mahumeti de ieiunio mãdantem: Iudæus ſeruat ſuas feſtiuitates, & huiuſmodi in his eſt mortale.Et ſic intelligitur illud Augu. ſupra allegatum.Omnis infidelium uita peccatum eſt.

Quod maleficæ grauiſſimas merentur pœnas ultra omnes flagitioſos mundi.

DEnique flagitia cuncta aliorum peccata excedunt, quantum ad demeritum pœnæ declaratur. Primo quo ad pœnam hæreticis infligendam. Secundo,quo ad pœnam apoſtatis inferendam. Nam hæretici duplici pœna puniuntur ſecundum Raymun.ſ.excõmunicatione, depoſitione rerum,ablatione & corporali morte. De quib. omnibus lector inueniet ſuper primum de ſent.excomm. Nouerit.& ſuper ſecundum.24. q.1. Qui contra pacẽ, & tertium diſ.8.quo iure.23.q.7.c.1.& ſequen.ſuper 4. e.ti. ſ.de hæreticis.Excommunicamus 1.& 2.immo & grauiſſimas incurrunt pœnas. Credentes receptores, fautores & defenſores. Nam ultra pœnã excommunicationis illis inflictam, hęretici cum fautoribus & defenſoribus ſuis, & receptatoribus,& ipſorum filii,uſque ad ſecundã generationẽ per lineam paternam.per lineam uero maternam, uſq; ad primum gradum,ad nullum beneficium, uel offi cium eccleſiaſticum admittuntur,ut eo.tit.quicunq; & c. ſtatutum.lib.6.Sed ſuper tertiam pœnam, ſi hęretici habẽt filios catholicos,priuantur paterna hæreditate in de-

teſtationem criminis & ſuper quartam pœnam ſi poſt de prehenſionem erroris continuò non uelit reuerti, & hæreſim abiurare, ſubito debet cōburi, ſi laicus eſt. Falſarii enim pecuniæ ſtatim morti traduntur, quantò magis falſarijs Fidei Si uero clericus poſt ſolēnem degradationem relinquitur curiæ ſeculari occidendus. Si autem reuertantur ad fidē, detrudi debent in perpetuum carcerem de hæreticis. Excommunicamus primo, & ſecūdo, & hoc de rigore iuris. Mitius tamen agitur cū eis poſt abiurationem, quam ad arbitrium Epiſcopi & Inquiſitoris facere debēt, prout in tertia parte operis patebit, ubi de uarijs modis ſententiandi tales tractatur, quis etiam dicatur deprehenſus & conuictus, ſeu etiam relapſus. His autē modis mulctare maleficas non uidetur ſufficere, cum nō ſint ſimplices hęreticæ, ſed apoſtatæ, & ultra hoc quod in ipſa apoſtaſia non hominibus propter metum, aut carnis oblectamenta fidem abnegant, ut ſupra tactum eſt. Se ipſis dæmonibus ultra abnegationem, etiam homagium, corpora, & animas offerendo pręſtant. Ex quibus ſatis probabile uidetur, ꝙ quantuncunq; pœniteant, & ad fidem reuertantur, non debēt ſicut alii hæretici carceribus perpetuis mācipari, ſed ultimo ſupplicio puniri, & hoc etiam propter damna temporalia hominibus & iumētis uariis modis illata, leges imperāt, ut patet C. de maleficiis. l. nullus. l. nemo. & l. culpa. Et eſt ſimilis culpa prohibita diſcere & docere. Et loquuntur leges ſuper ſortilegos, quāto magis ſuper maleficos, ubi dicunt quod pœna illorum eſt bonorum ſupplicatio & decapitatio. Et quis tali arte mulierem ad luxuriam prouocauerit, uel econuerſo beſtiis exponitur, ut dicitur ibidem. l. multi. Et de his in prima quæſtione tactum eſt.

DECLARATVR, QVOD PROPTER *peccata maleficarum innoxij ſæpe maleficantur, etiam interdum propter peccata propria.*

QVAESTIO XV.

SED hoc quod diuina permiſſione plures innoxiis damnificantur & puniuntur, & præmiſſis nocumētis, propter aliena peccata maleficarū, & propter culpas proprias. Nec alicui hoc uideatur inconueniens, oſtendit S. Tho. ſecunda ſecundæ. q. c. 8. Hoc fieri iuſte a Deo, loquendo de pęnis præſentis uitæ triplici ratione. Primo quidē quod unus homo eſt res alterius; & ſicut quis punitur in rebus, ita & in pœnam alterius aliquis puniri poteſt. Nam filii ſecundum corpus, ſunt quędam res partis, & ſerui & animalia, res dominorum, & ſic filii puniūtur quandoque pro parentibus, ſicut filius natus ex adulterio Dauid mortuus fuit quàm citius, & animalia Amalechitarum iuſſa ſunt interfici, quamuis & in huiuſmodi ſic ratio myſtica, ut habetur 1. q. 4. §. paruulos. Secundo, quia peccatum unius deriuatur in alterū, & hoc dupliciter. Per imitationem, ſicut filii imitantur peccata parentum, & ſerui & ſubditi peccata dominorum, ut audacius peccent, ut fit in rebus male acquiſitis, in quibus filij ſuccedunt, ſerui in latrociniis & guerris iniuſtis. Vnde ſæpius interficiuntur, & ſubditi prælatorum audacius peccant, dum eos peccare cernunt, etiam ſi eadem peccata nō committunt, unde & iuſte permittunt. Deriuatur etiam peccatū unius in alterū per modum meriti, ut ſubditorū in malū prælatum, i. ꝙ peccata ſubditorū merentur peccatorem pręlatū, ſecundum illud Iob. Regnare facit hypocritā ꝑ peccata populi. Deriuatur etiam peccatū, & conſequenter pęna per aliquē conſenſum uel diſſimulationē. Hoc eſt qn̄ ſuperiores peccata nō redarguūt, tunc ſæpiſſimè boni cum malis puniuntur, ut dicit Auguſt. in primo

de

de ciu. Dei. Exemplum ubi inter hos inquiſitores unus re perit quodã oppidũ mortalitate hõiũ quaſi deſtitutum, & ubi fama uolabat q̃ quędam mulier ſepulta linteamẽ, & in quo ſepulta erat ſucceſſiue deglutiet; & q̃ peſtis ceſſare non poſſet, niſi ex integro linteamen deglutiẽdo ad uentrẽ conſumpſiſſet. Habito conſilio deſuper Scultetus cum præfecto ciuitatis ſepulchrum effodiẽtes, inuenerũt quaſi dimidietatem linteaminis per os & collum uſq; in uentrem immiſſam & cõſumptam. Quo uiſo motus Scultetus gladium extraxit, & caput amputando extra foueã proiecit, ſicq; ſubito peſtis ceſſauit. Ex quibus utiq; diuina pmiſſione peccata illius uetulæ ſup innoxios propter diſſimulationẽ præcedentium punita fuerunt. Nã præhabita inquiſitione repertũ fuit, ipſã longo tempore uitę ſuæ ſortilegam & magnam fuiſſe. Exẽplum de punitione Dauid in enumeratione populi per peſtem. Tertio fit in diuina permiſſione, ut humanæ ſocietatis unio cõmẽdẽtur, ex qua unus homo debet pro alio ſollicitus eſſe, ut nõ peccet, & ad deteſtationem peccati, dum, ſcilicet, pœna unius redundat in oẽs, quaſi oẽs ſint unum corpus. Exemplum de peccato Achor. Ioſue. 7. poſſumus adhuc addere duos modos, prout puniuntur mali interdum per bonos, interdum etiam per alios malos. Nam ut Gratia. dicit 23. q. 5. §. vl. Aliquando Deus punit malos per legitimam poteſtatem gerentes ex mandato ſuo, & hoc dupliciter. Interdũ cum merito punientium, ſicut puniuit peccata Chananæorum per populũ ſuum. Interdum abſque merito punientium, ſed etiam in ipſorum pœnam, ſicut tribum Beniamin puniuit & deleuit. Vſque ad paucos. Aliquãdo punit etiam per populos ſuos, iuſſu ſeu permiſſione excitatos, non tamen intendentes Deo obſequi, ſed ſuæ ſatiſfacere cupiditati, & ideo cum ſui damnatione, ſicut iam punit populum ſuum per Turcas, & ſæpius ante per alienigenas etiam in ueteri lege. Sed nota quod quacunque de cauſa quis puniatur, ſi nõ ſuſtinet patienter pęnas, tũc ſunt flagella, non ad ſatisfactionẽ, ſed ad uindictam tantum, i. punitionẽ. Iuxta illud Deutero. 32. Ignis. ſ. pœnæ

temporalis ſuccenſus eſt in furore meo .i. in punitione: quia alias non eſt in Deo furor,& ardebit uſq; ab inferni nouiſſima .i. uindicta,hic incipiet & ardebit uſque ad extremā damnationem,ut exponit Auguſti. Et habetur de pœn.diſt.4.§.auctoritas. Sed ſi patienter ferantur ipſa flagella, & ſint patientes in ſtatu gratiæ, habēt locum ſatiſfactionis,ut dicit Tho.in 4. Etiam ſi quis puniretur a iudice propter maleficium commiſſum,uel etiam malefica, & hoc ſecundum plus & minus, ſecundum deuotionem patientis; & qualitatē criminis. Mors aūt naturalis cum ſit ultimum terribilium,non tamen eſt ſatisfactoria,quia per naturam inoleuit in pœnam originalis peccati.Licet ſecundū Scotum etiam uoluntarie,& cum deuotione expectata,& Deo oblata in ſua amaritudine, poſſit fieri aliquo modo ſatisfactoria. Mors tamen uiolenta, ſiue quis eam meruit,ſiue non,ſemper eſt ſatisfactoria,ſi patienter ſuſtineatur & in gratia. Et hæc quidē quo ad pœnas propter aliorum peccata inflictas. Propter propria autem ēt Deus flagellat in uita præſenti,& ſpecialiter circa maleficia inferenda.Nam Thobiæ.7. Super illos qui libidini deſeruiunt,diabolus accipit poteſtatem,quod etiam ex præcedentibus patuit declarando,maleficia circa membra & potētias generatiuæ potentiæ,quæ Deus amplius permittit maleficiari. Attamen ad prædicandum populo notandum, ꝙ præmiſſis punitionibus non obſtantibus, ſecundum quas Deus pro culpis alienis,ſiue propriis punit,hāc regulā iuris pro fundamēto teneat,& populo proponit, quæ dicit. Sine culpa niſi ſubſit cauſa,non eſt aliquis puniendus.extra de regul. iur. & hæc regula locum habet in iudicio poli.i.Dei,&in iudicio fori.i.in foro humano ſiue ſeculari,ſiue eccleſiaſtico. Declara de iudicio poli. Nam cum Deus duplici pœna ſpirituali,& temporali punit.In prima inuenitur ꝙ nunꝗ̄ ſine culpa.In ſecunda inuenitur ꝙ interdū bene ſine culpa,ſed nō ſine cauſa.De prima ſpirituali pœna,q̄ cū eſt triplex.ſ.ſubtractio gratiæ,unde ſequitur obduratio in præſtitis,non ſit ſine culpa propria. Secunda pœna damni,id eſt, priuationis gloriæ, hoc etiā nun-

nunquam infligitur ſine culpa propria, ut in adultis, uel contracta ut in paruulis in originali decedentibus. Tertia pœna ſenſus.i.cruciatio ignis infernalis, etiã patet. Vnde quod dicitur Exodi.20. Ego dominus zelotes uiſitãs peccata parẽtum in filios uſq; in tertiã & quartã generationẽ, intelligit de imitatorib. paternorum ſcelerũ; ut exponit Gratianus. 1.q.4.§. quibus ubi et dat alias expoſitiones. De ſecunda autem pœna temporali punit Deus.

Primo propter culpam alterius, ut ſupra tactum eſt, triplici ratione, uel etiam ſine culpa aliena & propria, ſed non ſine cauſa, uel etiam ex culpa propria, & non aliena, quod ſi uis ſcire cauſas propter quas Deus punit, & tamẽ abſq; culpa aliena & ꝓpria, uideas quinque modos quos ponit magiſter in 4.diſ.15.ca.2. Et recipe tres primas cauſas. Reliquas duas accipe pro culpis propriis. Nam dicit quinque de cauſis Deus hominẽ flagellat in uita præſẽti, ſiue pœnas infert. Primo ut Deus glorificetur. Et hoc fit quando miraculoſe remouetur pœna ſiue flagellum. Exẽplum de cęco nato. Ioã.9. de Lazaro reſuſcitato. Ioã.11. Secundo ſi primum deſit, immittitur tamen ut meritum cumuletur per exercitium patientiæ, ac etiam ut uirtus latens intus, aliis manifeſtetur. Exemplum in Iob.1. & Thobiæ.2. Tertio, ut uirtus conſeruetur per humiliationẽ flagellorum. Exẽplum in Paulo q de ſe dicit 2.Cor.12. Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meę, angelus ſathanæ, qui ſtimulus ſecundũ Remi. fuit hæc infirmitas corporalis. Hæ ſunt cauſę ſine culpa. Quarto, ut ęterna dãnatio hoc inchoet, ut ſcilicet aliqualiter oſtendatur, quid in inferno patietur. Exẽplum in Herode. Acto.12. & in Antiocho.2.Macha.9. Quinto, ut homo purificetur, uel per expulſionem culpę, ſcilicet, ea flagellis cõteritur. Exemplum de Maria ſorore Aaron. Nume.13. lepra infecta, & Iſraelitis proſtratis in deſerto, ſecundum Hie.23.q.4.quid ergo. Vel ad ſatisfactionem pœnę. Exẽplum in Dauid, qui poſt remiſſionẽ adulterij cõmiſſi, quo ad culpã in pœnã fuit expulſus de regno, ut patet in 2.Regum, ꝙ notat Grego. de pœn.diſt.1. ſi peccatum

tum Dauid. Poſſet etiam dici oēm pęnam quam patimur procedere ex culpa noſtra, ſaltim originali cum qua naſcimur, quia ipſum eſt cauſa omniū cauſalitatū. ar. diſt. 5. ad eius. Sed & tertia pœna, quæ & damni loquendo de illa quo ad æternā damnationē, quàm in futuro ſuſtinebunt, nemo ambigat quin ſuper oēs damnatos in pœnis ſubſenſibilibus cruciabūtur. Sicut enim gratiæ uiſio in patria, ita mortali culpæ pœna in inferno ſuccedit. Et ſicut gradus beatitudinis in patria cōmenſurātur iuxta gradus charitatis, & gratiæ in uia, ita & menſura ſuppliciorū in inferno iuxta menſuram criminum in uia. Hoc eſt, quod Deut. 25. dicitur. Pro menſura peccati, erit & plagarū modus, & ſic hoc in aliis peccatis omnibus, tamen in ſpeciali maleficis hoc conuenit quod ad Heb. 10. tāgitur. Quāto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium Dei conculcauit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt. Hęc ſunt propria maleficarum, fidem abnegantium, & per diuiniſſimum ſacramentum plurima maleficia, ut iam in ſecunda parte patebit, exercentium.

DECLARATVR IN SPECIALI *ueritas præmiſſa: comparando opera maleficarum ad alias ſuperſtitionis ſpecies.*

QVAESTIO DCIMA SXTA.

PRæmiſſa deniq; ueritas, quo ad enormitatem criminum in maleficijs probatur, per comparationē, ad alia opera magorū & diuinatorū. Nam cū quatuordecim ſint ſpecies circa opera ſuperſtitioſa Ex triplici genere diuinationum. Quorum primum fit per manifeſta dæmonum inuocationem. Secundum per tacitam ſolam conſiderationē diſpoſitionis uel motus alicuius rei, ut ſyderum, dierum, horarum & huiuſmodi. Tertium per conſiderationem alicuius actus humani ad-

inquirendum aliquid occultū quæ fortium nomen habet. Et ſpecies primi generis diuinationis, quæ fit per expreſſam dæmonū inuocationem, ſint præſtigium, diuinatio ſomniorum. Nigromātia, Diuinatio phytonica Geomantia, Idromantia, Aeromantia, Piromantia, & Ariolorū cultus. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 95. & 26. & q. 5. igitur. & q. 5. nec miru, Species deniq; ſecundi generis Genethilirici Aruſpices, Augurus, Omen, Seruantibus. Chiromantia, & Spatulamantia. Species etiā tertii generis uariatur ſecundū oīa illa quæ fortiū nomen habet, ad inquirēdum aliquid occultum, ſcilicet, per conſideratione pūctorum feſtucarum figurarum in plumbo liquefactarū. Et de his Thom. ubi ſupra. & 26. quæſt. 2. & q. 4. per totum. Tamen hęc omnia crimina maleficarū flagitia excedunt, quod de præſtantioribus ſpeciebus deducitur. Vnde & de minoribus non difficultatur. Nam in prima ſpecie ubi aliquid ꝓ ſtigioſi quibuſdam apparitionibus ſenſus humanos decipiunt, ut res corporalis aliter ſentiatur per ſenſum uiſus aut tactus, ut in præcedentibus tactum eſt de modo præſtringendi, Maleficæ his non contentè circa membra generatiuæ potētiæ, illa interdum præſtigioſa apparitione auferendo, licet non in rerum ueritate, etiam ipſam generatiuam potentiā pluries auferunt, ne mulier concipere aut uir actum exercere ualeat, etiā remanente membro abſq; præſtigioſa illuſione, poſt conceptum etiam aborſum procurant, ſæpe procurant cum innumeris aliis malis, in diuerſis etiam formis beſtiarum apparēt, ut in ſuperioribus patuit. In ſecunda denique ſpecie quæ & nigromantia dicitur, & fit per mortuorum apparitionem, uel locutionē, cum ut dicitur tertio libro ethimo. Nigros græce, mors dicitur latine, mātia uero diuinatio, Faciunt autē talia ꝑ ſanguinem hominis, aut alicuius animalis, ſuper quibuſdā caracteribus, ſcientes dæmonē ſanguinē amare, id eſt, eius effuſionem, & peccata. Vnde fit ut ubi mortuos ab inferis ſe uocare putant, ad reſpondendum ad interrogata, dæmones in eorū ſimilitudinibus apparentes, talia exercent. Et huiuſmodi artis erat illa magna phytoniſsa, de qua

1. Regum. 28. quæ ad inſtantiam Saulis Samuelem ſuſcitauit. Nec ex hoc putat quis talia eſſe licita, quod Scriptura commemorat animā iuſti prophetæ ab inferis uocatā Sauli euentum futuri belli, etiam per mulierem phitoniſſam apparuiſſe. Quia ut Auguſt. dicit ad Simplicianum Non eſt abſurdū credere aliqua diſpēſatione permiſſum fuiſſe, ut non dominante arte magica, uel potentia, ſed diſpenſatione occulta, quę phitoniſſam & Saulem latebat, ſe iuſti ſpiritus oſtenderet regibus aſpectibus, diuina cum ſententia percuſſurus. Vel non uere ſpiritus Samuelis a ſua requie eſt excitatus, ſed aliquod fantaſma, & illuſio dæmonum imaginaria diaboli machinationibus eſt facta, quam appellat Samuelem ſcriptura, ſicut imagines ſolent ſuarum rerum nominibus appellari. Hæc ex reſponſione cuiuſdam argumenti, ſuper quæſtionem. An diuinatio quę fit inuocatione dæmonum, ſit illicita. 2. ſecund. q. 95. ar. 4. Ad ſecundum. Sed ſi lectori placet, uideat reſponſionem ſuper ultimum argumentum quęſtionis. An gradus prophetię, ſicut in beatis in eadem ſumma. q. 174. Inſpiciat etiam dictum Auguſtini. 26. quæſt. 5. Nec mirum. Sed hæc parum ad maleficarum opera quæ nullum in ſe retinent ſpeciem pietatis, ut intuenti eorum opera patet ſanguinem innocētem fundere nō ceſſantes, occulta quoque diabolicis inſtructionibus manifeſtantes, nec uiuis aut mortuis parcunt, ubi animas cum corporibus interimunt. IN TERTIA deniq; ſpecie, quę & ſomniorum diuinatio dicitur, dupliciter obſeruatur. Primo, quando quis utitur ſomniis, ut ualeat aliqđ occultū inueſtigare ex reuelatione malorum ſpirituum, cum quibus habentur pacta expreſſa quando ſcilicet ad hoc inuocantur. Secundo uero quando quis utitur ſomniis ad cognoſcendum futura, ſecundum quod ſomnia procedunt ex reuelatione diuina, uel ex cauſa naturali intrinſeca uel extrinſeca, quantum poteſt ſe extendere talis uirtus, non erit elicita diuinatio. Hæc Thomas ubi ſupra. PRO CVIVS intelligentia, ut prædicatores nucleū ad minus habeant, notandum ad primum de Angelis, quod cum Angelus ſit limitatæ uirtu

tis,

tis,efficacius reuelare poteſt aliquid futurorum animæ di ſpoſitæ quam indiſpoſitę. Diſpoſitio autē fit, poſt ſedationem motuum exteriorum & interiorum, ut quando ſilentes ſunt noctes,& ſedari ſunt motus fumoſitatum,& hoc ſit circa auroram, quando digeſtio eſt completa, & hoc dico de nobis peccatoribus ſimilibus, quibus Angeli ex diuina pietate ad perſequutionem officii aliqua reuelant,aut tempore ſtudii in aurora intellectum de occultis ſcripturarum informatę.Preſidet enim Angelus bonus intellectui,ſicut Deus uoluntati,& corpora cœleſtia noſtris corporibus aliis,aut perfectioribus quibuſcunq; poteſt & quacunq; hora reuelare uigilando,& dormiendo, quāuis & iuxta philoſophum,in li.de ſomno,& uigilia ſunt magis raptæ recipere reuelationes ut dictū eſt uno tempore, quam altero,prout ceteri Magici facere conſueuerunt. Ad ſecundum nota,quod ex naturali ſolicitudine naturæ de regimine corporis contingit quod quædam futura habent cauſam naturalem in homine ſomniāte,& tunc illa ſomnia ſeu uiſione,ſunt tantummodo ſigna,& non cauſæ,ſicut ex parte Angeli dictum eſt,& hoc accidentium futurorum in homine,ut ſanitatis,uel ægritudinis,uel periculi,&c. Et hæc eſt ſententia Ariſtotelis,ubi ſupra, quia natura repreſentat in ſomnis animæ aliquas diſpoſitiones quæ ſunt in corde,ex quibus poſtea contingit infirmitas,uel aliud,ut ſi quis ſomniat de occupationibus igneis, ſignum eſt quod in eo prędominatur colera,ſi de aeris,ut de uolatu,& huiuſmodi ſignum eſt ſanguinis,ſi aquæ,uel alterius liquoris aquei,ſignum eſt flegmatis, ſi de terreis ſignum eſt melancoliæ.Et ideo per ſomnia quandoq; iuuantur medici ad cognoſcendum diſpoſitiones corporis, (ut etiam dicit philoſophus in eodē libro).Sed hæc iterū leuia,ſunt per comparationem ad ſomnia a maleficis ſuperſtitioſe obſeruata. Nam ſi corporaliter,ut ſupra tactū eſt, nolunt transferre,ſed tantum imaginarie cernere,quę a conſodalibus maleficis perpetrantur, reponere ſe habet ad ſiniſtrum latus,in nomine ſui,diabolo & omnium dæmoniorum.Vnde fit, ut ei ſingula imaginaria uiſione re-

præſectatur a ſimili. Si aliqua occulta ſcire pro ſe uel aliis hominibus uolunt a dæmonibus, per ſomnia deſtruuntur non per tacita, ſed per expreſſa cum eis pacta inita. Nec iterū per quodcunque pactum, quocunque modo per aliquod ſacrificium alicuius animalis, ſeu ſacrilegæ depreca tionis, aut cultus etiam latriæ exhibitionis, ſed ſeipſas in anima, & corpore dæmonibus offerentes; fidem penitus ſacrilego ore abnegando. Nec his cōtentæ, etiā proprios aut alienos infantes, dæmonibus offerunt, aut interimūt, de quibus ſupra habitū eſt. IN QVARTA denique ſpecie quæ per phytones à phyton Appollinæ, iuxta, Iſidorum, q̃ auctor diuinādi dicitur fuiſſe exercetur, nō p̃ ſomnia aut per mortuorum allocutionem, ſed per uiuos, ut in arrepti tiis, qui ſic arrepti à dæmonibus, uel uoluntarie, aut inuoluntarie, ad prædicendum tantummodo futura, & non ad alia flagitia perpetrāda agitantur, qualis fuit illa puella de qua act. 16. Clamando poſt apoſtolos, ꝙ eſsent uere ſerui Dei. Vnde indignatus Paulus imperauit ſpiritui exire ab ea. Patet quod modica ſit comparatio per reſpectū ad maleficas & eorum opera, quæ utiq; ſic ob magnitudinem facinorum, & enormitatem criminum, iuxta Iſid. ut ſupra habitum eſt nuncupantur. unde cauſa breuitatis de aliis minoribus ſpeciebus diuinationum hęc probare non expedit, ubi maiores excedere noſcuntur. Nam ubi prędicatori placet applicare alias ſpecies poteſt, ut Geomantiam, quæ fit circa corpus terreſtre, ut in ferro uel lapide polito. Idromantiam, quæ fit in aqua uel cryſtallo. Areomātiam, quæ fit in aere. Piromātiam quæ fit in igne. Ariolorum quę fit in uiſceribus animalium immolatorum in aris dæmonum. Licet hæ omnes per expreſsam dæmonum inuocationem fiant, nulla tamen eſt comparatio ad maleficia maleficarum, cum ad nullum nocumentum hominum, iumentorum & terræ frugum tendunt directè, ſed ad futurorum præcognitionem. De aliis etiam ſpeciebus diuinationum quæ cum tacita inuocatione & etiam per tacitum, ut ſic pactum erga dæmones practicantur. ut ſunt genealitici, ſeu aſtrologi, ſic dicti propter natalium

 con

conſiderationes. Aruſpices qui dies & horas obſeruant. Augures qui geſtus & garritus aurum,& omen qui uerba hominum obſeruant. Et chyromantici qui ex lineamentis manuum aut ſpatulis animalium diuinant. Si cui placet inſpiciat præceptorem Nider, circa ſecundum prę ceptum,& plura inueniet, quomodo ſint licita, & quomodo non. Maleficarum uero opera nũquam ſunt licita.

EST DECLARATIVA, QVATERdecimæ grauitatem criminis ad peccata quecunque dæmonum comparando.

QVAESTIO XVII.

SED & tanta eſt earũ facinorum magnitudo q̃ etiã malorũ angelorũ peccata & ruinã excedunt, Et ſi in culpis, quomodo, nõ ẽt in, infernalibus ſuppliciis. Et hoc quidẽ ad culpas demõſtrare, nõ eſt difficile uariis rationibus. Primo nã licet eius peccatum ſit irremiſibile, hoc tamen non eſt propter magnitudinem criminis, habendo reſpectum ad eorum naturalia, & pręcipue ſecundũ opinionem illorum, qui dicunt eos tantum in naturalibus & nunquã in gratuitis fuiſſe creatos Et quia bonum gratiæ excedit bonum naturæ, ideo illorum peccata qui a ſtatu gratiæ cadũt, prout maleficæ fidẽ ſuſceptã in baptiſmo abnegantes exiſtunt eorum utique peccata excedunt. Si uero dicamus eos in gratia fuiſſe creatos, licet non cõfirmatos, ſic etiam maleficę, licet nõ creatæ in gratia, tamẽ a gratia ſponte ceciderunt, ſicut & ille uolens, peccauit. Secundo demonſtratur, nam licet eius peccatum ſit irremiſſibile uariis de cauſis aliis, puta ſecundũ Auguſt. quia nullo ſuggerente peccauit, ideo nullo reparante redire debet. Vel ſecundum Damaſce. contra Dei formã intellectu peccauit, & cognitio quanto eſt nobilior, tanto peior eſt

error. Seruus enim ſciens uolũtatem domini ſui, &c. Vel iterum ſecundum eũdem Damaſcenum, quia nõ eſt ſuſceptibilis pœnitentiæ, ideo nec ueniæ, & hoc ex natura ſua, quæ quia ſpiritualis, tãtummodo eſt uertibilis, eo quod ſe totam conuertit, quod in homine non ſit ubi caro ſemper repugnat ſpiritui. Vel iterum quia excelſo loco peccauit, ut in cœlo, homo autem in terra. HIS TAMEN nõ obſtantibus eius culpa in multis aliis minoratur comparatiue ad maleficarũ flagitia, Primo in hoc quod ille iuxta Anſelmum, in quadã oratione, nulla præcedẽte delicti uindicta ſuperbiens peccauit. Maleficę uero poſt tantas pœnas ſæpe multis aliis maleficis inflictas, immo & poſt pœnas quas percipiunt in eccleſia, diabolo occaſione ſuę ruinæ inflictas, omnia hæc contemnunt, & non ad minima peccata mortalia, ut cæteri peccatores, qui ex infirmitate aut malitia abſq; habitu malitiæ peccant, ſed ex profunda cordis malitia ad horrenda flagitia properant. Secundo quia licet triplex ſit ſtatus mali angeli, innocentiã, culpæ, & miſeriæ ſeu pœnæ. Ipſe tamen ſic ab innocentia ſemel tantum cecidt, & quod ad illam nunquam reſtitutus fuit. Peccator autem ad innocentiam per baptiſmum reſtitutus iterum ab illo cadens multum profundatur. Et ſuper omnes ipſæ maleficæ, ut earũ flagitia demonſtrant. Tertio illæ contra creatorem, nos autem & ſuper omnes ipſę maleficæ contra creatorem, & redemptorem, &c. Quarto ille dereliquit, Deum permittentẽ, uidelicet eum peccare, & non ex pietate eum proſequentem, nos autem ſuper omnes ipſæ maleficæ, peccatis elongamur, Deo permitttente & ex pietate nos continuo proſequente, & beneficiis plurimis nos præueniente. Quinto ille præſtat in malitia Deo reprobante, & ſuã gratiam non apponenti, nos miſeri currimus in illam malitiam, Deo continuè reuocante, Sexto ille manet obduratus ad punientem, nos obdurati ad blandientem. Et ſi ambo cõtra Deum, tamẽ ille contra ſe requirentem, nos contra pro nobis morientem, quem ut præmiſimus, ſuper omnes maleficæ dehoneſtantes offendunt.

Solutiones argumentorum etiam declarant ueritatem per comparationem.

AD argumenta. Ad primum patet reſponſio per ea quæ in principio corporis quæſtionis tacta ſunt. Vnde uidelicet aliquod peccatum debet cenſeri grauius altero, & quomodo peccata maleficarum grauiora cunctis, quo ad culpam exiſtunt. Et aliud quo ad pœnam. Dicendum quod ſicut culpa Adæ, ita & eius pœna dupliciter conſideratur. Vel quo ad perſonam uel quo ad naturam totam, uidelicet poſteritatem ex eo ſequutam. Primo modo, ſicut maiora peccata fuerunt poſt eum perpetrata, quia uidelicet ipſe ſolummodo peccauit, faciendo illud quod erat malũ, non ſecundum ſe, ſed quia prohibitum. Fornicationes uero, adulteria, & homicidia, utroque modo mala ſunt, ſcilicet, ſecundum ſe, & quia prohibita, ideo etiam grauior pœna eis debetur. Secũdo uero modo, licet maxima pœna primũ peccatum ſequuta eſt, hoc tamen eſt per indirectũ, inquantũ uidelicet per eum totá poſteritas originali peccato fuit infecta, eo quod ipſe primus parẽs omnium, pro quibus omnibus ſolus filius Dei ſatisfacere potuit potentia ordinata. Pro ſuo autẽ perſonali mediãte diuina gratia pœnituit, & ſaluatus per ſolutionẽ factam per Chriſtum, incomparabiliter aũt peccata maleficarum excedũt in grauitate, non contentæ de ſuis perſonalibus peccatis, & perditionibus, cum etiam innumeras alias poſt ſe continue trahunt. Ad tertium dicẽdum ex præhabitis ꝙ hoc fuit per accidens in peccato Adæ, quod maiorẽ læſionẽ intulit. Et hoc uidelicet ꝙ naturam intergram inuenit, & ꝙ corruptã. neceſſario nõ uolunratie transfundere habuit, unde nõ ſequitur ꝙ ſuum peccatũ ſimpliciter grauius cæteris fuit. Tum etiã quia hæc idem etiã ſequentia peccata feciſſent, ſi talem naturam inueniſſent, ſicut & ſecundum mortale peccatũ non grauat, gratiam, eo ꝙ illam nõ inue-

nit priuaret aũt ſi illam inueniret. Hæc eſt ſolutio S. Th. in.2.diſt.21.ar.2.in ſolutione ſecundi argumenti, quã ſolutionem ſi quis ad plenum uult intelligere, habet conſiderare ꝙ Adam originalem iuſtitiã ſi prœſtitiſſet, nõ trãſfundiſſet in poſteros, prout Anſel. opinabatur, quia etiam aliquis poſt eum peccare potuiſſet, uidebãtur dicta D. di. 20. An pueri mox nati fuiſſent in gratia confirmati. Item quoli. 101. An iidem qui nunc ſaluantur homines, ſaluati fuiſſent, ſi Adam non peccaſſet.

SEQVITVR MODVS PRAEDIcandi contra quinque argumenta laicorum, quibus probare uidentur ſparſim, quod Deus non permittat tantam poteſtatem diabolo & maleficis, circa homini maleficia inferenda.

QVAESTIO XVIII.

SIT denique prædicator prouidus ſuꝑ certa argumẽta laicorum, uel etiam peritorũ quorũdã, qui in tãtũ maleficas eſſe negãt, ꝙ licet malitiã & potẽtiam dęmonis ad inferẽdũ ex ſuo deſiderio hmõi mala, cõcedãt diuinã tamẽ ꝑmiſſionẽ ſibi cõdeſcentẽ negãt, nec uolũt ꝙ Deus tãta fieri ꝑmittat, & licet modũ arguẽdi nõ habeant, & in tenebris ſicut cæci palpitãt, iã unum, iam alterũ mediũ tãgendo, opus tamẽ eſt eorum aſſertores ad quinq; argumenta reducere. Ex quibus utiq; omnes eorum cauillationes producere poſſunt, & primo quod DEVS non permittat diabolo ſub tanta poteſtate ſęuire in homines.

VTRVM ad maleficialem effectum à dæmone per maleficam procurandum, ſemper habet concurrere diuinam permiſſionem. ET ARGVITVR quinque argumẽtis quod Deus non permittit, unde etiam maleficiũ

nihil

nihil eſt in mundo. Et primum ſumitur in parte Dei. Secundum ex parte diaboli. Tertiũ ex parte maleficæ, Quartum ex parte morbi. Quintum ex parte prædicatorum, & iudicium qui talia contra eas prædicant, & iudicant utiq; nunquã ſecuri eſſent. Primo ſic, Deus punire poteſt hominẽ propter peccata, & punit gladio, famẽ, & mortalitate. Item diuerſis alijs infirmitatibus uariis & innumeris, quibus humana conditio ſubiacet, unde quia opus ei non eſt adiungere alias punitiones, ideo non permittit. Secundo ſic. Ex parte diaboli ſi uera eſſent quæ prædicantur, quod uidelicet uim generatiuam impedire poſſunt, ut uidelicet mulier non concipiat, uel ſi concipiat, ꝙ aborſum faciat, uel ſi non aborſum, ꝙ etiam poſt natos interficiunt, utique ſic perimere poſſent totum mũdum, & iterum poſſet dici ꝙ opera diaboli eſſent fortiora operibus Dei, ſcilicet ſacramẽto matrimonii quod eſt opus Dei. Tertio ex parte ominis, nam uidemus ſi maleficium debet eſſe aliquid in mũdo, tunc aliqui homines plus alijs maleficiuntur. De quo ſi quæritur, utique dicitur hoc eſſe propter punitionem peccatorum, ſed hoc eſt falſum, ergo & illud ꝙ maleficia ſint in mundo, Falſitas aũt probatur ex eo, quia tunc maiores peccatores amplius punirentur, hoc eſt falſum, cum minus puniatur, ꝙ̃ alii interdum iuſti, quod etiã cernitur in pueris innocentibus, qui aſſerũtur maleficiari. Quarto, poteſt addi & alius argumentum ex parte Dei, hoc ꝙ quis impedire poſſet, & non impedit, ſed fieri permittit, utique iudicatur ex ſua uoluntate proceſſiſſe. Sed Deus cum ſit ſummè bonus, nõ poteſt uelle malum, ergo nõ poteſt permittere ut fiat malũ quod ipſe impedire poteſt. Item ex parte morbi defectus & infirmitates quæ dicuntur maleficiales ſimiles etiam ſunt defectibus & infirmitatibus naturalibus, id eſt, qui ex naturæ defectu procedunt. quod enim aliquis claudicat, excæcatur, uel rationem perdit, uel etiam moritur, ex defectu naturæ contingere poſſunt, unde non poſſunt ſecure maleficis aſcribi. Vltimo ex parte iudicium & prędicatorum qui cum talia aduerſus maleficas prædicant & practicant, utiq; propter

ingens odium a maleficis contra eos conceptũ, nunquàm eſſent ſecuri. Sed contra argumẽta ſumũtur ex quæſtione prima, ſuper tertium principale primæ partis tractatus, & proponantur illa quę ſunt magis ad populum, quo uidelicet permittit mala fieri, licet nõ uelit malum fieri, permittit aũt propter admirabilem perfectionẽ uniuerſi, quę conſiderãtur in hoc, ꝙ bona cõmendantur eminentius & magis placent, & ſunt laudabiliora, dum cõparantur malis, habentur ibi auctoritates. Item profunda Dei diuinæ ſapientiæ, iuſtitiæ & bonitatis relucent, quæ alias eſſent occulta, Breuiter pro deceſione quæſtionis poſſunt colligi ex his quę ibi tangantur uaria documenta pro informatione populi, uidelicet, ꝙ Deus iuſte duos caſus permiſit, ſcilicet Angelorum, & primorũ parentum qui cũ ſint maiores oĩbus alijs caſibus, nõ mirum ſi alii minores permittantur. Qualiter aũt ſunt maiores, quo ad cauſalitatẽ, nõ quo ad alias circũſtantias, ſecundũ quas peccata maleficarum, ut in q. tangitur, & malorũ angelorum, & primorum parentũ peccata excedunt & quare Deus iuſte permiſit illos primos caſus, tangitur. 2. q. ex quibus plura colligere & dilatare. poteſt ad ſuũ placitum. Sed ad reſpondendum ſuper argumenta. Nam ad primũ cum dicitur, Deus. ſufficienter punit per naturales infirmitates mortales gladio, & fame. Reſpondetur ex tribus. Primo quia Deus nõ limitauit ſuã uirtutem ad naturalem profectũ. aut enim ad influentias corporũ cœleſtiũ, ut uidelicet præter illa agere non poſſit, ideo & pręter illa ſæpiſſime egit in punitione peccaminum, mortalitates & alia inferendo præter omnem influentiam corporum, ſicut in punitione peccati ſuperbiæ in Dauid, ſuper mortalitatem inflictam populo, propter populi numerationẽ, &c. Secundo hoc utique cõgruit diuinæ ſapientiæ, quæ cũ rebus omnibus ſic adminiſtrat, ut eas propriis motibus agere ſinat. Ideo ſicut nõ cõuenit malitiam dæmonis omnino impedire, ſed potius decet ipſam permittere, ut agat quantũ ad bonũ uniuerſi ſpectare poteſt, licet continuo etiã refrenatur per bonos angelos, ut nõ tantũ noceat, quãtũ nocere uellet. Ita etiã

non conuenit malitiam humanam refrenare ſuper ea, ad quæ ex libertate arbitrii poteſt,ut eſt fidem abnegare, & ſeipſum dæmoni reuouere, quæ utique facere in poteſtate ſunt,uolūtatis humanæ.Ex quibus etiā duob. cū Deus maxime offenditur,iuſte permittit ea quæ a malefica deſiderantur,& propter quæ fidem abnegauit, & ad quæ diaboli potentia ſe extendit,ut eſt hominibus, iumentis, & terræ frugibus poſſe nocere. Tertio Deus iuſte permittit illa mala fieri, per quæ diabolus etiam per indirectum maxime torquetur, & ſumma recipit diſplicētiam, ſed per illa mala quæ a maleficis uirtute dęmonum fiunt per indirectum,diabolus maxime torquetur, dum contra ſuā uoluntatē Deus omnibus malis ad gloriā ſui nominis, ad fidei commendationem,ad electorem purgationem,& cumulum meritorū vtitur.Certum eſt enim ꝙ inter oēs diſplicētias quas diabolus ex ſuperbia, quæ ſemper cōtra Deum exigit,iuxta illud,Superbia eorum qui te oderunt aſcēdit ſemper, hęc præcipue eſt,quia ſibi diſplicet,quod Deus oīa ſua machinamēta in ſui gloriam &c. conuertit. Iuſtè ergo Deus cuncta permittit. Ad ſecundum ſuperius reſponſum eſt,& debet reſpondere ad duo quæ includuntur in argumento,ſcilicet,ꝙ non dicitur diabolus fortior Deo,nec eius factura,imo cernitur quod minimæ uirtutis exiſtit,cum nihil poſſit niſi permiſſione diuina, unde eius virtus poteſt dici minima,comparando ad diuinam permiſſionē,licet ſit maxima cōparādo ad uirtutes corporales quas naturaliter excedit iuxta illud ſæpe allegatū, Non eſt poteſtas ſuper terram,quæ ei ualeat comparari, Iob.41.Alterum ad quod reſpōdendū.Cur videlicet deus potius ſuper uim generatiuam permittit maleficia fieri ꝗ̄ ſuper alios actus humanos.De quibus etiam ſupra tactū eſt in materia de ꝓmiſſione diuina,ſub titulo, quomodo maleficæ uim generatiuam,& actum uenereum impedire poſſunt. eſt enim hoc propter fœditatem illius actus. Et quia originale peccatum inflictum ex culpa primorum parentum,per illum actum transfunditur & exemplificatur etiā de ſerpente,qui primū inſtrumentū diaboli fuit,&c.

Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut intentio & appetitus diaboli maior eſt ad tentandum bonos q̃ malos, licet ex parte tentari, magis tentat malos q̃ bonos, id eſt, quòd amplior habilitas eſt in malis, ad recipiendũ tentationem dęmonis, quàm ſit in bonis. Ita etiã plus effectat lædere bonos, q̃ malos, licet maiorem habilitatem lędẽdi inueniret in malis quàm in bonis, & huius eſt ratio, quia ſecundum Grego. quanto crebrius quis diabolo ſe ſubiicit, tantò intollerabiliorem ſibi facit, ut ei reluctari non poſſit. Sed cum mali crebrius ſe ſubiiciat diabolo, eis ſit tẽtatio magis intollerabilis, & frequentior, cum non habeant ſcutum fidei formatę, quo ſe tueãtur Deo quo ſcuto Apoſt. Ephe. 5. In oĩbus ſumentibus ſcutum fidei, in quo poſitũ oĩa tela nequiſimi ignea extinguere. Sed ex alia parte magis & acrius impugnat bonos quàm malos, Et ratio, quia cum iam poſſideat malos, non autem bonos, ideo magis conatur per tribulationẽ trahere ad ſui dominiũ iuſtos, quos nõ habebat, quàm peccatores poſſeſſos, ſicut aliq̃s princeps terrenus magis inſurgit cõtra illum, qui plus aufert de iure ſuo, uel qui plus nocet regno, quàm contra illos qui non ſibi cõtrariãtur. Ad quartum quod DEVS permittit mala fieri, non uult tamen mala fieri vltra pręmiſſa quę tacta ſunt. Prędicator declarare poteſt per quinque ſigna voluntatis diuinæ, quæ ſunt, pręceptum, prohibitio, concilium, operatio, & permiſſio. Vide S. Thomam præcipue in prima parte, quia ibi planius declarat. q. 19. ar. 12 Nam licet vna ſit volũtas in Deo quæ eſt ipſe Deus, ſicut & vna eius eſſentia, tamen per reſpectum ad eius opera iudicatur & ſignificatur nobis eius voluntas multipliciter, ſecundum quod Pſalmus dicit, Magna opera Dñi exquiſita in omnes uoluntates eius. Vnde uolũtas in Deo diſtinguitur nõ ex parte rei, ſed ex parte ſuorũ effectuũ, ita ut uoluntas propriè dicta, dicatur uoluntas beneplaciti. Voluntas metaphoricè dicta, dicatur uoluntas ſigni, in quantũ uidelicet per ſigna & metaphora iudicatur nobis Deum hoc uelle. A ſimili. Sicut paterfamilias unã habens in ſe uoluntatem, demonſtrat illam quinque modis, ſcilicet

cet per ſe,& per alium.Per ſe dupliciter,directe, & indirecte.Directe,cum aliud operatum, & tunc eſt operatio. Indirecte aũt quando non impedit operantem,ſicut & in 4.phyſi.dicitur.Remouens, & prohibens, eſt mouẽs ſicut accidens,& quantum ad hoc dicitur ſignũ permiſſio. Per alium aũt declarat ſe paterfamilias aliquid uelle tripliciter.Vel inquantum ordinat aliquem ad aliquid faciendũ neceſſario,& prohibendo contrariũ,& ſic ſunt præcepto in præceptis,& prohibitio in affirmatiuis & negatiuis prę ceptis. Vel inquantũ ordinat aliquẽ perſuaſiue ad aliqua conſiliatiue,.& hoc pertinet ad conſilium, & ſicut uoluntas humana manifeſtatur per hęc quinq;,ſic & ipſius Dei. Quod em̃ pręceptum prohibitio & cõſilium dicatur uoluntas Dei patet per illud Matthæi.6.Fiat uolũtas tua; ſicut in cœlo & in terra,id eſt, ut in terra impleamus eius pręcepta.uitemus prohibita,& impleamus pro poſſe con ſilia.Et ſimiliter quod permiſſio & operatio dicatur Dei uoluntas.Patet per Auguſt.qui dicit in Ench.Nihil fit niſi omnipotens Deus fieri uelit,uel ſinendo ut fiat,uel facien do.Ad propoſitũ, cum dicitur illud, quod quis impedire poſſet, & non impedit,iudicatur ex ſua uoluntate proceſſiſſe,uerum eſt.Sed cum infertur,Deus eſt ſumme bonus, ergo non poteſt uelle mala fieri,uerum eſt,uoluntate beneplaciti,& per quatuor ſigna huius uoluntatis,quia non poteſt operari mala, nec percipere mala,nec ut nõ prohibeat mala, & perſuadeat bona ſupererogationis, poteſt aũt uelle permittere mala fieri.Ad aliud quomodo cernũtur infirmitates ab inuicem ut vna ſit maleficialis, altera naturalis? puta ex defectu naturæ.Reſpondetur quod uariis modis.Primo medicorum iudicio.26.q.5. Non licet, & q.2.ca.illud. ubi uerba Auguſt. ex ſecundo de doctrina Chriſt.Ad hoc genus ſuperſtitionis,pertinent oẽs ligaturę & remedia quæ medicorũ diſciplina condẽnat, in quibuſcunq; rebus ſuſpendendis atque ligandis.A ſimili, ubi medici ex circunſtantiis,uidelicet,ætate,complexione ſana,& ſubito quaſi in actu oculi immutata,& ꝙ non ex defectu ſanguinis,ſtomachi,aut labe, infirmitas accidit. In-

dicant illam non ex defectu naturæ, ſed ab extrinſeco acci diſſe. Et ab extrinſeco, ubi nō ex uenenoſa infectione, quia ſic ſanguis & ſtomachus malis humoribus eſſe repletus, tunc ex ſufficienti diuiſione iudicant effectum eſſe maleficialem. Item ſecundo cum eis exiſtit incurabilis, ut nullis medicaminibus æger poteſt releuari, imo potius cernūt ipſum aggrauari. Tertio, quia ſic ſubito interdum accidit ꝙ iudicium infirmi ſuper hoc contingit. Res geſta uni ex nobis innotuit. Nam quidam de optimatibus ciuitatis Spiſenſis, nimis ceruicoſæ uoluntatis, vxorem habuit intantum, ut cum ipſe libens in omnibus cōplacere ſtuderet, tamen in cunctis ferè ſuis affectionibus ex recalcitrabat, & uerbis contumelioſis ſemper ipſum moleſtare ſatagebat. Accidit inde ut domum ingreſſus, quadam die cū mulier ſolito more cōtra ſe rixanti uerbis opprobrioſis, & ire locum dare, & domo exire volebat ipſa oſtiū per quod exire habebat, curſu veloci anticipando obſeruauit, & uociferando conteſtabatur, quod niſi eam uerberaret, nulla ꝓbitas aut honeſtas ſibi ineſſet. Ad quæ uerba grauia, ille manum non animo lædendi extendit, & ipſam expenſis digitis, ſuper ſpatulam leuiter tangendo, ſubito ad terrā collilus, omnem ſenſum perdidit, & per plures ſeptimanas in lecto decumbens, grauiſſima infirmitate detentus fuit, qua in re uideri poteſt illam infirmitatē non ex naturali defectu, ſed per maleficium mulieris ſibi accidiſſe. Plura imo quaſi innumera conſimilia acta ſunt, & multis innotuerunt. Sunt quidam qui per certam practicam experientiam rei capiunt per hunc modum. Nam plumbum liquefactum ſuper infirmum tenēt, & in ſcutellam plenā aquę infundunt, & imago aliqua condenſata cernitur, tunc infirmitatem ex maleficio accidiſſe iudicant, & quidam an talis imago opere dęmonum, an naturali uirtute erūpat, vbi interrogantur talia practicantes reſpondere ſolent, ꝙ uirtute Saturni ſuper plumbum, quia alias malus exiſtit, ſicut Sol ſuper aurum maleficium ſua uirtute oſtēdere ſolet. Sed quid de his ſentiēdum ſit, an uidelicet practica licita ſit an non. Circa tertium principale huius tra

ctatus tractabitur, canoniſtis enim uidetur licitum ut uana uanis confundantur, licet theologis omnino contrariũ uideatur cum non ſint facienda mala, ut eueniant bona. Ad ultimum ubi diuerſa quæruntur. Primo cur maleficæ non ditantur. Secundo cur principibus eis fauentibus ad perniciem omnium inimicorum ipſorum non cooperantur. Tertio cur prædicatoribus & aliis eos perſequẽtibus non nocere ualeant. Ad primum dicendum, quòd ideo ut plurimum maleficæ non ditantur, ut iuxta cõplacentiam dæmonis in contumeliam creatoris quantum poſſibile eſt, pro uiliſſimo precio emantur. Et ſecundo ne in diuitiis notentur. Ad ſecundum cur principibus non nocent, cauſa eſt manifeſta, quia quãtum in ipſis eſt, hoc fit, ut ipſos in amicitia retineant. Et ſi quæritur cur eorum inimicis non noceant. Reſpondetur, quia bonus Angelus ex altera parte hoc maleficium impedit. Iuxta illud Danielis: Princeps Perſarum reſtitit mihi uiginti una diebus. Vide doctorem in ſecundo ſententiarum, an inter bonos Angelos ſit pugna & qualiter. Ad tertium dicitur quod ideo, nec Inquiſitoribus, aut aliis officialibus nocere poſſunt, quia publica iuſtitia utuntur. exempla uaria ad hoc poſſent adduci, ſed temporis prolixitas non patitur.

MALLEI MALEFICARVM

MODVM IN MALEFICIIS INFERENDIS, ATQVE AMOVENDIS FOELICITER pertractans.

SECVNDA PARS.

Duabus ſolum quæſtionibus, multis tamen capitibus diuiſis, abſoluta.

Quibus Maleficus nocere non poteſt.

QVAESTIO PRIMA.

SECVNDA pars huius operis, quia eſt de modo procedendi, quia malefi cis pro maleficijs inferendis obſeruatur. Et per decem, & octo capitula diſtinguuntur, cum duabus duntaxat difficultatibus, quarum una in principio ſuper remedia præſeruatiua, ut uidelicet, quis maleficiari non poſſit, altera in fine ſuper remedia mouentur maleficia, & per quæ maleficia ti curari poſſunt, cum ſecundum Philoſophum in 4. phyſic. remouens & prohibens coincidunt & ſunt cauſæ per accidẽs, ideo ut per hæc totale fundamentum huius horrendæ hęreſis habeatur. Circa duo principaliter inſiſtendum erit. Primo circa introitum earũ, & profeſſionem ſacrilegam. Secundo, circa progreſſum in modũ operandi, & horrendam obſeruantiam. Tertio, impedimenta ſalubria, contra earum maleficia, & remedia præſeruatiua. Et quia in mora-

morali iam laboramus materia,unde argumentis uarii & declarationibus,ubique inſiſtere opus non eſt,cum ea quę per capitula ſequenter ſint per præcedentes quæſtiones ſufficienter diſcuſſa.Ideo præcamur in Deo lectorem,ne omnibus quærat,ubi accommodata ſufficit probabilitas ea deducendo quæ conſtant, aut uiſus uel auditus propria experientia, aut fide dignorum relatibus eſſe uera . Circa primum aut duo principaliter tangentur. Primo diuerſi modi ipſius dæmonis alliciendi. Secundo diuerſi modi ipſarum hęreſim profitendi . Circa ſecundum uero ſcilicet per ordinem tangentur,quo ad modum procedendi & curandi.Quia primo de his quæ a maleficis pro ſe & ſuis corporibus practicantur . Secundo de his quæ erga alios homines operantur.Tertio de his quæ erga beſtias . Et quarto de his quibus terræ frugibus nocent. Quinto de maleficio tantummodo uirorum , quibus uidelicet maleficiis tantummodo uiri,& non mulieres inſiſtunt.Sexto de quæſtione ſuper maleficia amouenda & quibus modis curantur maleficiati . Eſt ergo prima quæſtio, per decē & octo capitula diſtincta , cum totidem modis in ſuis tribus uariantur & multiplicantur.

VTRVM quis poſſit per bonos Angelos ita beneficiari , quod a maleficis per quoſcunque infra ſcriptos modos non ualeant maleficiari . ET VIDETVR ꝙ non , eo quod per præcedentia declaratum eſt , etiam innoxios & innocentes , & iuſtos pluries a dæmonibus affligi , ut Iob , & plures pueri innocentes, qui cernūtur maleficiati cum aliis multis iuſtis,licet non æqualiter ut peccatores , eo quod non in perditionem ſuarū animarū quamuis bonis,fortunæ,& corporum affligantur . In contrarium eſt maleficarum faſſio,quod uidelicet nō omnes lædere ualeant,ſed tantummodo illos quos cernunt ex informatione dæmonū,diuino auxilio deſtitutos . Reſponſio. Tria ſunt genera hominum beneficiati a Deo quibus illud peſſimū genus ſuis maleficiis nocere non poteſt. Et primi ſunt,qui publicā contra eos iuſtitiam exercent,aut officio aliquo publico aduerſus eos inſiſtūt.Secūdi qui ad

ritibus Eccleſię ſeruatis & uenëratis,ut per aquæ benedictæ aſperſionem,per ſalis conſecrati ſumpſionem, per cãdelabrum in die purificationis,& frondium,in die palmarum conſecratorum,uſum licitum,cum ad hoc ta'ia eccleſia exorcizat,ut uires dæmonis imminuant ſe muniunt, de quibus modis patebit.Tertii ſunt qui per ſanctos Angelos uariis & infinitis modis beneficiantur.De primis rõ datur,& per uaria acta & geſta cõprobaẽ, quia enim oĩs poteſtas a Deo eſt: & gladium portat, iuxta apoſtolum: In uindictam malorum & retributionem bonorum, non mirum quod tunc Angelica poteſtate dæmones arcẽtur, quando iuſtitia in uindictam illius horrendi criminis exercetur.Notant ad idem doctores ꝙ quia poteſtas dæmonis quinque modis impeditur,in toto uel in parte.Primo per terminum ſuę poteſtati a Deo impoſitum, de Iob.1. & 2.tangitur. Et de illo de quo in formicario Nider legitur,qui iudici faſſus fuerat,ꝙ dum quidam ipſam inuocaſſet,ut inimicum ſuum uita priuaret: aut in corpore lęderet:uel ictu fulminis interimeret,cum uocaſſem dæmonẽ, ait,ut eius auxilio talia perpetrarem?Reſpondit mihi ꝙđ neutrum facere poſſet,habet,inquit,fidem bonam, & diligenter ſe ſigno crucis munit,idcirco non in corpore,ſed in undecima parte fructuum ſuorum in campo,ſi libet ei nocere poſſum. Secundo impeditur per impedimentum exterius adhibitum,ut in Aſina Balaam.Num.22. Tertio per miraculum poſſibilitatis exterius factum, & ſunt qui ex ſingulari priuilegio beneficiantur.De quo tertium genus hominum,quo maleficari non poſſunt, iam inferius patebit. Quarto per iudicium ſingulariter diſponentis, per obſtaculum boni angeli,ut de Aſmodeo interficiente ſponſos Saræ uirginis,non autem Thobiam.Quinto interdum per cautelam ſui ipſius,quia non uult interdum diabolus lædere,ut peius inde ſequatur, ut cum excommunicatos uexare poſſet,ſicut & Corinthum quem uexauit excommunicatum. Cor.5.tamen nõ facit ut fidem eccleſiæ in clauium poteſtate eneruat. Ideo a ſimili etiã dicere poſſumus,quod etiam ſi diuina uirtute non arcerentur

rentur quando publica iuſtitia exercetur, adhuc tamen ſæpe manum ſeu protectionem a maleficis uoluntarie re trahunt, quia uel timent earum cõuerſionem, uel quia de ſiderant & accelerãt earum damnationem. Actis deniq; & geſtis hæc comprobantur. Nam & prefatus doctor refert, quod malefici uerbo & experientia teſtimonium de derunt, quod eo ipſo quo per reipublicæ iuſtitiæ officiales capiuntur, ſtatim omnis maleficorum eneruatur poteſtas. Vnde & quidam iudex Petrus nomine, de quo & ſupra mentio facta eſt, cum quẽdam maleficum Stadlin nomine per ſuos famulos capere uoluiſſet, tãtus tremor eorum manibus incuſſus fuit, & naribus tam malus fœtor illapſus, ut ſe fere deſperarent an maleficum inuadere auderent. Quibus dum iudex imperaſſet, ſecurè miſerum inuadere, quia publica tactus iuſtitia, omnes uires pdet ſuę nequitiæ, & ita rei probauit euentus; nam captus incineratus fuit propter plurima ab eo perpetrata maleficia quę ſparſim hinc inde poſita ſunt & accommodata diuerſis materiis. Sed & plura quæ nobis inquiſitoribus in officio inquiſitionis laborantibus contigerunt, ſi recitare ex pediret, utique animum lectoris in admirationem uerterent. Sed quia laus in ore proprio ſordeſcit, potius expedit ſilentio præterire, quam notam inanis glorię incurrere, illis duntaxat exceptis, quæ adeo in lucem prodierunt, quod cælari non poſſunt. In oppido nempe Reuenſpurk, dum a conſulibus maleficæ incinerandæ interrogantur, cur nobis inquiſitoribus aliqua maleficia, ſicut aliis hominibus non intuliſſent, Reſponderunt. Licet plures hoc facere attentaſſent, non tamen potuerunt. Et de cauſa inquirentibus reſpondebant ſe neſcire, niſi ꝙ a demonibus informatę fuiſſent. quoties enim nocturnis & diurnis tẽporibus nobis infeſti fuerunt enarrare non ſufficimus, iã ut ſymiæ cum iam ut canes, aut capræ ſuis clamoribus & inſultibus nos inquietarent, de nocte ad orationes, licet indeuotas ſurgentibus, extra feneſtram loci, quæ tamen in tanta altitudine erat, ꝙ niſi per longiſſimas ſcalas quis adire potuiſſet, ictu ualidiſſimo quaſi ad caput de dire-

ᴄto percutiebat, acus linteo quo caput tegebatur inſerentes, ſic etiam a nobis ſurgentibus, reprimebantur quaſi illos capiti noſtro immittere uoluiſſent. Sed laus altiſſimo qui ſua pietate abſque meritis noſtris, nos tanquam publicos iuſtitiæ fidei indignos famulos præſeruauit. De ſecundis uero, ratio in ſe patet. Nam ad hoc exorcizantur ab eccleſia, & omnino ſunt efficaciſſima remedia ad præſeruandum ſe ab inſultibus maleficarum. Quod ſi quæritur per quē modum quis ſe munire dēt, dicendum primo de his quę abſque allegationibus ſacrornm uerborū fuerint, & demum de ipſis ſacris criminibus. Nam de primis licitum eſt aqua benedicta etiam quæcūque honeſta loca hominum & iumentorum, cum inuocatione ſanctimæ trinitatis, & oratione dominica, in ſaluationē hominū, & iumentorum aſpergere, ſic enim in exorciſmo dicitur, ut ubicumque aſperſa fuerit, careat omni immunditia, liberetur a noxia, non illic reſideat ſpiritus peſtilens, &c. Homines enim & iumenta ſaluat dominus, iuxta prophetam, unumquodque pro modulo ſuo. Secundo, ſicut primum de neceſſitate, ita hoc ſecundum, licet cæreum benedictum accēdere eſt de cōgruitate aſpergere, uidelicet cum tali cæreo loca inhabitantia, Tertio herbas conſecratas adiungere, uel fumigare cum illis habitaculis in aliquo loco occulto coniungere plurimū expedit. Sic enim in ciuitate Spirenſi, anno eodem quo hic liber eſt inchoatus contingit, quod dum quædam deuota mulier cū quædam ſuſcepta maleficia uerba habuiſſet, iuxta morem muliercularum mutuo rixantium rixoſa, de nocte tamen cū paruulum lactātem cuius imponere uoluiſſet, & mēte reuoluens ea quæ de die cum ſuſpecta malefica peregiſſet, timens de periculo pueri, herbas benedictas puero ſuppoſuit, aqua ſimili aſperſit, ſal exorcizatum ori parū immiſit, eumque ſigno crucis muniuit, & cunabulum diligenter allegauit. Et ecce circa medium noctis uagientem puerum audiuit, & dum iuxta morem, puerum contrectare, & cunabulum in altum propè lectum poſitum mouere uoluiſſet, cunabulum quidem mouit, ſed puerum contrectare,

re,quia aberat,nõ potuit,tremens paupercula,& de pueri amiſſione uehementer dolens,umine accenſo, paruulũ uagientẽ ſub lectita & in angulo, ſine tamen leſione reperit. Qua in re perpendi pôt, quanta inſit exorciſmus eccleſiæ aduerſus inſidias diaboli uirtus. Liquet inſuper oĩpotentis Dei clementia & ſapientia, quæ attingit a fine uſq; ad finẽ, fortiter diſponit ẽt iſtorũ peſſimorũ hominum;& demonum maleficia ſuauiter, ut ubi quærũt fidẽ imminuere & infirmare, eandem in multorum cordibus firment, & radicent ualidius. Vtilitates enim plurimæ fidelibus ex huiuſmodi malis proueniunt, ubi ſic fides roboratur demonis malitia, inſpicitur Dei miſericordia, & poteſtas manifeſtatur, homines ad ſui cuſtodiam actuantur,& ad remedium Chriſti paſſionem, & ceremonias eccleſiæ accenduntur. illis etiam diebus Scultetus cuiuſdã uillæ Vuyſentall, dum grauiſſimis doloribus & torſionibus corporis eſſet maleficiatus, & ꝙ per maleficia ſibi cõtigiſſet,non tam ab alijs maleficiis,quantum & per experiẽtiam edoctus fuit,dixit enim ꝙ ſingulis dominicis diebus ſe munire cum ſumpſione ſalis, & aquę benedictæ ſolebat, & quia uno die propter cuiuſdam celebrandas obmiſerat nuptias, eodem etiam die maleficatus fuit. Quid denique de illo in Reuenſpurgo, cum a diabolo in forma unius mulieris,ad carnalem actum ſollicitaretur, ille plurimum anxius,dum deſiſtere nollet diabolus, illi pauperi in mente uenit,ut ſumpſione ſalis,prout in prædicatione audierat, ſe munire deberet, unde cum ad introitũ ſtubæ ſal benedictũ ſumpſiſſet, mulier toruo uultu cũ inſpexit; & quis diabolorũ ipſum de hoc docuiſſet improperãdo, ſubito diſparuit, ubi diabolus per ſe in effigie maleficæ, aut cum præſentia corporali maleficæ affuerat,cum utũque facere, Deo permittente, poteſt. Sed & illi tres ſocii per uiam ambulantes, duo eorum ictu fulminis percuſſi fuerant,& tertius territus cũ uoces in aere clamantes audiſſet, percutiamus & illum, altera uox cum reſpondiſſet non poſſumus,quia hodie Verbum caro fatũ eſt audiuit. intellexerat ꝙ ea de cauſa,qui miſſam audierat,& in fine

miſſæ. Euangelium Ioan. In principio erat uerbum, &c. audiuiſſet, ideo præſeruatus fuiſſet. Sed & per ſacra uerba corpora alligata, quod miro modo ſunt præſeruatiua. dummodo ſeptem conditiones in ipſis ſeruentur. De quibus & in ultima quęſtione huius ſecundę partis mentio fiet, eo ꝙ ibi de remediis ſanatiuis, ſicut hic de remediis præſeruatiuis tractabitur. Et illa ſacra uerba nō ſolum ad præſeruandum, ſed etiam ad curandum maleficiatos tendunt. Plurimum aũt ſunt pręſeruatiua locorũ, hominũ, & iumentorum, uerba tituli triumphalis noſtri ſaluatoris dum ſcilicet per quatuor partes loci, in modum crucis inſcribuntur, Ieſus Nazarenus, Rex Iudęorum, uel etiam iungendo nomen uirginis Mariæ, aut Euangeliſtarũ, aut uerba Ioãnis, Verbum caro factum eſt. Tertium uero genus quod a maleficis lędi non poteſt, eſt ſingulariſſimum utpote pręcipua angelica cuſtodia munitum, interius & exterius. Interius, per gratię infuſionem exterius, per cœleſtium virtutum, id eſt, per motores orbium cœleſtium protectionem & hoc quidem genus in duabus ſpeciebus electorum diuerſificatur,, quia vel minuitur cõtra omnia genera maleficorũ, ita quod in nullo lędi poſſunt, uel ꝙ pręcipue circa generatiuã potentiam, ita caſtificentur ab ipſis bonis Angelis, ſicut mali ſpiritus quoſdã malos homines uel inflammant circa unam, uel infrigidant circa aliam, per ſua maleficia. Primum de interiori & exteriori protectione quo ad gratiam, & quo ad influentias corporum cœleſtiũ ſic declaratur. Nã licet Deus per ſe gratiã infundat mẽti noſtrę, ita qnod nulli cteatu ræ poteſtas ad talem infuſionem ſe extẽdere poteſt, iuxta illud, Gratiam & gloriam dabit Dñs, tamen diſpoſitiue, ut tradit S. Thomas, in quodam loco, ſuper tertium ſentẽ. quando Deus aliquam notabilẽ gratiam vult infundere, Angelus bonus cooperatur. Et hoc eſt id quod Dyoniſius prætendit. 4. ca. de di. nominibus. Hæc eſt lex diuinitatis immutabiliter ſtabilia, ut ima a ſummis per media perficiãtur, ita quod quidquid boni, a fonte totius bonitatis in nos emanat, totũ per miniſteriũ bonorum Angelorum, habemus exẽ-

pla

pla cum rationibus. Nam licet ad uerbi Dei conceptionē, in virgine beatiſſima, per quā Deus homo factus eſt, ſola diuina virtus efficienter affuerit, tamen Angelico miniſterio mens virginis per ſalutationem, & per intellectus, cōfortationem, & informationem multum excitata, & ad bonum prædiſpoſita fuit. Ratione, nam & præfati doctoris ſentētia eſt, ꝙ in homine ſunt tria, vt videmus, ut ſcilicet volūtas intellectus, & potentiæ, aliæ interiores & exteriores affixæ membris & organis corporal ibus. In primū ſolus Deus agere ualet, quia cor regis in manu Dñi, diſpoſitione Angelus bonus, inquantum intellectū ad ueri, & boni agnitionē amplius illuminat, ita ꝙ in ſecundum & Deus & angelus bonus agere poſſunt illuminando. Et in tertium ſimiliter bonus Angelus ad bonum, & malus angelus licet Deo permittente, immiſsiones malas imprimere poteſt. Tamen in poteſtate humanæ uoluntatis eſt tales immiſsiones factas acceptare, vel refutare, quas etiam ſemper homo cū Dei inuocata gratia poteſt propulſare. De exteriori etiam cuſtodia, quæ per motores orbium a Deo cōmunicatur, eſt cōmunis traditio, & magis cōſona tam ſacræ paginę, quām philoſophiæ naturali, ꝙ omnia corpora cœleſtia mouentur virtute angelica, & dicuntur motores orbiū à Chriſto, & ab Eccleſia virtutes cęlorum vocantur, & conſequentur a cœleſtibus influētijs, omnia huius mundi corporalia reguntur, teſte Philoſ. 1. metha. Quare & dicere poſſumus, cū Deus ſingularē habet prouidentiam de ſuis electis, licet quoſdā malis huius vitæ, ſcilicet pœnalitatibus ſubiicit, quoſdam tñ ita præſeruat, ꝙ i n nullo lædi poſſunt. Et hoc donū recipiunt uel ab Angelis bonis ipſis ad cuſtodiā a Deo deputatis, vel ex influentiis, cœleſtium corporū, ſeu a motoribus ipſorum orbiū. Inſuper notandum, ꝙ licet aliqui cōtra oīa maleficia muniūtur, aliqui uero contra aliqua, & nō cōtra oīa, ſunt tñ aliqui, qui ſingulariter a bonis angelis ſuper uim generatiuam ita caſtificantur, ꝙ nullo modo a malis maleficiari circa illam potētiā poſſunt, ſed de his ſcribere videtur in parte ſuperfluū, licet in parte foret neceſſariū, propter hoc

ꝙ iſti qui circa potentiam generatiuã maleficiuntur,ideo deſtituũtur Angelica cuſtodia,ꝙ uel ſemper ſunt in mortali peccato,uel nimis libidinoſo affectu illis ſpurcitiis inſiſtũt. Vnde etiã in prima parte operis tactũ eſt, Deus amplius permittit potentiã illam maleficiari,nedũ propter eius turpitudinem,quãtũ etiam propter hoc ꝙ corruptio primi parentis,ſub originali contagione,in totum genus humanum traducitur. Dicamus tamẽ pauca, qualiter bonos interdũ uiros iuſtos & ſanctos beneficia, & præcipue circa uim generatiuã recipiũt. Nã.n.ita factũ eſt de S.Sereno abbate,de quo refert Caſſianus in collatione patrum, collatio abbatis Sereni prima. Hinc, inquit, pro interna cordis atque animæ caſtitate, nocturnis diurnisq́; præcibus, ieiuniis quoque atque uigiliis infatigabiliter inſiſtens, cunctos æſtus carnalis concupiſcentiæ,tandem per diuinam gratiam, ſe exntinxiſſe percepit. Deinde, maiori zelo caſtitatis ſuccenſus,præfatis uſus remediis, à DEO Optimo, Maximo petiit,nimirum, ut interioris hominis caſtitas in ſuum corpus redundaret, DEI dono. Poſtremo autem ueniens ad eum Angelus Domini,in uiſione nocturna,eiusq́; velut aperientem uẽtrẽm, quãdam ignitam carnis ſtrumam,de eius viſceribus euellens, ſuiſq́; oĩa ut fuerant locis inteſtina reſtituens. Ecce, inquit,incentiua carnis tuæ abſciſſa ſunt,& obtinuiſſe te noueris hodierna die perpetuã corporis puritatem, iuxta uotum,quo popoſciſti,ut ne ipſe quidem naturali motu, qui etiam in paruulis atq; lactentibus excitatur vlterius pulſeris. Sic etiam de beato Equitio abbate, dicit beatus Greg. 1.lib.dialog. Hunc,inquit,cum iuuentutis ſuę tempore acri certamen carnis incentiua fatigarent, ipſe ſuæ tentationes anguſtiæ,ad orationis ſtudium ſolertiorẽ fecerũt. Cũque hac in re ab omnipotẽti Deo remediũ continuis præcibus quæreret nocte quadã adſiſtente Angelo eunuchari ſe uidit,eiuſque uiſione apparuit, quod omnẽ motũ ex genitalibus membris abſcideret,atque ex eo tempore ita fuit alienus a tentatione,ac ſi ſexum nõ haberet in corpore,ecce,quale beneficium caſtificationis,quia uir

tute

tutē fretus, ex Dei omnipotētis auxilio, vt viris ante præ erat, ita cœpit poſtmodum fœminis præeſſe. Ita in uita patrum eorum, quos S. Heraclides uir religioſiſſimus collegit in libro ſuo quem Paradiſum nominat, meminit cuiuſdam S. patris, & monachi quē Heliam uocat, hic miſericordia motus, trecentas fęminas in monaſterium collegit, & regere cœpit. Tranſacto autem biennio, iam triginta annos habens uitæ, tētatus a carne in heremū fugit ubi biduo ieiunās orās, ait, Domine Deus, aut occide me, aut libera me ab hac tētatione. Veſpere igitur ſomnus ei irrepſit, & tres Angelos ad ſe uenire uidit, quibus quærentibus, cura a monaſterio uirginum fugiſſet, nec ille prę uerecundia reſpondere auderet, dixerunt Angeli. Si liberaberis, num redibis curam fœminarum gerēdo? Reſpondit ille quod lubens. Tunc illi iuramentum ab eo excipientes quod exegerant, eū eunucharunt. Nam unus manus, alter pedes, tertius nouacula, teſticulos eius viſus eſt abſcindere, non quod ita uere eſſet, ſed quia ita eſſe uidebat, quærentibusq; an remedium ſentiret, reſpōdit ille ſe plurimū exoneratum. Vnde quinta die ad lugentes fœminas rediit, & per quadraginta annos quibus ſuperuixit, nec priſtinæ tentationes deinceps ſcintillam ſenſit. Non minus beneficium collatum eſſe legimus beato Tho. doctoris noſtri ordinis, qui a conſanguineis propter ingreſſum dicti ordinis incarceratus, ut per meretricem ſeduceretur, ad ſeculū tētatus eſt, quæ per conſanguineos immiſſa ueſte & ornatu ſumptiſſimo, cum doctor eam intuitus fuiſſet, & materialem ignem, concurrit, titionem ignitum arripuit, & fuggetricē ignitæ libidinis e carcere fugauit, & oratione ſtatim pro caſtitatis dono proſtratus, obdormiuit, ubi duo angeli ei apparuerūt, dicētes, Ecce Dei ex parte cingimus cingulo caſtitatis, qđ nulla poſſit de cætero impugnationem diſſolui, & quod humana virtute meritis non acquiritur, ex parte Dei confertur ex dono, Senſit igitur cincturam, ſcilicet, tactus cincturæ, & exclamando euigilauit. Deincepsq; tanto munere caſtitatis ſe dotatū ſenſit, ut ab eodem tempore omnem abhorreret luxuriam, ut nec ſine

neceſſitate fœminis colloqui poſſet, ſed perfecta caſtitas polleret. Hæc ex formicario Nider. His igitur tribus generibus hominũ demptis, nemo ſecurus a maleficis, quin ex decem & octo modis infra ſcriptis, aut maleficiatur, aut ad maleficium tentatur & incitatur, de quibus per ordinem. Primo eſt differendum, ut poſt clarius, quibus remediis maleficiati poſſint reuelari diſcutiatur, & ut eo clarius pateant ipſi decem & octo modi, per totidem capitula deducentur, ut primo circa maleficarum introitũ pateant diuerſi modi, per quos ipſæ maleficæ innoxias iuuenculas in augmẽtum illius perfidei attrahunt. Secũdo de modo ſacrilegæ profeſſionis earum; ubi & quædam declaratio omagii præſtandi ipſi diabolo inducitur. Tertio de modo, quo localiter trãsferuntur in corpore, uel in ſpiritu. Et quarto quomodo ſe incubis dæmonibus ſubiiciunt. Quinto de modo generali, prout per Sacramenta eccleſiæ ſua maleficia exercent, & in ſpeciali de modo quo demptis corporibus cœleſtibus, quaſcunq; creaturas deo permittente, inficere ſolent. Sexto, de modo quo uim generatiuam impedire ſolent. Septimo, ſuper modum, quo membra uirilia auferre præſtigioſa arte ſolent. Octauo ſuper modum, quo homines in beſtiales formas transmutare ſolent. Nono ſuper modum quo dæmones intra capita ſine læſione exiſtunt, quando præſtigioſas apparitiones operantur. Decimo ſuper modum quo demones operatione maleficarum, homines interdum ſubſtantialiter inhabitant. Vndecimo, quo omne genus infirmitatis inferre ſolent, & hoc in generali, Duodecimo de quibuſdã infirmitatibus in ſpeciali. Decimotertio ſuper modũ quo obſtetrices maleficę, maiora damna inferunt, dum infantes aut interimunt, aut dæmonibus execrando offerunt. Decimoquarto, ſuper modum quo iumentis varia nocumenta inferunt. Decimoquinto ſuper modum quo grandines & tempeſtates concitare, & fulgura fulminare ſup̱ homines, & iumenta ſolent. Decimoſexto, decimoſeptimo, & decimooctauo, ſuper tres modos quo tantum viri, & non mulieres maleficijs ſunt intenti. Poſt hæc ſequetur

quæſtio ſuper modos tollendi huiuſmodi maleficia. Nec æſtimat quis funditus horum notitiam capere, pro ea ꝙ hi uarii modi ſuper uaria maleficia inferenda recitantur. Hoc enim & modicum utile, imo fortaſſis & nocere poſſet, nequo enim prohibiti libri nigromantiæ hic inferuntur, cum hoc genus ſuperſtitionis, nō libris aut doctis, ſed omnino ab imperitis practicantur, unum habens fundamentum dum illud non exprimitur, aut practicatur. impoſſibile ſit aliquem maleficiis ut maleficum inſiſtere. Recitantur autem hic modi in ſuperficie, ut eorum opera non incredibilia uideantur, ſicut hucuſq; in magnā fidei contumeliam, & ipſorum maleficorum augumētum actū eſt, ꝙ ſi aliquis ex pręhabitis, cum dictū eſt aliquos præter uiri per influentias corporum cœleſtiū, ut maleficiari nullo modo poſſint, uelit hoc etiam attribuere illis influentiis, dum aliqui maleficiantur, quaſi quædā neceſſitas ibi ſit, ſiue ad pręſeruandum a maleficiis, ſiue ad inferendū ab illis, talis non recte mentem doctorum ſaperet, uariis reſpectibus. Primo, quia enim tria ſunt, quæ a tribus cœleſtibus cauſis dirigi poſſunt, ſcilicet, uoluntatis actus, intellectus, actus, & corporalia. Et primum, ut ſupra tactum eſt, a ſolo DEO. & immediate dirigitur, ut Secundum uero ab Angelo, Tertium a cœleſti corpore, licet dirigitur non tamen neceſſitatur. Secundo, quia enim ex dictis manifeſtum eſt, quod electiones & uoluntates immediate a DEO diriguntur, iuxta apoſtolum, Deus eſt, qui operatur in nobis uelle, & perficere, pro bona uoluntate, & cognitio humana intellectiua, a DEO, mediantibus angelis ordinatur, Ideo etiam corporalia quæcūque, ſiue ſint interiora, ut uirtutes & ſcientiæ acquiſitæ per corporales potentias interiores, ſiue ſint exteriora, ut ſanitates & ægritudines a cœleſtibus corporibus, mediantibus angelis diſpenſantur, quod & Dionyſius tangit, in quarto capite, de diui. nominibus, quod corpora cœleſtia ſunt cauſæ eorum quæ in hoc mundo fiunt, tamen hæc ſunt intelligenda quo ad ſanitates, & ægritudines naturales. Hæ autem ægritudines, cum ſint ſuper naturales, propter dæ-

monis potentiam, quæ illas DEO permittente infert, ideo non poſſumus dicere, quod ex influentiis corporum cœleſtium cõtingat quod aliquis maleficiatur ſicut benedici poteſt, quod ex influẽtiis corporum cœleſtium eſt, quod aliquis maleficiari non poteſt. Et ſi dicitur quod oppoſita habent fieri circa idem, & ſicut propoſitũ in propoſito, ita oppoſitum in oppoſito. Reſpondetur ꝙ ubi aliquis pręſeruatur uirtute corporũ cæleſtium ab infirmitatibus his ſuper naturalibus, hoc non fit uirtute corporũ cœleſtiũ immediate, ſed uirtute Angelica, quę illã influẽtiam confortare poteſt, ut inimicus ſuis maleficiis nõ poſſit ſuper eam præualere, & uirtus illa angelica poteſt deriuari, uel a motori orbis cœleſtis, ut ſi iam in puncto quis mori deberet, ſuper periodo naturali, DEVS ſua potentia qui ſemper per medias cauſas huiuſmodi operatur, hoc immutare poteſt uirtutẽ conſeruatiuã, pro defectiua naturæ immittendo, & eius influentiæ, ita & dicere poſſumus de eo qui maleficari poſſet, quod etiam tali modo a maleficiis præſeruatur, uel fit talis præſeruatio ab Angelo ad cuſtodiendum deputato, quæ etiam pręcipua eſt inter omnes cuſtodias. Et quod dicitur Hiere. 22. Scribe uirum iuſtum ſterilem, qui in diebus ſuis non proſperatur. Hoc intelligitur quantum ad electiones uolũtatis, in quibus homo unus proſperatur, alius non quod etiam contingere poteſt ex influentiis corporum cœleſtium. uerbi gratia. Aliquis inclinatur ex impreſſione corporum cœleſtiũ, ad aliquas electiones utiles, ut de ingreſſu religionis uel huius. Et cum ex lumine illuminatur eius intellectus ad eadem agenda, & ex diuina operatione inclinatur eius uoluntas ad hoc proſequendum, talis dicitur bene proſperari, uel etiam quando quis inclinatur ad aliquã artem, uel ad aliquid utile practicandum. E contra dicetur male fortunatus, quando ex ſuperioribus cauſis ad contraria eius electio inclinatur. De quibus ſententiis & multis aliis loquitur ſanctus Thomas, in ſum. contra Gẽti. lib. 3. & in pleriſq; aliis locis, quomodo differt dicere aliquem eſſe bene, uel male natum, bene uel male fortunatum, bene uel

ne uel male gubernatum & cuſtoditum. Quia ex diſpoſitione relicta à corpore cœleſti, dicitur aliquis bene, uel male natus, & ſic etiam fortunatus, ſecundum uero quod ab Angelo illuminatur, dicitur bene cuſtoditus, & nō male, ubi ſequuntur illuminationes. Sed ſecundum quod à DEO in bonum, & illud proſequitur, dicitur bene gubernatus. Quæ tamen electiones hic non habent locum, quia de ipſis nō intendimus, ſicut de præſeruatione a maleficiis inferendis. De qua ad præſens ſufficiat, aggrediendo earum ceremonialia, quę ab eis practicātur, & primo quibus modis innoxios ad earum perfidiam alliciunt.

De diuerſis modis, quibus dæmones attrahunt, & alliciunt innoxios per maleficas ad augumentum illius perfidiæ.

CAPITVLVM PRIMVM.

SVNT autem tres modi prę cæteris, quibus dæmones per maleficas innoxios ſubuertunt. Et ex quibus continue illa perfidia augmentatur. Et primus eſt per tędiū ex importuna temporalium damnificatione. Nam ſicut S. Gregorius dicit, Diabolus frequenter, tentat, ut ſaltem tędium uincat. Intelligas hoc tamen infra uires tentati, ut ſuper diuinā permiſſionem. Declara quod DEVS permittit, ne homines ignauia torpeant. In cuius figura Iudicum. 2. Has gentes non deleuit Deus, ut erudiret Iſrael in eis, & loquitur de finitimis nationibus Chananæorum, Iebuſæis & aliis. Et iam Huſſitę, & alii hęretici permittuntur, vt delere non valeant, Ita & dæmones per maleficas tantis afficiunt damnis in tēporibus, uicinos & innoxios, ut quaſi coacti, maleficarum ſuffragia primo habeant implorare, & demum earum conſiliis ſe ſubmittere, experientia ſæpe nos edocuit.

cuit,Nouimus in diocœſi Auguſtienſi hoſpitem,cui infra annum:44.ęqui ſucceſſiuè dum fuiſſent maleficiati , uxor tædio affecta maleficas conſuſuit,& iuxta eorum conſilia vtique non ſalubria,alios quos ex poſt emerat , quia ucctor erat, a maleficiis præſeruauit, quantæ denique mulieres in officio inquiſitionis nobis exiſtentibus conqueſtæ fuerunt,quod dum propter damna uaccis,ex priuatione lactis,& aliis iumentis illatis,ſuſpectas maleficas conſuluiſſent,etiam remedia oblata percepiſſent,dum modo aliquid uni ſpiritui promittere uoluiſſent, & illis inquirentibus,quidnam promittendum foret, reſpondebant parum hoc eſſe,dum modo informationibus illius magiſtri aſſentirent, ſuper certas obſeruantias tēpore diuinorum in Eccleſia,aut in confeſſionibus . Sacerdotibus faciendum,aliqua ſubticendo aſſentirent. Vbi notandum , quod ut ſupra tactum eſt , ille artifex, a minimis & paucis inchoat,quo idem tempore eleuationis corporis Chriſti in terram ſpumant,aut oculos claudant , quod aliqua verba inutilia proferant , ſicut & nouimus eam , quæ adhuc ſupereſt ſeculari brachio defenſa , quando infra miſſarum ſolemnia, ſacerdos populum ſalutat, dicendo , Dominus vobiſcum , ita ſemper ſubiungit, vulgari ſermone , Keer myr die zunge jm arſzumb. Aut quod in confeſſione poſt abſolutionem factam etiam ſimilia proferant,aut quòd nunquam ex integro confiteantur , præcipuè mortalia peccata , ſicque ad omnimodam fidei abnegationem,& ſacrilegam profeſſionem paulatim perducuntur. Et hic modus,ſeu etiam quicunque conſimilis obſeruatur a maleficis,erga honeſtas matronas uitiis carnalibus minus deditas,magis autem terrenis cōmodis inhiantibus. Sed erga iuuenculas , ambitioni & uoluptatibus corporis magis deditas alium modum obſeruant,ſcilicet, per carnalia deſideria,& uoluptates corporis. Vbi notandum,quod ſicut intentio & appetitus diaboli maior eſt ad tentandum bonos quàm malos, licet ex parte tentatorum magis tentat malos quā bonos, id eſt, ꝙ amplior habilitas reperitur in malis , ad recipiendum tentationem

dæmo

dæmonis quã ſit in bonis. Ita & diabolus ſanctiores quaſque uirgines & puellas, magis ſeducere conatur, cui experientia ſupereſt, & etiam ratio. Nam cum malos iam poſsideat, non autem bonos, ideo magis conatur ſeducere ad ſui dominium iuſtus quos non habet, quam poſſeſſos malos. Sicut etiam aliquis princeps terrenus magis inſurgit contra illum, qui plus aufert de iure ſuo, quam contra quoſuis alios, qui non ſibi contrariantur, Experientia. Nã in oppido Rauenſpurgæ, duabus incineratis, prout etiã inferius patebit, ubi de modo quem obſeruant, concitando tempeſtates tãgetur, una illa balneatrix inter alia, quę faſſa fuerat, hoc etiam recitauit ſe multas a diabolo fuiſſe perpeſſas iniurias, ea de cauſa, quod uirginem quandam deuotam, & filiam cuiuiſdam prædiuitis, quem nominare non opus eſt, cum & ipſa iam defuncta ſit, diſponente diuina clementia, ne malitia deprauaret cor eius, ſeducere deberet, taliter ut ipſam feſtiuo aliquo die inuitaret, ut ipſe dæmon in ſpecie iuuenis, cum ea ſua colloquia habere poſſet. Adderat etiam quod licet ſæpiſsime hoc facere attentaſſet, ſemper tamen ubi iuuenculam fuiſſet allocuta, illa ſigno ſanctę crucis ſe muniuit. Et hoc utique ex inſtinctu ſancti angeli, ad effugendum opera diaboli proceſsiſſe nemo dubitat. Eſt & alia uirgo in diocœſi Argentinenſi conſtituta, quæ uni ex noſtris confeſſa, aſſeruit, quod die quadam dominica, dum ſolitaria in domo paterna ince-deret, uetula quædam illius oppidi ipſam uiſitandi gratia acceſſit, & inter alia ſcurrilia uerba quæ protulerat, hæc ultimatim ſubiuntulit, ut eam ſi placeret, ad locum ubi iuuenes omnibus hominibus oppidi incogniti morarentur, deduceret. Et dum ait uirgo aſſenſum præbuiſſem, & ipſam ſubſequuta ad domum ueniſſem, uetula ſubintulit, Ecce per gradus ad cameram ſuperiorem aſcendimus, ubi iuuenes morantur, ſed caueas ne ſigno crucis te munias, quod dum me facturam aſſeruiſſem, illa præcedente, ego per gradus ſequendo, occulte me ſigno crucis muniui.
Vnde contigit quod in ſummitate graduum, & ante cameram pariter conſtitutæ, illa uetula horribili uultu, &

ſtomachato animo ſe uertendo, & me aſpiciendo dixit; En maledicaris ſigno crucis, cur te ſignificaſti? abi hinc, in nomine diaboli recedas, ſicque ad propria redii illæſa.

Qua ex re colligitur, quantis uerſutiis antiquus ille hoſtis in ſeductionem animarum debachatur. Præfata denique balneatrix incinerata, per hunc modum aſſeruit, ab aliqua quadam uetula ſe ſeductam, cum tamen eius cõſodalis differenti modo, quia uidelicet dæmonẽ in uia in ſpecie humana inueniſſet, cum & ipſa intentionis fuiſset amaſium ſuum fornicationis cauſa uiſitare, & ubi a dæmone incubo cognita fuiſſet, & interrogata, an eum agnoſceret, & ipſa ſe cum minimè agnoſcere aſſereret. Ille reſpondit, Dæmon ſum, & ſi uolueris ad ſuũ beneplacitũ ſemper ero paratus, nec in quibuſcũque neceſſitatibus te deſeram. Ad quæ illa dum annuiſſet, decet & octo annis uſque uidelicet ad ultimum uitæ, ſpurcitiis illis diabolicis inſeruiuit, cum fidei tamen omnimoda abnegatione. Et eſt tertius modus alliciendi per uiam mœſticæ, & paupertatis. Nam corruptis iuuenculis, & ſpretis ab amatoribus, quibus ſe nubendi gratia, ad eorum præmiſſa impudicitiæ compilauerant, ut iam omni fruſtrantur confidentia, & ſe undiq; infamatas cõſiderant, etiam ad quæcunq; diabolica præſidia ſe conuertunt, aut ratione uindictæ illum maleficiendo, amatorem, ſeu illam, cui ſe coniunxit, aut alias omnibus ſpurcitiis ſe ſubmittendo machinãtur. Et ſicut talium iuuẽcularum non eſt numerus, ut heu experientia docet ita nec numerus maleficarum, ex eis inſurgentium, pauca ex multis referamus. Eſt locus id diocœſi Brixin. ubi iuuenis ſuper vxorem ſibi maleficiatam, talem caſum depoſuit, me enim tempore iuuentutis, quandã ait adamãdo, dum ipſa iurgiter inſtaret, ut eam in matrimonio copularem, & ego eam ſpernendo, aliam ex alio dominio duxiſſem in uxorem, uolens tamen amicitiæ gratia ei complacere, ipſam ad nuptias inuitabam. Quã uenicte, dum aliæ mulieres honeſtæ ſuas propinas, ſeu oblationes præſentarẽt, illa quæ inuitata fuerat, manum eleuans, cæ

teris

teris mulieribus quæ circunſtabant audientibus, dixit. Paucos dies ſanos poſt hanc diem habebis. Et ſponſa territa, cum eam non cognoſceret, eo ut præmiſſum eſt, ex alio dominio copulata fuerat, dum interrogaret circunſtantes, quænam eſſet, quæ ei huiuſmodi minas intuliſſet. Aliæ ipſam uagam, & diſſolutam mulierem exiſtere affirmabant, non minus tamen ea quæ prædixit, & eo ordine ſubſequuta fuerunt, Nam poſt paucos dies adeo malefica ta fuit, & omnibus membris deſtituta, quod etiam uſque in præſens, ultra annos decẽ, in ſuo corpore maleficia cernũtur, ſi ea quæ in uno duntaxat oppido illius diocœſis reperta ſunt, inferenda eſſent, liber integer foret conficiendus, conſcripta aũt ſunt, & repoſita ſunt apud eundẽ Epiſcopũ Brixin. & utique ſtupenda & innaudita, ut teſtis idẽ exiſtit. Nec ſilentio prætereundum putamus rem ſtupendam & inauditam. Nam Comes quidam præclarus, genere Vueſtrauienſis territorij, in confinibus Argentinenſis diocœſis iuuenculam ſimili genere pręclaram, duxit uxorem, quàm tamen poſt celebratas nuptias, uſq; ad tertiũ annum, carnaliter cognoſcere non poterat, maleficiali impedimento, ut rei probauit euentus præpeditus, anxius, & quid agere ignorans, & Sanctus Dei iugiter interpellans. Accidit ut ad ciuitatem Metenſem, ob negotiorum quorundã expeditionem applicaret. In qua dum ꝑ uicos & plateas, ſeruis & familia uallatus incederet, quandam mulierem, quæ ante illos annos concubina ſua fuerat, ob uiam haberet, qua uiſa, dum ſuper maleficia ſibi illata minimè cogitaret, improuiſæ eam blandè ex antiqua amicitia contracta alloquitur, & qualiter ſe haberet, ut ualeret inueſtigat. At illa cernẽs Comitis pietatem, uiceuerſa Comitem de ualetudine ſui corporis & ſtatus, diligenter inueſtigauit, quo reſpondente quod bene, & proſpera cuncta ſibi ſuccederent. Illa attonita paululum ſiluit. Et Comes cernens eam attonitam, amplius uerbis blandis eam aggreditur, ad collationem inuitando. At illa de ſtatu uxoris inueſtigando, ſimile reſponſum accipit, quod bene in omnibus ſe haberet. Tunc illa an ne pueros generaſſet.

inqui-

inquiſiuit. Et Comes: tres mihi, ait, ſunt pueri maſculi quolibet anno unum genuit. Tunc amplius illa ſtupefacta paululum ſiluit. Et Comes, rogo te chariſſima, cur tam diligenter inquiris indica, nec enim dubito quin meæ fœlicitati congratularis. Tunc illa. Vere congratulator; ſed maledicatur illa uetula, quæ obtulit ſe corpus ueſtrum velle maleficare, vt carnalem actū cum vxore veſtra exercere minime haberetis. In cuius ſignum, puteus qui eſt in medio curiæ ueſtræ, continet in fundo ollam, certas res maleficiales continentem, quæ ea de cauſa ibidē poſita fuit, ut quamdiu ibidem contineretur, tamdiu coeūdi impotentia vobis adeſſe, ſed ecce, omnia uana ſunt de quibus gaudeo, &c. Nec omnes diu diſtulit, ad domum regreſſus, puteum exhauriri fecit, ollam reperit, & cuncta concremando potentiam illam perditam ſubito recuperauit. Vnde Comitiſſa denuo nobiles quaſque ad nuptias nouas inuitauit, affirmans ſe iam dominam illius caſtri & dominij, quæ tanto tempore uirgo permāſiſſet. Caſtrum & dominum, propter honorem Comitis non expedit nominatim exprimere; hoc enim ipſum recta non perſuadet & ut ſubſtantia facti in deteſtationem tanti criminis detegatur. Ex quibus patent varij modi a maleficis viſitari, in augmentum ſuæ perfidiæ. Præfata.n. mulier, quia ab vxore Comitis expulſa, hoc maleficiū Comiti ex alterius maleficæ informatione tulerat, qua de cauſa innumeri effectus maleficiales ſequuntur.

Sequitur de modo ſacrilegæ profeſſionis.
Cap.II.

Modus aūt ſacrilegę profeſſionis, ſuper expreſſum pactū fidelitatis cū dæmonibus uariis exiſtit, utpote cum & ipſæ maleficæ uarijs exercitijs circa maleficia inferenda inſiſtunt. Pro cuius intellectu eſt primo aduertēdū, quod ſicut in genere triplices apparēt maleficæ, ut in prima parte tractatus tactum eſt

ſcilicet ledentes, ſed curare non ualentes. Curantes & ex aliquo ſingulari pacto cum dæmone inito nō lædentes, lędentes & curantes ita & inter lædentes unum genus exiſtit ſupremum, in quo genere exiſtentes, omnia alia maleficia quæ aliæ ſparſim exercent perpetrare ualent. Vnde profitendi ubi deſcribitur, ſatis declarat de alijs ſpeciebus. Sunt autem hæ quæ contra humanæ naturæ inclinationem, imo omnium ferarum, propriæ ſpeciei infantes uorant, & comedere ſolent. Et hæc eſt ſuprema ſpecies in maleficis exercendis, ſunt enim quæ ad innumera nocumenta aliā tendūt. Hæ enim grandines & auras læſiuas cum fulminibus exagitant, ſterelitatem in hominibus & iumētis procurāt, Infantes quos nō deuorēt, dæmonibus (ut ſupra patuit) offerūt, aut alias occidunt. Sed hoc circa infantes non renatos fonte baptiſmatis, quos autem deuorant renati ſunt ut patebit, ſed non niſi Deo permittente. Sciunt & infantes prope aquas ambulantes, in ipſas nullo uidente, in aſpectu parentum proiicere equos ſub inſeſſoribus freneticos facere, de loco ad locum per aera, uel corporaliter, uel imaginarie tranſmeare, iudicū & præſidentium animos ne eis nocere ualeant immutare, taciturnitatem ſibi & aliis in tormentis procurare, in ſe capientium manus & animos tremorem magnū incurrere, occulta aliis manifeſtare, & quædam futura ex dæmonum informatione, qua uidelicet aliquā cauſam poſſunt habere naturalem prædicere, uide quæſtionem, an dæmones ualeant futura præcognoſcere; in 2. ſen. diſt. 12. abſentia uelut præſentia conſpicere, ad amorem uel odium in ordinatum mentes hominum immutare, ictu fulminis nō nunquam quem uolunt, ſeu etiam aliquos homines & iumenta interimere. uim generatiuam, aut etiam potentiam coeundi auferre, aborſum procurare, infantes in utero matris ſolum exteriori tactu interimere, ſolo etiam uiſu abſque tactu, interdum homines & iumenta maleficiare, & mortem inferre, proprios infantes dæmonibus dedicare & breuiter omnia ut præmiſſum eſt, peſtifera, quæ aliæ maleficæ ſparſim procurare ſciunt, quando Dei iuſti-

iuſtitia talia fieri permittit. Heu in illo genere ſupremo exiſtentes perpetrare ſciunt, non autem econuerſo, hoc tamen eſt commune omnium, ſpurcitias carnales cum dæmonibus exercere, ideo & ex illorum modo proficiendi, qui in ſupremo genere exiſtunt, aliarum maleficarum modum faciliter quis capere poteſt. Fuerunt autem tales, dudum, ante triginta annos in confinibus Sabaudiæ, uerſus dominium Bernenſium, ut recitat Nider in ſuo formicario, Nunc autem in confinibus Lombardiæ, uerſus dominium ducis Auſtriæ, ubi & inquiſitor Cumanus ut in præcedente parte tactum eſt, uno anno quadraginta & unam maleficā incinerari fecit; & fuit anno domini, &c. 85. qui etiam adhuc continue inquirendo laborat. Modus autem profitendi duplex eſt. Vnus ſolennis per ſimile ad uotum ſolenne. Alius priuatus, qui ſeorſum dæmoni quacunque hora fieri poteſt. Solennis inter eos fit, ubi maleficæ in certam concionem ſtatuto die ueniunt, & dæmonem in aſſumpta effigie uident hominis, qui, dum ſuper ſeruandam ſibi fidelitatem, cum temporalium proſperitate, & longitudine uitæ hortatur, illæ q̄ aſſunt nouitiam ſuſcipiendam ſibi cōmendant. Et dæmon ſi de abneganda fide, & cultu Chriſtianiſſimo, & de extenſa muliere, ſic enim & beatiſſimam uirginem Mariam nuncupant, & ſi de ſacramentis nunquam ueneran dis inuenerit nouitium ſeu diſcipulum uoluntarium, tūc dæmon manum extendit, & uiceuerſa diſcipulus ſeu nouicia, ſtipulata manu illa ſeruare promittit, & dæmon habitis illis præmiſſis, ſtatim ſubiungit hæc non ſufficere, & ubi diſcipulus quænam ulterius ſint facienda inquirit. Dæmon omagium petit, quod continet, ut in anima & corpore, ſibi æternaliter pertineat, & pro poſſe alios quoſcunque utriuſque ſexus ſibi aſſociare uelit. Adiungit deníque, ut certa unguenta ex oſſibus & membris puerorū, & præcipue renatorum fonte baptiſmatis, ſibi conficiāt, per quæ cunctas ſuas uoluntates explere cum ſua aſſiſtentia poterit. Hunc modum nos inquiſitores (experientia teſte) percepimus in oppido Briſiaco Baſilienſis diocœſis,

plenam informationem capiendo ab una iuuencula maleſica, ſed conuerſa, cuius & matertera in diocœſi Argētinenſi incinerata fuerat, quæ etiam addiderat, quod per modum quo eius matertera ipſam primitus ſeducere tentaſſet talis erat. Quadam enim die ſecum per gradus aſcendere habebat, & eius iuſſu cameram intrare, ubi cum uidiſſet quindecim iuuenes in ueſtimentis uiridi coloris, ad modum quo Rutheri incidere ſolent, matertera ſibi dixit. Elige ex his iuuenibus, & eum quem uolueris, tibi tradam, & ipſe te ſibi in ſponſam aſſumet; & cum illa nullum ſe uelle habere aſſeruiſſet, grauiter uulnerata tādem acquieuit, modum exprimens præmiſſum, aſſeruit etiam quod ſępius per longa terrarum ſpacia, de nocte ſecum translata fuerat, etiam ab Argentina uſque Coloniam. Hæc eſt illa, cuius occaſione in prima quæſtione præmiſſum eſt nos uelle declarare, an maleficæ uere, & corporaliter a dęmonibus transferantur de loco ad locum, & hoc propter uerba canonis. 6.q.5.epiſcopi ubi textus ſentit, ꝙ ſolummodo imaginarie, cum tamen interdum ēt uere & corporaliter transferuntur. Interrogata enim an ſolū imaginarie & fantaſtice ſic inciderēt per dæmones illuſę. Reſpondit quod utroque modo, prout etiam ueritas ſe habet, ut inferius dæmon trasferendi localiter declarabitur. Aſſeruit etiam ꝙ maiora damna ob obſtetricibus inferuntur, quia ut plurimū infantes, aut habent interimere, aut dæmonibus offerre, ab ipſa etiam matertera aſſeruit ſe grauiter fuiſſe uerberatam, eo quod ollam quandā occultatam diſcooperiendo plurimorū infantium capita reperiſſet. Et plura alia retulit. prius præſtito pro dicenda ueritate iuramēto, ut decuit eius deniq; uerbis ſuper modum profitendi fides indubia, accommodatur etiam ꝑ ea quæ in ſuo formicario pręfatus Ioan. Nider doctor præcipuus, qui etiā noſtris temporibus miris claruit ſcriptu ris recitat, & hoc ex relatu Inquiſitoris Eduenſis, diocœſi qui etiam in ipſa diocœſi multos de maleficiis reos inquiſierat, & incenerari fecerat, dicit enim, præfato inquiſitore mihi referente percipi, quod in Lauſanenſi ducatu qui

dam malefici proprios natos infantes coxerant,& come derant.Modus aūt diſcendi talem artem fuit,ut dixit, q̄ malefici in certam concionem uenerunt,& opere eorum ueriſimiliter dæmonem,in aſſumpta imagine uiderūt homines,cui diſcipulus habebat neceſſario dare fidem de abnegando Chriſtianisſimo,& de euchariſtia nunquā adoranda,& de calcando ſuper crucem ibi latenter ualent. Sequitur aliud exemplum ab eodem. Fuit inſuper fama cōmunis Petro iudice in Botilgem referēte quod in terra Bernen.treſdecim infantes deuorati eſſent a maleficis quāobrem etiam publica iuſtitia ſatis durè exercerat in tales parricidias. Cū aūt Petrus q̄ſciuiſſet a quadā capta malefica,per quem modum infantes comederent. Illa reſpondit.Modus iſte eſt,nam infantibus nondum baptizatis,præcipue inſidiamur,uel etiam baptizatis, præſertim quando ſigno crucis non muniuntur & orationibus. Lector aduerte,quod ideo non baptizatis præcipuè inſidiantur inſtinctu diaboli,ut non baptizentur, ſequitur hos in cunabulis,uel ad altera iacētes parētum,ceremoniis noſtris occidimus,quos poſtquam putātur oppreſſi eſſe, uel aliunde mortui,& de tumulo clam furto recepimus,& in caldari decoquimus,quouſq; euulſis oſſibus tota caro efficitur bene potabilis,de ſolidiore materia unguētū facimus noſtris uoluntatibus & artibus, ac tranſuectionibus,accommodis,de liquiori uero humore flaſconem ut utrem replemus,de quo is qui potatus fuerit,additis paucis ceremoniis ſtatim cōſcius efficitur,& magiſter noſtræ ſectæ. Sequitur ad idem modus alius magis diſtinctus, & clarus,Nam iuuenis quidam cum uxore malefica captus, in Bernenſi iudicio,ſeorſum ab eadem,& in diſtincta turrim repoſitus,dixit.Si meorum facinorum ueniam conſequi poſſem,omnia quæ de maleficiis ſcio libens pateſacerem mori enim uideo me oportebit.Cūque per literatos circunſtantes audiſſet omnimodam poſſe cōſequi ueniam ſi uere pœniteret,tūc læte ſe morte obtulit, & modos primæuè perfectionis deſeruit.Ordo,inquit,talis eſt, quo etiā ſeductus ſum.Oportet primo ut dominico die

ante-

antequam aqua benedicta conſecratur, diſcipulum futurū cum magiſtris eccleſiā introire, & ibidē abnegare coram eis Chriſtum, eius fidem, baptiſma, & uniuerſalem eccleſiā. Deinde omagium præſtare magiſterulo, id eſt, paruo magiſtro, ita enim dęmonē & non aliter uocant. Vbi notandum ꝙ iſte modus cum aliis recitatis concordat. Nec obſtet quod dæmon interdum præſens eſt, ubi omagium ſibi prçſtatur, interdum uero non doloſe enim tunc operatur, cernens diſpoſitionem futuri diſcipuli, quem fortaſſis ab eius præſentia tanquā nouitius retraheretur timoris cauſa, cum tamen alias per ſibi notos & familiares facilius æſtimat eum aſſentire. Ideoq; eum & tunc magiſterulum uocant, cum abſens eſt, ut minori terrore, ex parua æſtimatione magiſtri cōcutiatur. Sequitur poſtremo de [illegible]tre bibit ſupra dicto quo, facto, ſtatim ſe interiorib⁹ ſen[illegible]it imagines noſtræ artis concipere & retinere ſuper prin[illegible]ipales ritus huius ſectæ. In hunc modū ait, ſeductus ſum. [illegible]t uxor mea. quàm tantæ pertinaciæ eſſe credo, ut potius [i]ncēdium ſuſtineat, quàm minimā fateri uelit ueritatem [s]ed heu ambo rei ſumus, ſicut dixit iuuenis ita ueritas per [o]mnia reperta eſt, nam præconfeſſus iuuenis in magna cōtritione mori uiſus eſt. Vxor uero teſtibus conuicta, nihil [u]eritatis nec in ipſa tortura fateri uoluit, nec in morte [s]ed incendio præparato per lictorem, eidem uerbis peſſi[m]is maledixit, & ſic incinerata fuit. Et quibus liquet mo[d]us profitendi earum ſolemnis. Alius uero modus priua[t]us fit diuerſis mediis. Interdum enim uiris aut mulieribus, aut aliqua alia corporali ſeu temporali afflictione in[u]olutis, dæmon aſtat, interdum uiſibiliter, interdum per medias alloquitur perſonas, & ſi ſecundum ſua conſilia agere uelint, omnia profutura pollicetur ad nutum, a paruis tamen ut in primo capitulo tactum eſt inchoando, ut ad maiora paulatim perducat. Varia poſſent adhuc deduci acta & geſta, per nos inquiſitione reperta, ſed quia difficultatem hæc materia non patitur, breuitati ſtudendum eſt cum ulteriori declaratione.

neceſſitate fœminis colloqui poſſet,ſed perfecta caſtitas polleret.Hæc ex formicario Nider. His igitur tribus gene ribus hominũ demptis,nemo ſecurus a maleficis, quin ex decem & octo modis infra ſcriptis, aut maleficiatur, aut ad maleficium tentatur & incitatur,de quibus per ordinem. Primo eſt differendum,ut poſt clarius; quibus remediis maleficiati poſſint reuelari diſcutiatur, & ut eo clarius pateant ipſi decem & octo modi,per totidem capitula deducentur,ut primo circa maleficarum introitũ pateant diuerſi modi,per quos ipſæ maleficæ innoxias iu uenculas in augmẽtum illius perfidei attrahunt. Secũdo de modo ſacrilegæ profeſſionis earum; ubi & quædam declaratio omagii præſtandi ipſi diabolo inducitur. Tertio de modo,quo localiter trãſferuntur in corpore,uel in ſpiritu.Et quarto quomodo ſe incubis dæmonibus ſubiiciunt.Quinto de modo generali,prout per Sacramenta eccleſiæ ſua maleficia exercent, & in ſpeciali de modo quo demptis corporibus cœleſtibus, quaſcunq; creaturas deo permittente,inficere ſolent.Sexto,de modo quo uim generatiuam impedire ſolent.Septimo,ſuper modum, quo membra uirilia auferre præſtigioſa arte ſolent. Octauo ſuper modum,quo homines in beſtiales formas tranſmutare ſolent.Nono ſuper modum quo dæmones intra capita ſine læſione exiſtunt,quando præſtigioſas apparitiones operantur.Decimo ſuper modum quo dęmones operatione maleficarum,homines interdum ſubſtantialiter inhabitant. Vndecimo,quo omne genus infirmitatis inferre ſolent,& hoc in generali,Duodecimo de quibuſdã infirmitatibus in ſpeciali.Decimotertio ſuper modũ quo obſtetrices maleficę, maiora damna inferunt,dum infantes aut interimunt, aut dæmonibus execrando offerunt. Decimoquarto,ſuper modum quo iumentis varia nocumenta inferunt. Decimoquinto ſuper modum quo grandines & tempeſtates concitare, & fulgura fulminare ſuper homines,& iumenta ſolent.Decimoſexto, decimoſeptimo,& decimooctauo,ſuper tres modos quo tantum viri, & non mulieres maleficijs ſunt intenti.Poſt hæc ſequetur

quæſtio ſuper modos tollendi huiuſmodi maleficia. Nec æſtimat quis funditus horum notitiam capere, pro ea ꝙ hi uarii modi ſuper uaria maleficia inferenda recitantur. Hoc enim & modicum utile, imo fortaſſis & nocere poſſet, nequo enim prohibiti libri nigromantiæ hic inferuntur, cum hoc genus ſuperſtitionis, nõ libris aut doctis, ſed omnino ab imperitis practicantur, unum habens ſundamentum dum illud non exprimitur, aut practicatur. impoſſibile ſit aliquem maleficiis ut maleficum inſiſtere.

Recitantur autem hic modi in ſuperficie, ut eorum opera non incredibilia uideantur, ſicut hucuſq; in magnã fidei contumeliam, & ipſorum maleficorum augumẽtum actũ eſt, ꝙ ſi aliquis ex prehabitis, cum dictũ eſt aliquos præſer uari per influentias corporum cœleſtiũ, ut maleficiari nullo modo poſſint, uelit hoc etiam attribuere illis influentiis, dum aliqui maleficiantur, quaſi quædã neceſſitas ibi ſit, ſiue ad preſeruandum a maleficiis, ſiue ad inferendũ ab illis, talis non recte mentem doctorum ſaperet, uariis reſpectibus. Primo, quia enim tria ſunt, quæ a tribus cœleſtibus cauſis dirigi poſſunt, ſcilicet, uoluntatis actus, intellectus, actus, & corporalia. Et primum, ut ſupra tactum eſt, a ſolo DEO. & immediate dirigitur, ut Secundum uero ab Angelo, Tertium a cœleſti corpore, licet dirigitur non tamen neceſſitatur. Secundo, quia enim ex dictis manifeſtum eſt, quod electiones & uoluntates immediate a DEO diriguntur, iuxta apoſtolum, Deus eſt, qui operatur in nobis uelle, & perficere, pro bona uoluntate, & cognitio humana intellectiua, a DEO, mediantibus angelis ordinatur, Ideo etiam corporalia quæcũque, ſiue ſint interiora, ut uirtutes & ſcientiæ acquiſitæ per corporles potentias interiores, ſiue ſint exteriora, ut ſanitates & ægritudines a cœleſtibus corporibus, mediantibus angelis diſpenſantur, quod & Dionyſius tangit, in quarto capite, de diui. nominibus, quod corpora cœleſtia ſunt cauſæ eorum quæ in hoc mundo fiunt, tamen hæc ſunt intelligenda quo ad ſanitates, & ægritudines naturales. Hæ autem ægritudines, cum ſint ſuper naturales, propter dæ-

monis potentiam, quæ illas DEO permittente infert, ideo non poſſumus dicere, quod ex influentiis corporum cœleſtium cõtingat quod aliquis maleficiatur ſicut benedici poteſt, quod ex influẽtiis corporum cœleſtium eſt, quod aliquis maleficiari non poteſt. Et ſi dicitur quod oppoſita habent fieri circa idem, & ſicut propoſitũ in propoſito, ita oppoſitum in oppoſito. Reſpondetur ꝙ ubi aliquis prę́ſeruatur uirtute corporũ cæleſtium ab infirmitatibus his ſuper naturalibus, hoc non fit uirtute corporũ cœleſtiũ immediate, ſed uirtute Angelica, quę illã influẽtiam confortare poteſt, ut inimicus ſuis maleficiis nõ poſſit ſuper eam præualere, & uirtus illa angelica poteſt deriuari, uel a motori orbis cœleſtis, ut ſi iam in puncto quis mori deberet, ſuper periodo naturali, DEVS ſua potentia qui ſemper per medias cauſas huiuſmodi operatur, hoc immutare poteſt uirtutẽ conſeruatiuã, pro defectu naturæ immittendo, & eius influentiæ, ita & dicere poſſumus de eo qui maleficari poſſet, quod etiam tali modo a maleficiis præſeruatur, uel fit talis præſeruatio ab Angelo ad cuſtodiendum deputato, quæ etiam pręcipua eſt inter omnes cuſtodias. Et quod dicitur Hiere. 22. Scribe uirum iuſtum ſterilem, qui in diebus ſuis non proſperatur. Hoc intelligitur quantum ad electiones uolũtatis, in quibus homo unus proſperatur, alius non quod etiam contingere poteſt ex influentiis corporum cœleſtium. uerbi gratia. Aliquis inclinatur ex impreſſione corporum cœleſtiũ, ad aliquas electiones utiles, ut de ingreſſu religionis uel huius. Et cum ex lumine illuminatur eius intellectus ad eadem agenda, & ex diuina operatione inclinatur eius uoluntas ad hoc proſequendum, talis dicitur bene proſperari uel etiam quando quis inclinatur ad aliquã artem, uel ad aliquid utile practicandum. E contra dicetur male fortunatus, quando ex ſuperioribus cauſis ad contraria eius electio inclinatur. De quibus ſententiis & multis aliis loquitur ſanctus Thomas, in ſum. contra Gẽti. lib. 3. & in pleriſq; aliis locis, quomodo differt dicere aliquem eſſe bene, uel male natum, bene uel male fortunatum, bene uel

ne uel male gubernatum & cuſtoditum. Quia ex diſpoſitione relicta à corpore cœleſti, dicitur aliquis bene, uel male natus, & ſic etiam fortunatus, ſecundum uero quod ab Angelo illuminatur, dicitur bene cuſtoditus, & nõ male, ubi ſequuntur illuminationes. Sed ſecundum quod à DEO in bonum, & illud proſequitur, dicitur bene gubernatus. Quæ tamen electiones hic non habent locum, quia de ipſis nõ intendimus, ſicut de præſeruatione a maleficiis inferendis. De qua ad præſens ſufficiat, aggrediendo earum ceremonialia, quę ab eis practicãtur, & primo quibus modis innoxios ad earum perfidiam alliciunt.

De diuerſis modis, quibus dæmones attrahunt, & alliciunt innoxios per maleficas ad augmentum illius perfidiæ.

CAPITVLVM PRIMVM.

SVNT autem tres modi prę cæteris, quibus dæmones per maleficas innoxios ſubuertunt. Et ex quibus continue illa perfidia augmentatur. Et primus eſt per tędiũ ex importuna temporalium damnificatione. Nam ſicut S. Gregorius dicit, Diabolus frequenter, tentat, ut ſaltem tędium uincat. Intelligas hoc tamen infra uires tentati, ut ſuper diuinã permiſſionem. Declara quod DEVS permittit, ne homines ignauia torpeant. In cuius figura Iudicum. 2. Has gentes non deleuit Deus, ut erudiret Iſrael in eis, & loquitur de finitimis nationibus Chananæorum, Iebuſæis & aliis. Et iam Huſſitę, & alii hęretici permittuntur, vt delere non valeant, Ita & dæmones per maleficas tantis afficiunt damnis in tẽporibus, uicinos & innoxios, ut quaſi coacti, maleficarum ſuffragia primo habeant implorare, & demum earum conſiliis ſe ſubmittere, experientia ſæpe nos edocuit.

cuit, Nouimus in diocœſi Auguſtienſi hoſpitem, cui infra annum 44. qui ſucceſſiuè dum fuiſſent maleficiati, uxor tædio affecta maleficas conſuluit, & iuxta eorum conſilia vtique non ſalubria, alios quos ex poſt emerat, quia uector erat, a maleficiis præſeruauit, quantæ denique mulieres in officio inquiſitionis nobis exiſtentibus conqueſtæ fuerunt, quod dum propter damna uaccis, ex priuatione lactis, & aliis iumentis illatis, ſuſpectas maleficas conſuluiſſent, etiam remedia oblata percepiſſent, dum modo aliquid uni ſpiritui promittere uoluiſſent, & illis inquirentibus, quidnam promittendum foret, reſpondebant parum hoc eſſe, dum modo informationibus illius magiſtri aſſentirent, ſuper certas obſeruantias tēpore diuinorum in Eccleſia, aut in confeſſionibus. Sacerdotibus faciendum, aliqua ſubticendo aſſentirent. Vbi notandum, quod ut ſupra tactum eſt, ille artifex, a minimis & paucis inchoat, quo idem tempore eleuationis corporis Chriſti in terram ſpumant, aut oculos claudant, quod aliqua verba inutilia proferant, ſicut & nouimus eam, quæ adhuc ſupereſt ſeculari brachio defenſa, quando infra miſſarum ſolemnia, ſacerdos populum ſalutat, dicendo, Dominus vobiſcum, ita ſemper ſubiungit, vulgari ſermone, Keer myr die zunge jm arſzumb. Aut quod in confeſſione poſt abſolutionem factam etiam ſimilia proferant, aut quòd nunquam ex integro confiteantur, præcipuè mortalia peccata, ſicque ad omnimodam fidei abnegationem, & ſacrilegam profeſſionem paulatim perducuntur. Et hic modus, ſeu etiam quicunque conſimilis obſeruatur a maleficis, erga honeſtas matronas uitiis carnalibus minus deditas, magis autem terrenis cōmodis inhiantibus. Sed erga iuuenculas, ambitioni & uoluptatibus corporis magis deditas alium modum obſeruant, ſcilicet, per carnalia deſideria, & uoluptates corporis. Vbi notandum, quod ſicut intentio & appetitus diaboli maior eſt ad tentandum bonos quàm malos, licet ex parte tentatorum magis tentat malos quā bonos, id eſt, ꝙ amplior habilitas reperitur in malis, ad recipiendum tentationem

dæmonis quã ſit in bonis. Ita & diabolus ſanctiores quaſ que uirgines & puellas, magis ſeducere conatur, cui experientia ſupereſt, & etiam ratio. Nam cum malos iam poſsideat, non autem bonos, ideo magis conatur ſeducere ad ſui dominium iuſtus quos non habet, quam poſſeſſos malos. Sicut etiam aliquis princeps terrenus magis inſurgit contra illum, qui plus aufert de iure ſuo, quàm contra quoſuis alios, qui non ſibi contrariantur. Experientia. Nã in oppido Rauenſpurgæ, duabus incineratis, prout etiã inferius patebit, ubi de modo quem obſeruant, concitando tempeſtates tãgetur, una illa balneatrix inter alia, quę faſſa fuerat, hoc etiam recitauit ſe multas a diabolo fuiſſe perpeſſas iniurias, ea de cauſa, quòd uirginem quandam deuotam, & filiam cuiuiſdam prædiuitis, quem nominare non opus eſt, cum & ipſa iam defuncta ſit, diſponente diuina clementia, ne malitia deprauaret cor eius, ſeducere deberet, taliter ut ipſam feſtiuo aliquo die inuitaret, ut ipſe dæmon in ſpecie iuuenis, cum ea ſua colloquia habere poſſet. Adderat etiam, quod licet ſæpiſsimè hoc facere attentaſſet, ſemper tamen ubi iuuenculam fuiſſet allocuta, illa ſigno ſanctę crucis ſe muniuit. Et hoc utique ex inſtinctu ſancti angeli, ad effugendum opera diaboli processiſſe nemo dubitat. Eſt & alia uirgo in diocœſi Argentinenſi conſtituta, quæ uni ex noſtris confeſſa, aſſeruit, quod die quadam dominica, dum ſolitaria in domo paterna incederet, uetula quædam illius oppidi ipſam uiſitandi gratia acceſſit, & inter alia ſcurrilia uerba quæ protulerat, hæc ultimatim ſubiunxit, ut eam ſi placeret, ad locum ubi iuuenes omnibus hominibus oppidi incogniti morarentur, deduceret. Et dum ait uirgo aſſenſum præbuiſſem, & ipſam ſubſequuta ad domum ueniſſem, uetula ſubintulit, Ecce per gradus ad cameram ſuperiorem aſcendimus, ubi iuuenes morantur, ſed caueas ne ſigno crucis te munias, quod dum me facturam aſſeruiſſem, illa præcedente, ego per gradus ſequendo, occulte me ſigno crucis muniui. Vnde contigit quòd in ſummitate graduum, & ante cameram pariter conſtitutæ, illa uetula horribili uultu, &

ſtoma-

ſtomachato animo ſe uertendo, & me aſpiciendo dixit; En maledicaris ſigno crucis, cur te ſignificaſti? abi hinc, in nomine diaboli recedas ſicque ad propria redii illæſa.

Qua ex re colligitur, quantis uerſutiis antiquus ille hoſtis in ſeductionem animarum debachatur. Præfata denique balneatrix incinerata, per hunc modum aſſeruit, ab aliqua quadam uetula ſe ſeductam, cum tamen eius cõſodalis differenti modo, quia uidelicet dæmonẽ in uia in ſpecie humana inueniſſet, cum & ipſa intentionis fuiſset amaſium ſuum fornicationis cauſa uiſitare, & ubi a dæmone incubo cognita fuiſſet, & interrogata, an eum agnoſceret, & ipſa ſe cum minimè agnoſcere aſſereret. Ille reſpondit, Dæmon ſum, & ſi uolueris ad ſuũ beneplacitũ ſemper ero paratus, nec in quibuſcũque neceſſitatibus te deſeram. Ad quæ illa dum annuiſſet, decet & octo annis uſque uidelicet ad ultimum uitæ, ſpurcitiis illis diabolicis inſeruiuit, cum fidei tamen omnimoda abnegatione. Et eſt tertius modus alliciendi per uiam mœſticæ, & paupertatis. Nam corruptis iuuenculis, & ſpretis ab amatoribus, quibus ſe nubendi gratia, ad eorum premiſſa impudicitiæ compilauerant, ut iam omni fruſtrantur confidentia, & ſe undiq; infamatas cõſiderant, etiam ad quæcunq; diabolica præſidia ſe conuertunt, aut ratione uindictæ illum maleficiendo, amatorem, ſeu illam, cui ſe coniunxit, aut alias omnibus ſpurcitiis ſe ſubmittendo machinãtur. Et ſicut talium iuuẽcularum non eſt numerus, ut heu experientia docet ita nec numerus maleficarum, ex eis inſurgentium, pauca ex multis referamus. Eſt locus id diocœſi Brixin. ubi iuuenis ſuper vxorem ſibi maleficiatam, talem caſum depoſuit, me enim tempore iuuentutis, quandã ait adamãdo, dum ipſa iurgiter inſtaret, ut eam in matrimonio copularem, & ego eam ſpernendo, aliam ex alio dominio duxiſſem in uxorem, uolens tamen amicitiæ gratia ei complacere, ipſam ad nuptias inuitabam. Qua uenieẽte, dum aliæ mulieres honeſtæ ſuas propinas, ſeu oblationes præſentarẽt, illa quæ inuitata fuerat, manum eleuans, cæ-

teris mulieribus quæ circunſtabant audientibus, dixit. Paucos dies ſanos poſt hanc diem habebis. Et ſponſa territa, cum eam non cognoſceret, eo ut præmiſſum eſt, ex alio dominio copulata fuerat, dum interrogare t circunſtantes, quænam eſſet, quæ ei huiuſmodi minas intuliſſet. Aliæ ipſam uagam, & diſſolutam mulierem exiſtere affirmabant, non minus tamen ea quæ prædixit, & eo ordine ſubſequuta fuerunt, Nam poſt paucos dies adeo malefica ta fuit, & omnibus membris deſtituta, quod etiam uſque in præſens, ultra annos decē, in ſuo corpore maleficia cernūtur, ſi ea quæ in uno duntaxat oppido illius diocœſis reperta ſunt, inferenda eſſent, liber integer foret conficiendus, conſcripta aūt ſunt, & repoſita ſunt apud eundē Epiſcopū Brixin. & utique ſtupendā & innaudita, ut teſtis idē exiſtit. Nec ſilentio prætereundum putamus rem ſtupendam & inauditam. Nam Comes quidam præclarus, genere Vueſtrauienſis territorij, in confinibus Argentinenſis diocœſis iuuenculam ſimili genere prēclaram, duxit uxorem, quàm tamen poſt celebratas nuptias, uſq; ad tertiū annum, carnaliter cognoſcere non poterat, maleficiali impedimento, ut rei probauit euentus præpeditus, anxius, & quid agere ignorans, & Sanctus Dei iugiter interpellans. Accidit ut ad ciuitatem Metenſem, ob negotiorum quorundā expeditionem applicaret. In qua dum p uicos & plateas, ſeruis & familia uallatus incederet, quandam mulierem, quæ ante illos annos concubina ſua fuerat, ob uiam haberet, qua uiſa, dum ſuper maleficia ſibi illata minimè cogitaret, improuiſæ eam blandè ex antiqua amicitia contracta alloquitur, & qualiter ſe haberet, ut ualeret inueſtigat. At illa cernēs Comitis pietatem, uiceuerſa Comitem de ualetudine ſui corporis & ſtatus, diligenter inueſtigauit, quo reſpondente quod bene, & proſpera cuncta ſibi ſuccederent, Illa attonita paululum ſiluit. Et Comes cernens eam attonitam, amplius uerbis blandis eam aggreditur, ad collationem inuitando. At illa de ſtatu uxoris inueſtigando, ſimile reſponſum accipit, quod bene in omnibus ſe haberet, Tunc illa an ne pueros generaſſet inqui-

inquiſiuit. Et Comes: tres mihi, ait, ſunt pueri maſculi quolibet anno unum genuit. Tunc amplius illa ſtupefacta paululum ſiluit. Et Comes, rogo te chariſſima, cur tam diligenter inquiris indica, nec enim dubito quin meæ fœlicitati congratularis. Tunc illa. Verè congratulator; ſed maledicatur illa uetula, quæ obtulit ſe corpus ueſtrum velle maleficare, vt carnalem actũ cum vxore veſtra exercere minime haberetis. In cuius ſignum, puteus qui eſt in medio curiæ ueſtræ, continet in fundo ollam, certas res maleficiales continentem, quæ ea de cauſa ibidẽ poſita fuit, ut quamdiu ibidem contineretur, tamdiu coeũdi impotentia vobis adeſſe, ſed ecce, omnia uana ſunt de quibus gaudeo, &c. Nec omnes diu diſtulit, ad domum regreſſus, puteum exhauriri fecit, ollam reperit, & cuncta concremando potentiam illam perditam ſubito recuperauit. Vnde Comitiſſa denuo nobiles quaſque ad nuptias nouas inuitauit, affirmans ſe iam dominam illius caſtri & dominij, quæ tanto tempore uirgo permãſiſſet. Caſtrum & dominum, propter honorem Comitis non expedit nominatim exprimere; hoc enim ipſum recta non perſuadet & ut ſubſtantia facti in deteſtationem tanti criminis detegatur. Ex quibus patent varij modi a maleficis viſitari, in augmentum ſuæ perfidiæ. Præfata.n. mulier, quia ab vxore Comitis expulſa, hoc maleficiũ Comiti ex alterius maleficæ informatione tulerat, qua de cauſa innumeri effectus maleficiales ſequuntur.

Sequitur de modo ſacrilegæ profeſſionis. *Cap. II.*

MOdus aũt ſacrilegę profeſſionis; ſuper expreſſum pactũ fidelitatis cũ dæmonibus uariis exiſtit, utpote cum & ipſæ maleficæ uarijs exercitijs circa maleficia inferenda inſiſtunt. Pro cuius intellectu eſt primo aduertẽdũ, quod ſicut in genere triplices apparẽt maleficæ, ut in prima parte tracta: us tactum eſt

ſcili-

ſcilicet lędentes, ſed curarę non ualentes. Curantes & ex aliquo ſingulari pacto cum dæmone inito nō lædentes, lędentes & curantes ita & inter lædentes unum genus exiſtit ſupremum, in quo genere exiſtentes, omnia alia maleficia quæ aliæ ſparſim exercent perpetrare ualent. Vnde profitendi ubi deſcribitur, ſatis declarat de aliis ſpeciebus. Sunt autem hæ quæ contra humanæ naturæ inclinationem, imo omnium ferarum, propriæ ſpeciei infantes uorant, & comedere ſolent. Et hæc eſt ſuprema ſpecies in maleficis exercendis, ſunt enim quæ ad innumera nocumenta alia tendūt. Hæ enim grandines & auras læſiuas cum fulminibus exagitant, ſterelitatem in hominibus & iumētis procurāt, Infantes quos nō deuorēt, dæmonibus (ut ſupra patuit) offerūt aut alias occidunt. Sed hoc circa infantes non renatos fonte baptiſmatis; quos autem deuorant renati ſunt ut patebit, ſed non niſi Deo permittente. Sciunt & infantes prope aquas ambulantes, in ipſas nullo uidente, in aſpectu parentum proiicere equos ſub inſeſſoribus freneticos facere, de loco ad locum per aera, uel corporaliter, uel imaginarie tranſmeare, iudicū & præſidentium animos ne eis nocere ualeant immutare, taciturnitatem ſibi & aliis in tormentis procurare, in ſe capientium manus & animos tremorem magnū incurrerę, occulta aliis manifeſtare, & quædam futura ex dæmonum informatione, qua uidelicet aliquā cauſam poſſunt habere naturalem prædicere, uidę quæſtionem, an dæmones ualeant futura præcognoſcere; in 2. ſen. diſt. 12. abſentia uelut præſentia conſpicere, ad amorem uel odium inordinatum mentes hominum immutare, ictu fulminis nō nunquam quem uolunt, ſeu etiam aliquos homines & iumenta interimere. uim generatiuam, aut etiam potentiam coeundi auferre, aborſum procurare, infantes in utero matris ſolum exteriori tactu interimere, ſolo etiam uiſu abſque tactu, interdum homines & iumenta maleficiare, & mortem inferre, proprios infantes dæmonibus dędicare & breuiter omnia ut præmiſſum eſt, peſtifera, quæ aliæ maleficæ ſparſim procurare ſciunt, quando Dei

iuſti-

iuſtitia talia fieri permittit. Heu in illo genere ſupremo exiſtentes perpetrare ſciunt, non autem econuerſo, hoc tamen eſt commune omnium, ſpurcitias carnales cum dæmonibus exercere, ideo & ex illorum modo proficiendi, qui in ſupremo genere exiſtunt, aliarum maleficarum modum faciliter quis capere poteſt. Fuerunt autem tales, dudum, ante triginta annos in confinibus Sabaudiæ, uerſus dominium Bernenſium, ut recitat Nider in ſuo formicario, Nunc autem in confinibus Lombardiæ, uerſus dominium ducis Auſtriæ; ubi & inquiſitor Cumanus ut in precedente parte tactum eſt, uno anno quadraginta & unam malefica incinerari fecit; & fuit anno domini, &c. 85. qui etiam adhuc continue inquirendo laborat. Modus autem profitendi duplex eſt. Vnus ſolennis per ſimile ad uotum ſolenne. Alius priuatus, qui ſeorſum dæmoni quacunque hora fieri poteſt. Solennis inter eos fit, ubi maleficæ in certam concionem ſtatuto die ueniunt; & dæmonem in aſſumpta effigie uident hominis, qui, dum ſuper ſeruandam ſibi fidelitatem, cum temporalium proſperitate, & longitudine uitæ hortatur, illæ quæ aſſunt nouitiam ſuſcipiendam ſibi cõmendant. Et dæmon ſi de abneganda fide, & cultu Chriſtianiſſimo, & de extenſa muliere, ſic enim & beatiſſimam uirginem Mariam nuncupant, & ſi de ſacramentis nunquam uenerandis inuenerit nouitium ſeu diſcipulum uoluntarium, tũc dæmon manum extendit, & uiceuerſa diſcipulus ſeu nouicia, ſtipulata manu illa ſeruare promittit, & dæmon habitis illis præmiſſis, ſtatim ſubiungit hæc non ſufficere, & ubi diſcipulus quænam ulterius ſint facienda inquirit. Dæmon omagium petit, quod continet, ut in anima & corpore, ſibi ęternaliter pertineat, & pro poſſe alios quoſcunque utriuſque ſexus ſibi aſſociare uelit. Adiungit denique, ut certa unguenta ex oſſibus & membris puerorũ, & præcipue renatorum fonte baptiſmatis, ſibi conficiãt, per quæ cunctas ſuas uoluntates explere cum ſua aſſiſtentia poterit. Hunc modum nos inquiſitores (experientia teſte) percepimus in oppido Briſiaco Baſilienſis diocœſis,

ple-

plenam informationem capiendo ab una iuuencula maleſica,ſed conuerſa,cuius & matertera in diocœſi Argẽtinenſi incinerata fuerat,quæ etiam addiderat, quod per modum quo eius matertera ipſam primitus ſeducere tentaſſet talis erat.Quadam enim die ſecum per gradus aſcendere habebat,& eius iuſſu cameram intrare, ubi cum uidiſſet quindecim iuuenes in ueſtimentis uiridi coloris, ad modum quo Rutheri incidere ſolent,matertera ſibi dixit. Elige ex his iuuenibus, & eum quem uolueris, tibi tradam,& ipſe te ſibi in ſponſam aſſumet;& cum illa nullum ſe uelle habere aſſeruiſſet,grauiter uulnerata tãdem acquieuit,modum exprimens præmiſſum, aſſeruit etiam quod ſępius per longa terrarum ſpacia, de nocte ſecum translata fuerat,etiam ab Argentina uſque Coloniam. Hæc eſt illa,cuius occaſione in prima quæſtione præmiſſum eſt nos uelle declarare,an maleficæ uere & corporaliter a dęmonibus transferantur de loco ad locum,&hoc propter uerba canonis. 6.q.5.epiſcopi ubi textus ſentit, ꝙ ſolummodo imaginarie,cum tamen interdum ẽt uere & corporaliter transferuntur. Interrogata enim an ſolũ imaginarie & fantaſtice ſic inciderẽt per dæmones illuſę. Reſpondit quod utroque modo, prout etiam ueritas ſe habet,ut inferius dæmon traſferendi localiter declarabitur. Aſſeruit etiam ꝙ maiora damna ob obſtetricibus inferuntur,quia ut plurimũ infantes,aut habent interimere,aut dæmonibus offerre,ab ipſa etiam matertera aſſeruit ſe grauiter fuiſſe uerberatam,eo quod ollam quandã occultatam diſcooperiendo plurimorũ infantium capita reperiſſet.Et plura alia retulit.prius præſtito pro dicenda ueritate iuramẽto,ut decuit eius deniq; uerbis ſuper modum profitendi fides indubia,accommodatur etiam ꝑ ea quæ in ſuo formicario pręfatus Ioan.Nider doctor præcipuus,qui etiã noſtris temporibus miriꝰ claruit ſcripturis recitat,& hoc ex relatu Inquiſitoris Eduenſis,diocœſi qui etiam in ipſa diocœſi multos de maleficiis reos inquiſierat,& incenerari fecerat,dicit enim,præfato inquiſitore mihi referente percipi,quod in Lauianenſi ducatu quidam

dam malefici proprios natos infantes coxerant,& come derant.Modus aũt diſcendi talem artem fuit,ut dixit, q̃ malefici in certam concionem uenerunt,& opere eorum ueriſimiliter dæmonem,in aſſumpta imagine uiderũt ho mines,cui diſcipulus habebat neceſſario dare fidem de ab negando Chriſtianisſimo,& de euchariſtia nunquã ado randa,& de calcando ſuper crucem ibi latenter ualent. Sequitur aliud exemplum ab eodem. Fuit inſuper fama cõmunis Petro iudice in Botilgem referẽte quod in terra Bernen.treſdecim infantes deuorari eſſent a maleficis quãobrem etiam publica iuſtitia ſatis durè exercerat in tales parricidias. Cũ aũt Petrus q̃ſciuiſſet a quadã capta malefica,per quem modum infantes comederent. Illa re ſpondit.Modus iſte eſt,nam infantibus nondum baptizatis,præcipue inſidiamur,uel etiam baptizatis, præſertim quando ſigno crucis non muniuntur & orationibus. Lector aduerte,quod ideo non baptizatis præcipuè inſidiantur inſtinctu diaboli,ut non baptizetur, ſequitur hos in cunabulis,uel ad altera iacẽtes parẽtum,ceremoniis noſtris occidimus,quos poſtquam putãtur oppreſſi eſſe, uel aliunde mortui,& de tumulo clam furto recepimus,& in caldari decoquimus,quouſq; euulſis oſſibus tota caro efficitur bene potabilis,de ſolidiore materia unguẽtũ facimus noſtris uoluntatibus & artibus, ac tranſuectionibus,accommodis,de liquiori uero humore flaſconem ut utrem replemus,de quo is qui potatus fuerit,additis paucis ceremoniis ſtatim cõſcius efficitur,& magiſter noſtre ſectæ. Sequitur ad idem modus alius magis diſtinctus, & clarus,Nam iuuenis quidam cum uxore malefica captus, in Bernenſi iudicio,ſeorſum ab eadem,& in diſtincta turrim repoſitus,dixit.Si meorum facinorum ueniam conſequi poſſem,omnia quæ de maleficiis ſcio libens patefacerem mori enim uideo me oportebit.Cũque per literatos circunſtantes audiſſet omnimodam poſſe cõſequi ueniam ſi uere pœniteret,tũc læte ſe morte obtulit, & modos primæuè perfectionis deſeruit.Ordo,inquit,talis eſt, quo etiã ſeductus ſum.Oportet primo ut dominico die

ante-

antequam aqua benedicta conſecratur, diſcipulum futurũ cum magiſtris eccleſiã introire, & ibidẽ abnegare coram eis Chriſtum, eius fidem, baptiſma, & uniuerſalem eccleſiã. Deinde omagium præſtare magiſterulo, id eſt, paruo magiſtro, ita enim dæmonẽ & non aliter uocant. Vbi notandum ꝙ iſte modus cum aliis recitatis concordat. Nec obſtet quod dæmon interdum præſens eſt, ubi omagium ſibi præſtatur, interdum uero non doloſe enim tunc operatur, cernens diſpoſitionem futuri diſcipuli, quem fortaſſis ab eius præſentia tanquã nouitius retraheretur timoris cauſa, cum tamen alias per ſibi notos & familiares facilius æſtimat eum aſſentire. Ideoq́; eum & tunc magiſterulum uocant, cum abſens eſt, ut minori terrore, ex parua æſtimatione magiſtri cõcutiatur. Sequitur poſtremo de utre bibit ſupra dicto quo, facto, ſtatim ſe interioribꝰ ſentit imagines noſtræ artis concipere & retinere ſuper principales ritus huius ſectæ. In hunc modũ ait, ſeductus ſum. Et uxor mea, quàm tantæ pertinaciæ eſſe credo, ut potius incẽdium ſuſtineat, quàm minimã fateri uelit ueritatem ſed heu ambo rei ſumus, ſicut dixit iuuenis ita ueritas per omnia reperta eſt, nam præconfeſſus iuuenis in magna cõtritione mori uiſus eſt. Vxor uero teſtibus conuicta, nihil ueritatis nec in ipſa tortura fateri uoluit, nec in morte ſed incendio præparato per lictorem, eidem uerbis peſſimis maledixit, & ſic incinerata fuit. Et quibus liquet modus profitendi earum ſolemnis. Alius uero modus priuatus fit diuerſis mediis. Interdum enim uiris aut mulieribus, aut aliqua alia corporali ſeu temporali afflictione inuolutis, dæmon aſtat, interdum uiſibiliter, interdum per medias alloquitur perſonas, & ſi ſecundum ſua conſilia agere uelint, omnia profutura pollicetur ad nutum, a paruis tamen ut in primo capitulo tactum eſt inchoando, ut ad maiora paulatim perducat. Varia poſſent adhuc deduci acta & geſta, per nos inquiſitione reperta, ſed quia difficultatem hæc materia non patitur; breuitati ſtudendum eſt cum ulteriori declaratione.

Pro declaratione omagij præſtandi aliqua ſunt a duertenda.

VErum ſuper hoc quod diabolus omagium recipit aliqua ſunt aduertenda qua uidelicet de cauſa, & quam differenter hoc faciat, & primo. Nam licet hoc faciat principaliter ad maiorem offenſionem diuinæ maieſtatis, creaturam ei dicatam ſibi uſurpãdo, & ob maiorem certitudinem futuræ illius damnationis, quã ſumme affectat. Tamen ſæpe repertum eſt a nobis tale omagium ad certos accepiſſe annos ſimul cum profeſſione. Interdum profeſſionem tãtum & omagium ad certos annos detuliſſet. Et dicamus pro feſſionem conſiſtere in fidei totali, aut partiali abnegatione. Totali, ut ſupra tactum eſt, cum fides ex integro abnegatur. Partiali, cum ex pacto inito, habet cæremonialia quædam contra ſtatuta Eccleſiæ obſeruare, ut dominicis diebus ieiunare, aut ſextis feriis carnibus ueſci, aut certa crimina in confeſſione cælare, uel aliquid ſimile perpetrare. Omagium uero dicamus conſiſtere in corporis & animæ traditione, qua de cauſa autem talia practicantur, poſſumus aſſignare quatuor cauſa ex parte dæmonis. Cum enim ut ſupra in prima parte tr actatus declaratur, circa ſecundum principale, an dæmones ad odium uel amorem, mentes hominum poſſint immutare patuit, quod intima cordis non poſſit penetrare, cum hoc ſoli Deo conueniat. Ex coniecturis tamen in illorum cognitionem deuenit, ut etiam iam inferius patebit. Ideo uerſutus ille hoſtis, ſi cõſiderabit nouitiã in aggreſſu difficilem, ad conſenſum, tũc blande eam aggreditur, pauca exigens ut paulatim ad maiora perducat. Secunda cauſa, nam cum inter abnegantes fidem, diuerſitas credenda eſt, cum quædã ore, ſed nõ corde quædã ore & corde diabolus experire uolens, an corde ſicut ore ſibi profiteatur, certos annos deputat, ut eo in tempore ex operibus & cõuerſationem mentẽ eius inueſtiget. Tertia cauſa, nam ſi per tantum temporis ſpacium, cognoſcet ipſam ad quæcunque exequenda minus uoluntariam

tariam, & quod iam ore, & non corde ſibi adhęreat prę-ſumitq; diuinā miſericordiam ei propter angeli boni cuſtodiam, quā dęmō in multis experriri poteſt profuturū, tunc ipſam abiicere, & tēporalibus afflictionibus exponere conatur,ut uel ſic ex deſperatione eius lucrū habere ualeat. Huius ueritas patet, nam ſi cauſa quæritur, unde eſt,quod certæ malefica,ſub quibuſcunque tormētis etiā maximis,nec minimā ueritatem fateri uolunt,ubi tamen aliæ faciliter ad quęcunque interrogata, ſua crimina fatentur. Idem unde hoc, quod ſibiipſi poſtquā faſſe ſunt, uitam auferre ſuſpendio conantur. Reuera enim dici poteſt, quod ubi diuina coactio per ſanctū angelum ad hoc nō concurrit ut malefica cogatur fateri ueritatem,& maleficium taciturnitatis abſcindere,quod tūc opere dæmonum, fit quocunq; euenit,ſiue taciturnitas, ſiue criminū confesſio.Primum fit ſuper illas,quas ore & corde nouit fidem abnegaſſe, & ſimili modo omagium præſtitiſſe.de quarum etiam perſeuerātia certus eſt, ubi per oppoſitū alias relinquet non tuendo, eo quod nouit illas ſibi minime proficuas. Experientia nos ſępe docuit,cum oēs quas incinerari fecimus ex earum confesſionibus patuit ipſas fuiſſe in uoluntarias circa maleficia inferēda. Nec hoc ſub ſpe euadendi dicebāt, dum per plagis & uerberibus eis a dæmonibus illatis, ubi ad eorum nutum non ſeruiebāt, ueritas conſtabat, ſæpisſime uiſæ cum faciebus tumidis, & liuidis. Et ſimiliter quod poſt cōfesſionem criminum ſub tortura, ſemper ſeipſas uita priuare laqueo ſatagūt; ueritas ex noſtra practica habetur, cum ſemper poſt criminum confesſionem,cuſtodes deputātur ſingulis horis, ſuper talia attendentes, ubi etiam ex negligentia interdū cuſtodum ad corrigias uel peplas reperiebantur ſuſpenſæ inimico utique ut dictū eſt,hoc procurante,ne per contritionem,aut ſacramentalem confesſionem ueniā cōſequerentur. Et quas corde allicere nunquā poterat,quo etiam facilime gratiam apud Deum inueniſſent. Iam ultimo ꝑ temporalem cōfuſionem & horribilem mortem,in deſperationem deducere conatur,quāuis & per Dei gratiā ma

ior,ut piè eſt credendum, ueniam per uerã contritionem, & puram confeſſionem cõſequuta ſit, ubi nõ uoluntarie illis ſpurcitiis inheſerunt, Patent ex his quæ per diocœſes Argentinenſem, Conſtantienſem, & oppidum Haganoæ & Rauenſpurg acta ſunt,uix annis tribus euolutis. In primo namq; oppido, una uili peplo & fragili ſe ſuſpendit, Altera noĩe Vuapurgis, de maleficio taciturnitatis miro modo fuit notata, alias mulierculas informando qualiter talem taciturnitatem per puerum maſculũ,& primogenitum in fornace decoctum procurare deberent. Acta & geſta adhuc prę manibus habẽtur, & ſimiliter de aliis in ſecundo oppido incineratis ſparſim hinc inde deducẽtur. Et eſt quarta cauſa cur dæmones omagiũ recipere ſuper certas dicerent,ſuper alias uero minime,eo videlicet ꝙ cũ periodum hominis cognoſcere ſubtilius, quã Aſtronomi poſſunt, facilius eis terminum uitæ uel præfigere, uel terminum naturalem, per cauſalem modo quo dictũ eſt per uenire poteſt. Hæc breuiter peracta & geſta maleficarum declarãtur. Primo dæmonis aſtutiã in talibus deducẽdo. Nam quia ſecund. Auguſt. in lib. de na. dęmo. asſignantur 6. cauſę unde etiã probabiliter cõiecturant futura contingentia, nõ ꝙ illa ſcire certitudinaliter ualeant. Prima eſt, quia uigẽt ſubtilitate naturali, quo ad operationẽ intellectus ipſorũ, Vnde & ſine diſcurſu qui neceſſarius eſt in nobis rationis intelligunt. Secunda, quia propter experiẽtiã tẽporũ, & reuelationũ ſupernorũ ſpirituũ plura ſciunt q̃ nos; unde ex Iſid. allegatur ſæpius a doctorib. triplici acumine ſcire uigẽt dęmones. ſubtilitate naturæ, experientia tẽporũ,& reuelatione ſupernorũ ſpirituũ. Tertia eſt propter celeritatẽ motus, vñ quæ in Oriente fieri habent, prę cedere poſſunt mira celeritate Occidẽte. Quarta, quia ſicut ſua potẽtia cũ Deus permittit, poſſunt inducere morbos, auarũ inficere, & famem inducere, ita poſſunt & illa prædicere. Quinta, quia p ſigna poſſunt ſubtilius prędicere mortẽ q̃ medicus uidẽdo urinã & pulſum. Nã ſicut ille p ſigna uidet aliqua in infirmo quæ ſimplex nõ cõſiderat, ita & dæmõ ea quæ nullus homo uidet naturaliter. Sexta

quia

quia ex ſignis q̃ procedũt ab aĩo hominis cõiecturant ea quæ ſunt, uel erũt in anima aſtutius prudẽti uiro. Sciũt enim q̃ inſtinctus ſunt uериſimiliter ſecuturi, & conſequenter cuiuſmodi opera. Septima, quia acta prophetarum, & ſcripta noſcũt melius q̃ homines, & ex illis multa futura depẽdẽt, ideo ex illis multa futura prædicere poſſunt, etiã tangunt. 26. q. 3. ſciẽdũ. Vnde nõ mirũ ſi periodũ hoĩs ſcire poteſt naturalẽ, licet ſecus ſit de termino cauſali q̃ fiere per incinerationẽ, quã dęmõ finaliter procurat, quãdo ut dictũ eſt ipſas ĩuolũtarias reperit, timẽs de earũ reditu & cõuerſione, cũ tamẽ alias quas nouit uolũtarias ẽt ad naturalem, ut ſic uſq; mortẽ defendit. DEMVS ex utraq; parte exẽpla quæ a nobis reperta ſunt, & acta. Nã in Baſilieẽſi diocœſi uilla ſuper Rhenũ ſituata noĩe Oberuuiler, plebanũ cõuerſatione honeſtum, fuit tamẽ illius opinionis ſeu potius erroris, ꝙ maleficiũ nihil eſſet in mũdo, ſed tãtũ in opinione hominũ, qui eiuſmodi effectus muliercu lis attribuebant, quẽ taliter a ſuo errore Deus purgare voluit, quod etiã & alia dæmonum ſuper præfigẽdum termi num uitæ maleficis cõmertia patefierent. Nã dũ feſtiuè pontem ob cuiuſdam negotii expeditione pertranſire uellet, obuiam ſibi importunitate quãdam uetulam habuit, cui dum in pontis acceſſu locũ ut præiret dare noluiſſet, ſed importune incederet, caſu uetulam luto intruſit, unde indignata, in uerba contumelioſa prorupit, eique dixit, paff, impune non tranſibis. Sed ille licet uerba parum ad uerteret, de nocte ſe infra cingulum ubi ſurgere e lecto uolebat, ſe maleficiatum ſenſit, ita ut brachiis hominum aliorum ſuſtentari ſemper habuit, ubi eccleſiã uiſitari uolebat, ſicq; per tirennium mãſit, ſub cura tamẽ domeſtica matris carnalis. Quibus expletis, dum uetula illa ægrotaret, quam etiam per uerba cõtumelioſa quibus minata fuerat ſemper ſuſpectã de maleficio ſibi illato habuerat, accidit tamen ut pro confeſsionis audiẽtia, in firmata ad eum mitteret. Et ſacerdos licet importune diceret, confiteatur diabolo, ſuo magiſtro, ad inſtantiam tamẽ matris per duos uillanos ſuſtentatus inter brachia, domum ac-

ces ſit, & ad caput lecti in qua malefica iacebat ſedendo , Duo illi uillani ab extra auſcultare uolebant propter feneſtram , ſic enim ſtuba in plano erat ſituata , an maleficium illatum plebano confiteretur ; unde contegit,ut licet infra confesſionem mentionem nullam de maleficio illato feciſſet , ipſa tamen confesſione peracta,dixit : Scis ne tu paff , quis te maleficauit ? Et dum blande ille reſponderet ſe neſcire , illa ſubintulit . Tu habes me ſuſpectam,& bene. Scias me tibi intuliſſe tali de cauſa,ut ſupra tactum eſt,& dum ille pro ſua liberatione inſtaret,dixit : Ecce tempus ſtatutum aduenit, & mori habeo , ſed ita diſponam ut paucis diebus euolutis , poſt mortem meam ſanaberis , ita & euenit . Nam illa iuxta ſtatutum a dæmone terminum obiit , & infra 30.dies quadam nocte,ſacerdos ex integro ſe ſanum reperit , Nomen ſacerdotis dicitur Paff helim,iam in diocœſi Argentinen.Simile in diocœſi Baſilien. uilla Buchel prope oppidum Geuvylle contigit . Mulier quędam capta & tandem incinerata,ſex annis incubum dæmonem habuerat , etiam in lateri uiri dormientis in lecto. Et hoc ter in ſeptimana , ſabbatis , quintis & tertijs ferijs , aut alijs noctibus ſacratioribus . Tale autem omagium preſtiterat diabolo , ut poſt ſeptimum annum , in corpore & anima , perpetuo ſibi dedicata eſſet.Pie tamen diſpenſauit Deus.Nam in ſecta capta,& ignita adiudicata ,uere & integre confeſſa,ueniam creditur a Deo percepiſſe.Plurimum enim uoluntaria ad mortem extitit,aſſerēs quòd & ſi liberari poſſet , mortem tamen amplius præeligeret,dummodo poteſtatem dæmonis euaderet.

De modo quo localiter transferuntur de loco ad locum. Cap. III.

NVnc autem aggrediendum eſt de earum ceremoniis, & quibus in ſuis operibus procedunt modis. Et primo de his quæ erga ſe & proprias perſonas operantur. Et quia transferri de loco ad locum corporaliter, eſt de præcipuis earum actionibus carnalibus, etiam ſpiritijs cum incubis dæmonibus inſiſtere. De ſingulis aliqua deducemus, & primo de earum corporali tranſuectione. Vbi notandum eſt, quod hæc tranſuectio patitur difficultatem, ut ſæpius tactum eſt, ex uno duntaxat proceſſu ſcripturæ, puta 26. q. 5. epiſcopi. ubi dicitur ex conſilio acquirendi. Illud non eſt admittendum, quod quædam ſceleratæ mulieres poſt Sathan retro conuerſæ, dæmonum illuſionibus, & fantaſmatibus ſeductę, credunt ſe & profitentur cum Diana horis nocturnis dea paganorum, uel cum Herodiade & innumera multitudine mulierum equitare ſuper quaſdam beſtias, & multa terrarum ſpacia in tempeſte noctis ſilentio pertranſire, eiq; tanquã Dominę in oībus obedire, &c. Qua propter ſacerdotes Dei prædicare debent populo, ut nouerint omnino hæc eſſe falſa & non a diuino, ſed maligno ſpũ talia fantaſmata mentibus fidelium irrogari, ſi quidem ipſe ſatanas transformat ſe in diuerſarum perſonarũ ſpecies atq; ſimilitudines. Et mentem quã captiuam tenet, in ſomnis deludendo, per deuia quæq; deducit, &c. Et ad hoc prędicãtur interdum a quibuſdam exempla publice de S. Germano, & de quodã alio, qui filiam ſuam ſuper hoc obſeruauit, qua ſi omnino hæc ſint impoſſibilia fieri. Et indiſcrete applicantur ad maleficas & eorum opera, tãquam ut & ſingula eorũ facta in læſionibus hominũ, iumẽtorũ terræ frugũ, non ſint eis applicanda, eo ꝙ ſicut fantaſtice in tranſuectionibus, ita & circa creaturarũ lęſiones illuduntur, quæ quidẽ opinio cũ prima quæſtione tanquam hære-

hæretica ſit reprobata,ut patet contra diuinam permiſſionem,ſuper diaboli potentiam quæ ad maiora ut ſic ſe extendere poteſt,militans ſimiliter,& contra ſacræ ſcripturæ intentionem,& ad eccleſiæ ſanctæ intollerabile dãnum,ubi iam multis annis impune ex hac peſtifera opinione permanſerunt ſeculari brachio puniendo facultatem amputando. Vnde & in immenſum ſic creuerunt, ut iam non ſit poſſibile eas eradicare. Ideo diligens lector ea quæ ſibi poſita ſunt in deſtructionem illius opinionis conſiderabit,& ad præſens qualiter transferantur & quibus modis hoc ſit poſſibile aduertet, cum reſponſionibus ſuper exempla quæ ab eis in medium deducuntur. Quod igitur corporaliter poſſint transferri, uarijs modis oſtenditur. Et primo ex aliis magnorum operationibus. Nam ſi non poſſent transferre hoc eſſet, uel quia Deus non permitteret,aut quod diabolus hoc facere non poſſet,eo ꝙ creaturę repugnaret,non primum quia ubi maiora utique & minora Dei permisſione fieri poſſunt, ſed maiora tam in pueris quàm in hominibus ſæpisſime facta ſunt,ut pote iuſtis & in gratia conſtitutis patet. Nam ubi quærunt ad captiones puerorum opere dæmonum fieri poſſunt,& an dæmon localiter poſſit transferre aliquem hominum de loco ad locum etiam inuitum. Ad primum reſpondent quod ſic, nam & Gulielmus Pariſienſis in ultima parte de uniuerſo dicit: Camptiones puerorum fieri poſſunt, ita quod Deo permittente dæmon uicem infantis generé poteſt,uel etiam translationem facere. Tales etiam pueri ſemper ſunt miſeri eiulantes. Et licet quatuor aut quinque matres uix ſufficerent ad lactandum,nunquam tamen impugnantur, ſed ultra modum ponderoſi exiſtunt. Mulieribus tamen propter nimium terrorem quem concipere poſſent, nec affirmanda ſunt, nec neganda, inſtruenda ſunt ut literatorum iudicia quærant. Permittit enim Deus propter peccata parentum,cum interdum uiri impregnantis uxoribus maledicunt. Vellem,inquiunt,ut diabolum portares, uel ſimilia. Et ſimiliter impatientes mulieres ſępe

ſimilia proferunt, De alijs etiam hominibus interdum iuſtis, exempla plurima reperiuntur. Nam Vincentius in ſpeculo hiſt. lib. 26.c.43. ex recitatione Petri Damiani, refert de puero quinquennij cuiuſdam nobiliſſimi uiri, qui puer pro tunc monachus factus, a monaſterio nocte illatus eſt priſtino clauſo, ubi mane repertus, & interrogatus dixit ſe per quoſdam ad magnum conuiuium delatum, & ut comederet iuſſum. Et poſt per ſuperiora priſtino immiſſum. Quid denique de his magis qui uſitato uocabulo a nobis nigromantici uocantur, nuncupantur, & per aera ſępè à dæmonibus ad longinqua terrarum ſpacia quandoque uehuntur. Qui etiam alijs interdum, hoc idem ſuadentes eos ſecum ſuper caballum, qui utique nō uerus equus, ſed dæmon in tali forma exiſtit, uehunt, & ut loquuntur, nec ut ſigno crucis ſe muniant hortantur. Et licet duo ſimus hunc tractatum ſcribentes, unus tamē ex noſtris ſæpiſſime tales uidit & reperit. Nam ſcholaris quidam pro tunc nunc uero ſacerdos Friſyngen dioœceſis adhuc ſupereſſe creditur, qui & referre ſolitus eſt ſemel, ſe corporaliter à dęmone fuiſſe ꝑ aera ſubuectū, & ad remotas partes illatū. Supeſt ſacerdos alius id. oberdorff oppido prope Lantzhurā, qui pro tunc conſodalis illius exiſtens, oculis pręprijs illam ſubuectionem vedit. Et qualiter extenſis brachiis, in altum clamando, & non eiulando translatus fuit. Cauſa aūt vt idem retulit, hæc erat. Nam conuenientibus quadā die multis ſcholaribus, in potagiis ceruiſiæ, omnes in hoc conſenſerant, vt ille qui ceruiſiam afferet, nil exponere haberet, & ſic vnus ex ſociis dū pro ceruiſia apportanda exire volebat, oſtium aperiendo, nebulam denſam ante oſtium intuitus fuit, vnde territus rediit, & quod potum adferre nollet cauſam aperiēdo, eis inſinuauit. Tunc idem qui illatus fuerat, indignatus dixit. Et ſi diabolus adeſſet potum apportabo. Et ſic exiens aliis omnibus tunc videntibus, per aera ſubuectus fuit. Verum quidem quod nō ſolum vigiliantibus, ſed dormētibus talia accidere poſſint, fateri neceſſe eſt, vt videlicet dormiendo per aera localiter & corporaliter transferantur.

rantur. Patet & de quibuſdam, qui ſuper regulas domorũ & ædificia altiſſima ſomniando incedunt. Nec quicquam eis obſtare poteſt ad eorũ tranſitũ, tam in altum, quam in profundum. Et ſi proprijs nominibus ab alijs circunſtantibus uocantur, ſtatim ad terram quaſi colligi ruunt. Hæc utiq; opere dæmonũ fieri pluries arbitrantur, & nõ abſq; ratione. Nam cum dæmones ſint in multiplici differẽtia, Aliqui de inferiori choro angelorũ, qui etiam exiguis pœnis ultra pœnam damni quam æternaliter patientur, tanq̃ pro paruis delictis cruciantur, qui etiam neminẽ poſſunt lædere ſaltim grauiter, ſed ſolum principaliter ioculationes exercere. Vbi etiam alij incubi ſunt uel ſuccubi punientes nocturno tempore homines, uel peccato luxuriæ coinquinantes eos. Non mirum ſi etiam his truſis inſiſtunt. Poteſt deduci ueritas ex dictis Caſſiani. colla. I. ubi dicit tot eſſe immundos ſpiritus, quot in hominibus ſtudia, nõ dubie comprobatur. Nam nonnullos eorum quos etiam paganos uulgus appellat, nos uero trollen. & abundant in regno Nor ueye, aut ſchretel. Ita ſeductores & ioculatores eſſe manifeſtum eſt, ut certa quæq; loca uias iugiter obſidẽtes. Nequaq̃ tormentis prętereũtes lædere poſſunt deriſu tantummodo & illuſione contenti fatigare eos potius ſtudeant, quàm nocere. Quoſdam uero ſolummodo innociuis incubationibus hominũ pernoctare. Alios ita eſſe furori ac truculentiæ deditos, ut non ſint contenti illorum tantummodo corpora quos ſuppleuerint atroci dilatione uexare, ſed etiam irruere ſupereminus trãſeuntes, atq; affligere illos ſæuiſſima cæde feſtinent. Vult dicere quod non tantum obſident, immo etiam horribiliter cruciant, quales illi in Euangelio. Matthæi. 8. deſcribuntur. Ex quibus concludere poſſumus, primum q̃ non eſt dicẽdum maleficas non transferri localiter, eo quod Deus nõ permittat. Si enim ſuper iuſtos & innocentes, aut etiam ſuper magos permittit, quomodo non ſuper illas ex toto ſe diabolo deuouentes. Et ut cum timore loquamur. Nõ ne diabolus ſaluatorem noſtrũ ſuſtulit, & duxit & ſtatuit hinc inde, ut Euangelium teſtatur. nec etiã ſecundum ſuf

fraga-

fragatur aduerſarijs quaſi diabolus hoc facere non poſſit cui ut in ſupradictis patuit, tanta ineſt uirtus naturalis, oĩa corporalia excedens, quod nulla ei uirtus terrena eſt comparari poteſt. Iuxta illud. Non eſt poteſtas ſuper terram &c. immo ipſi lucifero tanta naturalis ineſt poteſtas ſeu uirtus, quæ maior etiam inter angelos bonos in cęlo non exiſtit. Sicut enim omnes angelos in naturalibus excesſit, & naturalia per caſum non ſunt imminuta, ſed tantummodo gratuita, ideo adhuc in eo remanent, licet obfuſcata & ligata, Vnde gloſa ibidem ſuper illud. Non eſt poteſtas ſuper terram &c, Et ſi oĩa ſuperat, meritis tamē ſanctorũ ſubiacet. Nec ualet ſi quis duo obiiceret. Primo quod anima hominis poſſet reſiſtere, & quod textus uidetur ſentire de uno in ſingulari, ſcilicet, lucifero, cum in ſingulari loquatur. Et quia hic fuit qui Chriſtum in deſerto tentauit, & primum hominem ſeduxit, iam autem religatus ſit, & alij angeli nõ ſint tantę uirtutis, cum ipſe omnes excecat. Ideo alii malos homines trãsferre localiter per aera non poſſunt. Non ualent inſtantiæ. Primo dicamus de angelis. Nam minimus angelus omnē humanā uirtutem incõparabiliter excedit. Rationes ſummũtur ex pluribus. Primo, quia uirtus ſpiritualis fortior uirtuti corporali, ſicut uirtus angeli, aut etiam animæ ſuperioris quàm uirtus corporalis. Secundo, quo ad animam, Quia cum omnis forma corporalis eſt forma indiuidua per materiam, & determinata per hæc, & nũc prout iam anima noſtra exiſtit; formæ aũt immateriales ſunt abſolutæ & intelligibiles. Vnde etiam poteſtatem habent abſolutam & uniuerſaliorem. Ideo anima coniuncta non poteſt ita ſubito transferre corpus, ſuum localiter, nec in altum eleuare. Bene autem faceret cum eſſet ſeparata Deo permittente, quę omnia a fortiori poteſt ſpiritus omnino immaterialis, prout eſt angelus tam bonus quàm malus, ſic ēt angelus bonus, tranſtulit Abachuc in momento a Iudea in Caldæam, & ex hac ratione etiam cõcluditur, quod illi qui de nocte in ſomnis per alta ædificia uehuntur, non feruntur a propriis animabus, nec ex influentijs corporum

cœleſtium, ſed ab aliqua excellentiori uirtute, ut ſupra patuit. Tertio ꝙ ſicut natura corporalis nata eſt moueri immediate natura ſpirituali ſecundum locum, tum quia motus localis eſt primus motuum. 8. phyſico. tum etiam quia perfectior eſt inter omnes motus corporeos, ut ibidē probat philoſophus ea ratione, quia mobile ſecundū locum nō eſt in potentia ad aliquid extrinſecum, in quantū huius; ſed ſolum ad aliquid extrinſecum, unde etiam non tam a doctoribus ſanctis q̃ & philoſophis concluditur, ꝙ ſuprema corpora, ſupple cœleſtia, mouentur a ſubſtantiis ſpiritualibus, & ſeparatis bonis, & ſecundum natura & uolūtatem, tum etiam quia uidemus quod anima primo & principaliter mouet corpus motu locali: Ideo dicere oportet ꝙ ratio corporis humani nec quantum ad ipſum corpus, nec quantum ad ipſam animam obſtare poteſt, quin utrunq; moueri poſſit ſubito, Deo permittente, de loco ad locum a ſpiritualibus ſubſtantia, bona ſecūdū uoluntatem & naturā, quando boni & in gratia conſtituti transferentur, aut bona ſecūdum naturam, non aūt ſecundum uoluntatem, quando male transferuntur. Si cui placet uidere S. Thomam, in prima parte. q. 90 per tres ibidem articulos, aut etiam q. de malo ſeu etiam in 2. ſentē. diſt. 7. de poteſtate dęmonū ſuper effectus corporales. Modus aūt transferendi talis eſt, Nam ut ex præcedentibus patuit unguentum ex membris puerorum, præcipue interemptorum, ab eis ante baptiſmum cōficere habēt ad dæmonis inſtructionem ſedile aliquod, aut lignum inungere, quo facto, ſtatim in aera feruntur, & hoc ſiue de die, ſiue de nocte, uiſibiliter, ſeu etiam ſi id uolunt, inuiſibiliter ſecundum quod dæmon & obſtaculum alicuius corporis, alterum corpus occultare poteſt, ut in prima parte tractatus de præſtigioſa apparitione opere dæmonum patuit. Verum licet dæmon per tale unguentum ut plurimum huiuſmodi practicat ad finem, ut baptiſmi gratia infantes priuētur & ſaluatione, tamen & abſq; his pluries efficere uiſus eſt, ubi per animalia quæ utique non animalia uera, ſed dæmones ſub formis illis exiſtentes, ipſas

tranſuexerunt, aut etiam aliquo ſine exteriori adminiculo, ſolummodo dæmonis uirtute uiſibiliter operante, interdum transferuntur. RES GESTA de uiſibili & diurna tranſuectione. In oppido Vualshoit ſuper flumen Rheni Conſtantienſis diocœſis, malefica quædam oppidanis cum eſſet plurimum odioſa, & ad quaſdam celebrandas nuptias non fuiſſent inuitata, cum tamen pene oēs oppidani illis intereſſent, ipſa indignata, uindicare ſe æſtimans, dæmonem aduocat, & ſuę triſtitiæ cauſam apeꝛuit, ut grandinem excitare uellet, & cunctos de chorea diſpergere petiit, quo annuente, ipſam ſubleuauit, & per aera ad montem prope oppidum, uidentibus certis paſtoribus tranſuexit, & ut poſtmodum faſſa fuerat, aqua ſibi deeſſet ad fundendam in foueam, quem modum ut patebit, ubi grandines excitant, obſeruant, ipſa in foueam aquam paruam fecerāt, urinā loco aquæ immiſit, & cum digito, more ſuo, aſtante dæmone mouit, & dæmon ſubito illum humorem ſurſum eleuans, grandinem uehementem in lapidibus ſuper chorizantes tantummodo & oppidanos immiſit. Vnde ipſis diſperſis & de cauſa illius mutuo conferentibus, malefica oppidum poſtea ingreditur, unde ſuſpitio magis aggrauatur. At uero cum paſtores ea quæ uiderant recitaſſent, ſuſpitio uehemens in uiolentam creuit. Vnde capta, & faſſa quod ea de cauſa, nimirum quia inuitata non fuerat, talia perpetraſſet ob multis ēt aliis maleficiis ab ea perpetratis, incinerata fuit. Et quia publica fama de huiuſmodi tranſuectionibus etiam apud uulgares cōtinue uolat, nō expedit plura ad hoc probādum de his hic inſerere. Tantummodo hęc ſufficiant aduerſus illos, qui huiuſmodi corporales tranſuectiones aut omnino negant, aut ꝙ ſolummodo imaginariè & fantaſticè fiant affirmare conantur, qui utiq; in ſuo errore ſi relinquerētur parum eſſet, immo nec aduertendum, dummodo in fidei cōtumeliā ſponſorum, error non uergeret. Attento aut ꝙ illo errore non contēti, etiā alios inſerere & publicare in maleficarū augmētationē, & fidei detrimentū nō uerentur, dum aſſerunt ꝙ oīa ma-

leficia

leficia quę eis iuſtè tanquã inſtrumentis dæmonũ uere & realiter imputantur eis,tantũmodo imaginarie & illúſoriè,tanquam innoxiis eſſe imputanda,ſicuti & ipſa tranſuectio fantaſtica. Vnde & pluries impune in magnã crea toris contumeliã & grauiſſimũ iam ipſorum Augmẽtum remanſerunt. Nec argumenta etiam a principio eis adducta ſuffragari poſſunt. Nam primum cum allegant capitulum epiſcopi.26.q.5.ubi aſſeritur quod tãtum fantaſtice & imaginarie transferantur,quis tam inſipiens qui uelit concludere ꝙ non poſſint etiam corporaliter transferre. Sicut enim ex fine illius capituli ubi ponitur,ꝙ qui credit poſſe hoĩem in melius uel in deterius tranſmutari, aut in aliam ſpeciem trãsformari,infideli & pagano deterior ſit cenſendus,quis poſſit concludere ꝙ non poſſint homines in beſtias pręſtigioſa illuſione transformari,aut etiam de ſanitate in infirmitates tanquã meliori in deterius tranſmutari. Iam talis qui ſic in cortice uerborũ canonis laboraret,utique cõtra mentẽ oĩm doctorum ſanctorũ,immo & contra ſcripturæ ſacrę proceſſum ſentiret. Ex quibus multipliciter oppoſitũ apparet,ut ex ſupradicti in pleriſque locis circa primã partẽ tractatus deductũ eſt. Oportet ergo ad nucleũ uerborum attẽdere. Iuxta ꝙ in prima quęſtione primæ partis tractatus tactum eſt. Et hoc circa ſolutionem ſecũdi erroris inter tres qui ibi reprobantur, ꝙ quatuor iniunguntur prædicatoribus populo ad prædicãdum,transferuntur enim & corporaliter, & fantaſtice. Iuxta ꝙ ex earũ propriis confeſſionibus patet,non tam illarũ quę incineratæ fuerunt,quam etiã aliarũquæ ad fidẽ & pœnitentiã redierunt. Inter quas & illa in oppido Briſiaco interrogata a nobis,an ne fantaſtice & illuſorie aut corporaliter poſſent transferri. Reſpõdit ꝙ utroq; modo. Si enim caſu aliquo nollent corporaliter transferri, ſcire tamen uellent oĩa quæ in concione illa ab earum cõſodalibus agerentur,tunc talis ab eis ſeruaretur modus,ut illa in noĩe omniũ diabolorũ ad latus ſiniſtrũ ſe reponeret ad cubitum,ex tunc quaſi uapor quidã glaucus ex eius ore procederet. Vnde ſingula quæ ibi agerentur plucide conſideraret,

ſideraret, ſi uero corporaliter transferri, uellet modū ſupradictū ſeruare neceſſe eſſet. Præterea in caſu quo cano ille nude abſq; omni declaratione intelligēdus eſſet, quis tā ſtolidus, ut propterea oīa eorū maleficia & nocumēta eſſet fantaſtica & imaginaria affirmaret, cum ad ſenſum oibus appareat contrariū? eo pręcipue ꝙ plures ſint ſuperſtitionū ſpecies, ut pote quatuordecim, inter quas maleficarum ſpecies, ſupremū in maleficiis & nocumentis continet gradū, & ſpecies phytonū, ad quam reduci poſſunt qui fantaſtice uehuntur minime gradū. DEMVM nec exēpla ex legenda ſancti Germani, aut aliorū quorūcūq; eis ſuffragantur. Vtiq; quia poſſibile erat dæmonibus, ut ſe ipſos ad latera, uiri dormientis, tempora intermedio quo ſcrutiniū de uxoribus fiebat applicarēt quaſi uiris cōdormirent, ꝙ tamen factū fuiſſe propter honorem ſancti nō aſſeritur, caſus tamen ponitur ut non credatur eſſe impoſſibile, oppoſitū illius ꝙ in legenda ponitur. A ſimili reſponderi poteſt ad quaſcunq; alias obiectiones, quia ſicut inueniuntur quod quędam tantummodo imaginarie, ita etiam reperiuntur in ſcriptis doctorum, plures fuiſſe corporaliter translatas. Si cui placet Thomam Brabātinum in libro ſuo de appibus inſpicere, mira inueniet tā de imaginaria, quàm etiam corporali hominum tranſuectione.

Sequitur de modo quo ſe incubis dæmonibus obiiciunt, Capitulum. IIII.

SED quantum ad modum quo maleficæ dæmonibus incubis ſe ſubiiciunt, ſex uidenda. Aliqua ex parte dæmonis & corporis ab eo aſſumpti, ex quo elemēto ſit illud formatum. Secundo, ex parte actus, an ſemper cum infuſione ſeminis ab altero recepto, Tertio, ex parte temporis & loci, an potius uno quam altero tempore ſe exerceat. Quarto an uiſibiliter ſe agitat ex parte mulieris, & an tantummodo illæ quæ ex huiuſ-

modi ſpurcitiis procreantur a dæmonibus frequentãtur. Quinto, an illæ quæ ab oſtetricibus tẽpore partus dæmonibus inferuntur. Sexto, an remiſſior uel intentior ſit in talibus ipſa uenerea delectatio, & primo ſuper aſſumpti corporis materia & qualitate. DICENDVM ꝙ aereũ corpus aſſumit, & quod aliquo modo eſt terreſtre, inquantũ habet terræ proprietatem per conſiderationem, quod ſic declaratur. Nam quia aer in ſe non eſt figurabilis niſi ſecundum figurationẽ corporis alterius in quo includitur, unde etiam minime ſuis terminis terminatur, ſed tantũmodo alienis, & una pars aeris alteri continuatur ideo ſimpliciter, ut ſic nõ poteſt corpus aereum aſſumere. Attẽto autem quod aer eſt maxime tranſmutabilis & uertibilis in quodcunq; cuius ſignum eſt, quod quidã nitentes corpus a dæmone aſſumptum ſcindere gladio, uel profodere id efficere nõ ualuerũt, quia partes aeris diuiſi ſtatim continuãtur de nouo, ex quo patet quod in ſe aer bene eſt cõpetens materia, ſed quia nõ põt figurari niſi aliquid aliud terreſte ſibi adiungatur, ideo oportet ꝙ aer ille ſit aliquo modo inſpiſſatus, & ad proprietatem terræ accedens, ſeruata tamen aeris ueritate, & hanc condẽſationem facere poſſunt demones, & animæ ſeparatæ per uapores groſſos ex terra eleuatos, & per eorũ motum localem eos cõgregando & figurando, in quibus manent tanquam motores tantum, & non ut infamatores, uitam illi corpori formaliter influentes, quia ſic fluit ab anima in corpus coniunctum. Sunt autem in ſuis ſic aſſumptus & figuratis corporibus, ſicut nauta in naui quem uentus mouit, unde quando quæritur, quale ſit corpus, quãtum ad materiam a dæmone aſſumptũ, Dicendum ꝙ de eo aliud eſt loqui quãtũ ad pricipiũ aſſumptionis, & aliud quantũ ad terminum quia quo ad principium ſic eſt aer, quantũ ad terminũ eſt aer inſſiſſatus ad proprietatũ terræ accedens. Hæc autem oĩa poſſunt dæmones, Deo permittente, ex natura, cũ natura ſpirituales ſic ſuperior naturæ corporali. Vnde & neceſſe habet ſibi obedire, quo ad motũ localẽ, nõ aũt quo ad formarum naturaliũ, tam accidentalium ꝙ̃ & ſubſtan-

tialium ſuſceptionem,niſi in aliquibus paruis creaturis, & hoc adminiculo alicuius alterius agentis, ut ſupra tactum eſt.Per motum aũt localem nulla forma ponitur in re mota,unde ſic ad nutum mouere poſſunt cum aliis circunſtantiis.Ex quibus tamen ſi quis incidentaliter quæreret,quid ſentiendum ubi angelus bonus uel malus aliqua opera uitæ exerceret per corpora uera naturalia, & non aerea,ſicut in aſina Balaam,per quã angelus loquebatur & ubi dæmones in obſeſſis corporibus agitãtur. DICENDVM ꝙ illa corpora non dicuntur eſſe aſſumpta,licet tãtũ occupata.Inſpiciãtur dicta doctoris in 2. diſtinction.8. An angeli corpora aſſumãt.Sed maneamus in propoſito. Dæmones in aſſumptis corporibus,cum maleficis loquũtur, uident, audiunt, comedunt & generant, quomodo hæc ſunt intelligenda,& hæc eſt ſecunda pars huius primæ difficultatis.Dicendum ad primum, quod ad ueram locutionem tria requiruntur,ſcilicet pulmo cũ retractione aeris,quę nõ ſolũ propter uocẽ,ſed propter refrigeriũ eſt cordis,unde & muti habent attractionẽ neceſſariã. Secũdo requiritur ꝙ formetur ex percuſſione corporis in aere ſicut cũ quis ligno percutit in aere uel campana ſonũ facit magnũ uel paruum,quia materia in ſe ſonorabilis, & percutitur cum ſonabili inſtrumento, redditur ſonus ſecundũ quantitatẽ corporis & recipitur in aere, & multiplicatur uſque ad aures audientis,qui ſi eſt remotæ poſt ſpaciũ,ut uidetur præuenire habet.Tertio requiritur uox & dici poteſt quod ſonus in corporibus inanimatis dicitur uox in animatis corporis & ibi eſt lingua quæ aerem reſpiratũ & iterum emiſſum percutit in inſtrumento & uaſe fuſo a Deo,& uiuo naturaliter,quod non eſt campana.Ideo quia ibi ſonus,hic uox dicitur.Et hoc tertium poteſt exemplificari per ſecundum,ut patet, & hæc ideo poſui,ut prædicatores habeãt modũ tradendi populo.Quarto requiritur,ut ille qui uocem format,conceptum mentis,uult alteri per uocem exprimere,&, ut ipſe intelligat, ideo illam uocem organizat.i.diſtinguit ſucceſſiue in ore per linguam dentes,percutiendo,& per labia claudendo

& aperiendo, percuſſum aere minore, ad aerem extrinſecum emittendo, ut ſic multiplicando ſucceſſiue uſque ad aures audientis, qui tunc intelligit conceptum mētis. Ad propoſitum. Dęmones carent pulmone & lingua, quam tamen artificiatam oſtendere poſſunt, iuxta corporis conditionem, ſicut & dentes & labia, unde non uere & proprie loqui poſſunt. Sed quia intelligunt, & intellectū mentis ubi exprimere uolunt, tunc non per uoces, ſed per ſonos qui habent quandam ſimilitudinē uocum, aerem non reſpiratum, & attractum, ut in hominibus, ſed incluſum in corpore aſſumpto percutiūt, & ad aerem extrinſecum articulatim emittunt uſq; ad aures audientis, & ꝙ abſque aere attracto & nō reſpirato poſſit fieri uocis ſimilitudo, patet per cætera animalia non reſpirantia, quæ dicuntur uocare, & certa alia inſtrumenta ut dicit philoſo. in 2. de anima. Alec enim dum capitur extra aquam ſubito uocē emittit, & moritur, poſſunt hæc applicari, & ea quæ ſequuntur uſque ad uim generatiuam, excluſiue tamen ad bonos angelos. Si quis uelit ulterius ſpeculari de locutione dæmonū in obſeſſis corporibus. Ibi enim utuntur corporalibus inſtrumentis ueri corporis obſeſſi, quia illis illabuntur ſic intelligendo infra terminos corporalis quantitatis, & non infra terminos eſſentię, neq; corporis, neq; animæ. Dat differentiam inter ſubſtantiam, & quantitatē, ſeu accidens, ſed de his nihil ad propoſitū. Si cui autē placet inſpiciat ſanctum Thom. in 2. ſenten. di. 8. arti. 5. Conſequenter aūt qualiter uident & audiunt dicendū, ꝙ quia duplex eſt uiſio, Spiritualis & Corporalis. Et prima in infinitum excedit, alteram, tum quia penetrat, tum quia per diſtantiā non impeditur iuxta luminis facultatē quod ſibi deſeruit. Ideo, dicendum, quod nullo modo uidet angelus, ſiue bonus, ſiue malus per oculos corporis aſſumpti, nec aliquid corporale ſibi deſeruit, ſicut tamen locutione deſeruit ſibi aer, & percuſſio aeris ad ſonū procurandū, & ulterius ad multiplicandū uſque ad aures audiētis, Vnde oculi eorū ſunt oculi depicti. Libenter aūt ſub his ſimilitudinibus hominibus ſe offerūt, ut eis eorū proprie-

tates quas naturaliter habēt,& loqui ſpiritualiter per hu iuſmodi opera manifeſtent.Ideo enim & patribus ſancti angeli ſæpe apparuerūt ex D E I ordinatione & eius per miſſione.Malis hominibus ſeſe manifeſtant, ut homines eorum proprietates cognoſcentes illis ſe aſſociet, hic in culpis,& alibi in pœnis, Vnde Dionyſius cœleſtis hierarchię in fine dicit.Ex oībus partibus humani corporis docet angelus ſuas proprietates conſiderare concludendo, quod corporalis uiſio cum ſit operatio corporis uiuentis per organū corporale,quibus dæmones in ſe carent, ideo in aſſumptis corporibus ſicut ſimilitudines membrorum habent,ita & ſimilitudines operationem.Et ſimiliter dicere poſſumus de eius auditu,qui multū nobilior corporali,eo ꝙ conceptum mentis & animę locutionem ſubtilius cognoſcere poteſt quàm homo,audiēdo conceptum mentis per uerba corporalia expreſſum.Vide S. Thomā. in 2.ſenten.diſtinct.8. Si enim in uultu hominis legitur ſecreta eius uoluntas,& ex motu cordis & qualitate pulſus,a medicis paſſiones animæ cognoſcūtur a fortiori, ꝑ dæmones. S E D quo ad comeſtionem dicamus quod completa ratio comeſtionis quatuor debet . Diuiſionem cibi in ore , & traiectione m in corpus, uirtus corporis potentis digerere , & quartum conuertere neceſſarium nutrimentum, & ſuperfluum eiicere . Angeli quicunque , prima duo in aſſumptis corporibus comedendo faciunt, tertium & quartum non poſſunt, ſed loco uirtutis digeſtiuæ & eiectiuæ , adeſt ei uirtus alia quæ cibis diſſoluitur ſubito in præiacentes materiam.

In Chriſto etiam fuit uera comeſtio in omnibus , quia habuit uirtutem nutritiuam & conuerſiuam , non au tem conuertendo in ſuum corpus,quia illę uirtutes fue runt glorificatæ , ſicut & corpus unde etiam reſolue batur cibus in corpore ſubito , ſicut qui aquam in ignem proiiceret.

Quomodo modernis temporibus maleficæ actus carnales cum incubis dæmonibus exercent & qualiter ex his multiplicatur.

SED quo ad actus carnales de quibus principaliter intenditur quo etiam cum maleficis tanquam incubi, in aſſumptis corporibus exercent, nulla ſubeſt difficultas ex præmiſſis, niſi fortaſſis quis dubitaret, AN præſentes maleficæ huiuſmodi ſpurcitiis intenderent, & an originem maleficæ ex his ſpurcitiis ſumpſerunt. AD HAS duas dubitationes reſpondendo, dicamus ad primam quicquid de precedentibus maleficis ante annos incarnationis dominicæ, mille & quadringentos, uel circiter actum ſit. An uidelicet his ſpurcitiis inſeruiebant ſicut ab illo tempore modernæ maleficæ hoc ignorat, eo quod nuſquam hoc quod experientia iam edocuit, hiſtoria diſſeruit. Maleficos enim ſemper fuiſſe, & ex eorum prauis operibus plurima nocumenta hominibus, iumentis, & terræ frugibus eueniſſe, ſicut & incubos, & ſuccubos dæmones, nemo qui hiſtorias peragat dubitare poteſt, cum traditiones canonum & ſacrorum doctorum plurima a multis contenis annorum de ipſis in poſterum reliquerunt & tradiderūt, licet in hoc ſit differētia quod incubi dæmones in retroactis temporibus infeſti fuerunt mulierculis contra ipſarum uoluntatum, prout Nider in ſuo formicario, & in libro de uniuerſali bono, ſiue de Apibus, Thomas brabantinus plurima recitat. Huic autem poſitioni, qua aſſeritur præſentes maleficas huiuſmodi ſpurcitijs diabolicis eſſe infectas, non noſtra ſententia, intantum adhæret, quarum ipſarum maleficarum experta teſtimonia, quę cuncta illa reddiderunt credibilia, nō iam ut hactenus inuitis animis, ſed ſponte pro uoluntate reſ fœtidiſſima miſerabilis ſeruituti ſe ſubiicietes. Quotquot enim a nobis ſeculari brachio ad puniendum relictæ fuerunt in uariis diocœſibus, præcipue in Conſtantienſi, &

in opi-

in oppidio Rauenſpurg multis annis his inhæſerunt ſpur citiis certis ſub uigeſimo,aliis ſub duodecimo, aut ſub tri geſimo anno, & ſemper cū fidei abnegatione, in toto uel in parte, teſtes ſunt ibidem omnes incolæ. Demptis enim ſecrete pœnitentibus & ad fidē reuerſis,non minus quàm quadraginta & octo in quinque annis igni traditæ fuerunt, nec tamen illis accomodata fides, quantum ſponte reuerſis ad pœnitentiam, credulitas adhibita fuit omnibus in loco concordantibus,quòd huiuſmodi ſpurcitiis in augmentum huius perfidiæ habent inſiſtere. De quibus etiam ſigillatim in ſecunda parte operis, ubi eorum particularia opera deſcribentur,tractabitur, obmittendo ea, quæ & ſocius noſter, inquiſitor Cumanus in comitatu Burbiæ peregit, qui & in ſpacio unius anni, qui fuit Milleſimus quadringenteſimus octuageſimus quintus, quadraginta & unam maleficam comburi fecit. Et omnibus publice aſſerentibus, ut dictum eſt, illis ſpurcitiis diabolicis inhæſiſſe. Cōſtat ergo omnia aut uiſus uel auditus propria experientia,aut fide dignorum relatibus. Quo ad ſecundum, ubi difficultatur, an ipſi malefici ex his ſpurcitiis originem ſumſperunt. Dicamus ſecundum Auguſtinū, hoc utiq; uerū eſſe oēs ſuꝑſtitioſas artes ex peſtifera ſocietatem hoīum & dæmonū originē ſumpſiſſe.Sic enim dicit libro. 1. de doctri. chriſtiana, & habetur. 26.q.2.illud quod eſt. Omnes artes huiuſmodi uel nugatoriæ uel noxiæ ſuperſtitionis ex quadā peſtifera ſocietate oīum, & dæmonū quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtituta penitus ſunt repudiandæ, Illo attento manifeſtum eſt quod ſicut diuerſæ ſunt ſpecies ſuperſtitionis, ſeu magicæ artis, ita & diuerſæ ſunt eorum ſocietates, & ſicut ſpecies maleficorū inter quatuordecim illius artis ſpecies peſſima exiſtit,quia non per pactum tacitum, ſed expreſſum ultra hoc quod cultum latriç perfidei abnegationem ipſis dæmonibus habent exhibere. Ideo & peſſimā cum ipſis conuerſando retinent ſocietatem, iuxta mulierum, quæ ſemper uanis delectantur conditiones. Attento inſuper iuxta doct.S. Tho. in 2. ſenten. diſt. 4. ar. 4. in ſo-

lutione unius argumenti ubi quærit. An geniti ex huiuſmodi dæmonib. modis peractis ſine maioris uirtutis quã alij homines? Reſpondit hoc uerũ eſſe, non ſolum ex textu ſcripturæ Gen. 6. Iſti ſunt potentes a ſeculo &c. Sed etiam ea ratione quod dæmones poſſunt ſcire uirtutem ſeminis deciſi. Primo ex diſpoſitione eius a quo deciſum eſt. Secũdo mulierem proportionatam ad ſeminis illius ſuſceptionem. Tertio conſtellationem iuuantem ad effectum corporalem. Et quartum addere poſſumus etiã ex ſuis uerbis ſcilicet ipſius geniti complexionem optimam, ad effectus illi proportionatos, ex quibus omnibus ſic concurrentibus concluditur, ꝙ tales ſic geniti ſunt fortes & magni corpore. Ideo ad propoſitum cum quæritur. An malefici ex his ſpurcitiis originẽ ſumpſerunt, dicamus. Originem ſumpſerunt utiq; ex peſtifera mutua ſocietate, ut ex primo notabili patuit. Multiplicationem uero non ſumpſiſſe ex illis ſpurcitiis nemo negare poteſt ex ſecundo notabili, cum non delectationis, ſed corruptionis cauſa illius dę mones intendunt. Erit ergo talis ordo quod ſuccubus dæmon ab homine, ſcelerato ſemen decidat, qui ſi eſt proprius illi homini deputatus, & noluerit ſe incubum facere, ad maleficam tradit illud ſemen dæmoni mulieri ſeu maleficæ deputatus; & ille ſub certa conſtellatione ſibi deſeruiente, ut talis genitus uel genita, fortis uiribus ad peragenda maleficia perſiſtit ſe incubum maleficę faciet. Nec obſtat quod illi de quibus textus loquitur non fuerint malefici, ſed tantummodo gigantes, & uiri famoſi & potentes, quia ut ſuperius dictum eſt, maleficia non fuerunt perpetrata tempore legis naturæ, & hoc propter recentem memoriam creationis mundi. Vnde idolatria locum habere non potuit, iam autem malitiam hominũ excreſcente diabolus maiorem ad ſeminandum hoc genus pfidiæ reperit oportunitatem. Sed neque illi termini in bonum uirtutis intelligi poſſunt, ubi illi aſſeruntur fuiſſe uiri famoſi dicebantur.

An

An ſemper cum deciſionem ſeminis incubus dæmon maleficam aggreditur.

AD illud etiam ubi quæritur. An ſemper cum infuſione ſeminis, &c. Reſpondetur cum mille nocendi habeat modus & artes, utpote quia principio ruinæ ſuæ conatur eccleſiæ unitatem reſcindere, & humanū genus omnibus modis auertere. 16 q. ſecunda. Ideo de iſtis regula infallibilis non poteſt dari, ſed probabilis diſtinctio, uidelicet, quod aut malefica annoſa eſt, & ſterilis, aut non. Si ſic utique abſque ſeminis deciſione cum ad nihilum ualeret, & dæmon in ſuis operibus etiam quantum poteſt ſuperfluitatem ſubterfugit, ſicut & natura maleficam aggreditur, uel etiam ſi ſterilis non ſit, tamen delectationis cauſa ex parte maleficæ cauſandæ ipſam aggreditur. Si uero ad impregnationem diſpoſita, tunc ſi commode ſemen a uiro deciſum habere poteſt cum illo ipſo aggredere ob infectionem prolis non differt. Verum ſi quis quæreret an ſemen emiſſum per nocturnam pollutionem ita colligere poſſet ſicut deciſum per actum carnalem. Ad hoc probabilis poteſt dari ratio, quod non licet aliis uideri, patet oppoſitum. Nam attento quod dęmones ut præmiſſum, eſt uirtutem ſeminis generatiuam attendunt, & talis uis in ſemine per actum carnalem amplius effunditur & conſeruatur, ſcinditur ſemen per pollutionem nocturnam emiſſam tantummodo ex ſuperfluo humore & non cum tanta ui generatiua diſcinditur. Ideo cum eo ſe minus exercere ad generationem prolis creditur, niſi fortaſſis uim illam adeſſe ſemini intelligeret. Sed & hoc omnino negare non poſſumus, quod malefica maritata, & per maritum impregnata, etiam per cōmixtionem alterius ſeminis incubus dæmon conceptum inficere poteſt.

An potius

An potius uno tempore quàm altero, & ſimiliter de loco obſeruat.

AD illud, an obſeruat tempora & loca. Dicendum ꝙ ultra obſeruantiam temporum, quod ad conſtellationes quas obſeruat, quando ad prolis infectionem operatur. Obſeruat etiam certa tempora quando non infectionis, ſed ueneręæ uoluptatis cauſa, ex parte maleficæ exercendæ agitatur, & ſunt ſacratiora totius anni tempora, ut natalis Chriſti, Paſchatis, & Pentecoſten ſolemnitatibus, & aliis feſtiuis diebus, & hoc faciunt triplici ex cauſa. Primò, ut ſic malefici non ſolum perfidi per apoſtaſiam a fide, uerum etiam ſacrilegii uitium incurrunt, in quibus ipſi dæmones ut ipſe creator amplius offendatur & grauius, in propriis animabus maleficę condemnentur. Secunda cauſa, quod cum Deus ſic grauius offenditur eis maiorem poteſtatem ſæuiēdi in hominines & puniendi illos, ſiue in rebus, ſiue in corporibus, etiam innoxios relinquant. Quod enim dicitur, filius non portabit iniquitatem patris, &c. intelligitur quò ad eternam punitionem, temporali autem ſæpiſſimè innoxii propter aliorū facinora afflictione puniuntur, unde & alibi Deus clamat, Ego Deus fortis & zelotes uiſitans peccata parentum, in tertiam & quartam generationem. Talis punitio patuit in filiis Sodomitarum ſubmerſis, propter parentum ſcelera. Tertia cauſa ut maiori oport unitate plures ruere faciant, præſertim iuuenculas, quæ feſtiuis diebus ocio & curioſitatibus dum amplius inſiſtunt, eo facilius a maleficiis uetulis ſeducantur, prout in terra natiuitatis unius ex his inquiſitorib. cū duo ſimus hoc opus colligentes contigit. Nam iuuencula quædam & uirgo deuota ſollicitata feſtiua die ab una uetula, ut ſecum per gradus ad cameram aſcenderet, eo ꝙ certi iuuenes pulcherrimi ibidem eſſent incluſi, & dum illa annueret, aſcēdentibus ſimus, uetula præcendente, iniunxit iuuenculæ, ne ſe ſigno crucis muniret. Et licet illa annuiſſet, occultè tamē ſigno illo muniuit, ex re contigit, ut dum aſcendiſſent,

diſſent, & uirgo neminem compexiſſet, eo quod dæmones ibidem exiſtentes ſuam præſentiam in aſſumptis corporibus illi uirgini nequlebant oſtendere. Vetula maledicendo uirgini dixit; Vadas in nomine omnium diabolorum, cur te ſignaſti? Hæc ex confeſſione pura illius uirginis colligi poteſt & ad dī quarta cauſa ut ſic facilius homines educant, qui dum ſi conſiderant quod talia a Deo ſacratioribus temporibus fieri permittuntur, non æſtiment illa tam grauia eſſe, ſicut ſi illis temporibus nequiret faceret de loco uero amplius in locis certis ſe exercent, dicendum. ꝙ ex uerbis factisq; maleficarum conſtat, ꝙ ſpurcitias illas omnino in locis ſacris exercere nō poſſunt. Quia in re perpenditur efficacia angelicæ cuſtodiæ, ob reuerentiam illius loci, & quod amplius eſt, aſſerunt, ſe nunquam habere pacem, niſi tempore diuinorū, cum præſentes fuerint in eccleſia, & ideo citius & tardius ingrediuntur & egrediuntur, licet alia peſſima certa cæremonialia habent ad inſtructionem dæmonum obſeruare ſcilicet tempore eleuationis in terram ſpuere, ſeu cogitationes nephandiſſimas per uerba, aut ſine uerbis proponere, ut utinam eſſes in tali, uel tali loco, prout iam in ſecunda parte tangetur.

An uiſibiliter ſicut ex parte maleficæ, ita etiam quo ad circunſtantes ſe mutuo agitant.

AD illud, an uiſibiliter uel inuiſibiliter huiuſmodi ſpurcitias agant mutuo, dicendum quantum experientia nos edocuit, quod licet ſemper uiſibiliter ex parte maleficæ dæmum incubus operetur, ita quod non eſt neceſſarium inuiſibiliter propter fœderatum pactum & expreſſum ei appropinquare. Tamen quo ad circunſtantes ſæpius ipſe maleficæ ſupinæ iacentes in agris ſeu ſyluis uiſæ ſunt, & denudatæ ſupra umbilicum. Et iuxta diſpoſitionem illius ſpurcitiæ coaptatis membris, tibiis & cruribus ſe agitantes dæmonis incubis inuiſibiliter ibi

dem

dem quo ad circunſtantes cooperantibus, licet in fine actus uapor nigerrimus in longitudine hominis ſurſum a malefica in aere eleuabatur, ſed hoc rariſſime. Et qua de cauſa nouit ille artifex, ut iuuencularum circunſtantiam, uel aliorum hominum mentes ualeat aut allicere, aut immutare, de quibus geſtis & qualiter in pleriſque locis, tam in oppido Rauenſpurg quam etiã in domino nobilium de Roppelſteyn, & certis aliis terris talia ſunt peracta, in ſecunda parte patebit. Sed & hoc contigiſſet certum eſt, ꝙ maritis uiſibiliter interdum cernentibus incubos dæmones, quos tamen non dæmones, ſed uiros putabant cum eorum uxoribus talia peragere, dum arma arriperent, & transfodere uolebat, ſubito dæmon diſparuit, ſe inuiſibilem faciẽdo unde & mulieribus manus & brachia obiicientibus, licet interdum læſi fuiſſent, ipſos tamẽ uiros obiurgantes an nẽ oculos haberent, aut ſi a dæmonibus obſeſſi forent deridebant.

Quod non ſolum dæmones incubi mulieres ex eorum ſpurcitijs procreatis, aut eis obſtetricibus oblatas infeſtant, ſed quaſcunque indifferenter, cum maiori uel minori uenerea delectatione.

Finaliter uero concludendo, dici poteſt ipſos dæmones incubos non tantum mulieribus ex eorum ſpurcitijs progenitis, aut eis ab obſtetricibus oblatis fore infeſtos, ſed toto conatu in quaſcunque ſanctiores uirgines illius terræ, aut oppidi per ipſas maleficas ſeductrices aut copulatrices anhelare. Hoc enim experientia rerum magiſtra edocuit, ubi in oppido Reuenſpurg certæ combuſtæ ante finalem ſententiam. Hinc ſimile aſſeruerunt, quod eis ab earum magiſtris iniunctum fuiſſet, omni conatu debere in ſubuerſionem ſanctarum uirginum, & uiduarum laborare. Et de uenerea delectatione an maior

ſit

ſit uel minor cum incubis dæmonibus in corpore aſſumptis quam cæteris paribus cum uiris in corpore uero dicendum. Videtur quod licet naturalis ordo hoc minus excuſat, quin maior ſit ubi ſimile ſuo ſimili alludit, tamen ille artifex, ubi debita actiua debitis paſſiuis licet non in natura tamen ſub qualitatibus in calore uel tempera mento aliquo coniungit, vtique non minorem excitare videtur concupiſcentiam, ſed de his in ſequentibus latius quo ad conditionem ſexus fœminei declarabitur.

De modo generali quo per ſacramenta eccleſiæ ſua maleficia maleficæ exercent. Et de modo quo uim generatiuam impedire ſolent, ſeu etiam alios defectus ſuper quaſcunque creaturas, demptis corporibus cœleſtibus.

CAP. V.

Nam autem qualiter alias creaturas in utroque ſexu & terrę fruges inficiunt, plures ſunt ſuper modo agēdi aduertēda. Ex primo qualiter homines, demū qualiter beſtias. Tertio, qualiter terræ fruges. Et parte hoīs, primo qualiter uim gñatiuam, ſeu ēt actū venereū ne mulier concipere, aut uir actum exercere ualeat maleficijs impediunt. Secūdo qualiter actus ille impeditur reſpectu unius mulieris interdū & nō alterius. Tertio qualiter mēbra uirilia auferuntur, quaſi omnino ſint a corporibus euulſa. Quarto quomodo ſi aliquid premiſſorum contingeret potentia dæmonis inferente ꝑ ſe: non per maleficam poſſet diſcerni. Quinto, quomodo maleficæ homines utriuſq; ſexus in beſtias præſtigioſa arte transmutant. Sexto, quomodo obſtetrices maleficæ conceptibus in vtero matris diuerſis modis interimūt, & ubi hoc non faciunt, dæmonibus infantes offerunt, & ne hęc quaſi incredibilia putarentur, ideo in prima parte operis per quæſtiones & argumentorum ſolutiones, ſunt deciſa,

Ad

Ad quas ſi opus ſit,dubius lector pro inueſtiganda ueritate recurrere poteſt. Ad præſens tantummodo acta & geſta per nos reperta,ſiue etiam ab aliis conſcripta in deteſtationem tanti criminis ſunt deducenda ad priores quæſtiones, ſi fortaſſis alicui difficiles ad intelligendum forent.Ex his quæ in hac ſecunda parte traduntur fidem capiat, & ab errore reſilat, quo nullam maleficam eſſe, aut nullum maleficium poſſe fieri in mundo æſtimauit. Vnde primo notandum,q; cum ſex modis lædere poſſunt abſque modis quibus alias creaturas lædunt. Et unus ſit, quo amorem malum ingerunt uiro alicui ad mulierem, uel mulieri ad uirum. Alius eſt, quo odium uel inuidiã, in aliquo ſeminare procurant. Tertius in his qui maleficiati dicuntur,ne ui generatiua uti ualeant ad fœminam, uel uiceruerſa fœmellæ ad uirum uel etiam aliis modis aborſum procurando,ut ſupra tactum eſt. Quartus cum in membro aliquo hominem ægrotare faciunt. Quintus cum uita priuant.Sextus cum uſum rõnis auferunt.Et fateri cum hoc oportet quod in omni genere,rerum, demptis corporibus cœleſtibus ueros defectus & ueras infirmitates ex uirtute naturali inferre poſſunt,& hoc ex potenti uirtute naturali & ſpirituali,qua corporali quacunque eminent uirtute. Nulla etiam infirmitas cum altera concordat,ſeu etiam defectus naturalis ubi infirmitas deſit,ideo diuerſis mediis utique ad diuerſas infirmitates & defectus procedant. De quibus aliqua quantum neceſſitas poſtulat in medium producamus, prius tamen ne animus lectoris maneat ſuſpenſus, cur ſupra corpora cæleſtia aliquam immutationem facere nõ poſſunt,dicemus triplicem eſſe cauſam. Prima, quia ſuper eas etiam quo ad locum pœnalem,exiſtunt qui locus eſt aer caliginoſus,& hoc propter ipſorum officium eis deputatus uide ſupra in prima parte tractatus in quæſtio. 2. ubi dicitur de incubis & ſuccubis dæmonibus. Secunda cauſa quia corpora cœleſtia mouentur a bonis angelis,uide in pleriſque locis de motoribus, orbium præcipuè S. Thomam in prima parte,q.90. in quo corcordant philoſo-

phi

phi cum theologis. Tertia cauſa propter uniuerſale regimen & commune bonum uniuerſi, cui detraheretur in generali ſi malis permitteretur ſpiritibus in illa corpora cęleſtia aliquas immutationes cauſare. Vnde & illę immutationes miraculoſę factæ in ueteri aut in nouo teſtamento, a Deo per eorum motores ſe angelos bonos factæ ſunt, ut in ſtatione Solis ſub Ioſue, retrogradatione ſub Ezechia, obſcuratione in naturali in paſſione Chriſti. In omnibus autem poſt elementis & elementatis ſua maleficia Deo permittente, & per ſe abſq; maleficiis & cum maleficis exercere poſſunt, & de facto exercere non ceſſant, ut patebit. Secundo notandum quòd in omnibus modis maleficandi ut plurimum ſemper maleficas informant, ut inſtrumenta ſuæ maleficæ per ſacramenta ſeu ſacramentalia eccleſiæ, uel per quæcunq; diuina ſeu Deo conſecrata efficiant, ut quando imaginem cereã ſub palla altaris ad tempus ponit, uel per Chriſma ſacrum filum trahunt, uel ex quibuſcunque rebus conſecratis. Et hoc quidem triplici ratione, ſicut etiam quòd ſanctioribus anni temporibus, & pręcipue circa aduentum domini, & feſta natalia ſua maleficia exercere ſolent. Primo ut non ſolum homines per talia perfidi fiant, ſed etiam ſacrilegi, diuina quantum in eis eſt contaminando, & ſic plus Deũ creatorem ſuum offendant intimius, animas proprias cõdemnent, & plures in peccata ruere faciant. Secundo ut Deus ſic grauiter per homines offenſus, dęmoni maiorẽ poteſtatem in homines ſæuiendi relinquit. Sic etiam Gregorius dicit, quod malis interdum iuxta eorum deſideria & petiones concedit, iratúſque aliis denegat propitius. Tertio ut ſic ſub ſpecie boni apparentis pluries ſimplices facilius decipiat, quando per tacta diuinis rebus putant aliquid numinis a Deo obtinuiſſe, ubi ſolum peccata maiora ſunt commiſſa. Poteſt & addi quarta ratio ſuper ſacratiora tempora & principium anni. Nam quia feſta plus franguntur peccatis mortalibus quàm mechanicis operibus, iuxta Auguſt. in lib. decem cordis. Superſtitio autem & maleficia de maximis ſeruilibus operibus

dæmo-

dæmonis eſt contra diuinam reuerentiam. Ideo ut dictũ eſt, homines profunditus cadere facit, & creator amplius offenditur. Et ſuper principium anni dicere poſſumus, iuxta Iſidorũ lib. 8. ethi. ca. 2. quod ſicut Ianus à quo Ianuarius mẽſis dictus eſt, qui & in die circũciſionis incipit, idolũ fuit diuerſis faciebus cõfictũ, una tãquã eſſet finis anni præcedentis, & alia tanquam eſſet principium futuri, & imminentis anni eſſet protector, & fortunatus auctor, in eius reuerentiam, ſed potius dæmonis, in idolo faciebant pagani uarias commotiones luxurioſas & ſtrenuas, & iocula ſibi mutuo tradiderunt, choreas uarias duxerũt, mẽſas præparauerunt, de quibus mentio fit per beatum Auguſtinum, in multis locis, & fere per totum recitantur. 26. q. uariis. Et ſicut iam mali Chriſtiani has corruptelas immitãtur, licet, quo ad laſciuiam ſint translata ab eis ad tempora carniſpriuii quando cum laruis, & ludis & aliis ſuperſtitionibus diſcurrunt. Ita & nunc maleficæ his perſuaſionibus a dæmonibus, in ipſorum cõplacẽtiam circa principiũ anni quo ad diuinũ officiũ & cultum, ut feſtum Andreæ & feſta natalia Chriſti exiſtũt, ſua maleficia exercent. Et quidem iam in ſpeciali qualiter per ſacramenta. Primo demum qualiter per ſacramentalia talia exercent aliqua nouiter facta, & a nobis per inquiſitionem reperta referamus, oppidũ quod nominare nõ expedit, quia ordo charitatis & rationis imperat & ſuadet, ubi malefica corpus dominicum ſumpſit, & declinans ſubito ut deteſtabilis modus eſt mulierum, peplum ori adhibuit, & in panniculum dominicum corpus extrahendo inuoluit, & in ollã in qua bufo erat, ſic & diabolo informata proiecit, & ſub terra in ſtabulum prope horreũ domus ſuæ occultauit, cum aliis plurimis rebus adiunctis, ex quibus ſua maleficia exercere habuiſſet, ſed aſſiſtente diuina pietate tãtum facinus detectum ad lucem peruenit. Nam ſequente die mercenario quodã cauſa ſui laboris, prope ſtabulum iter faciente, uocem quaſi cuiuſdam infantis eiulantis audiuit, & quãto propius acceſſit, uſq; dum ad pauimentũ ſub quo olla abſcondita erat, peruenifſet, tãto clarius audiuit,

diuit,& æſtimans infantem aliquem a muliere ſubtumu latum,ſcultetum ſeu præſidentem acceſſit,& rem geſtam ſua æſtimatione a parricidia perpetratam narrauit, qui ci tò miſſis ſeruitoribus ita eſſe ut ille narrauerat, repertum eſt. Exhumare autem puerum nolebat, ſed potius ut cuſtodes a remotis poſitis, ſi qua mulier accederet ſa no uſi conſilio attendere haberent. Nec enim domini cum corpus ibi abſconditum eſſe nouerat, unde & contigitur eadem malefica locum accederet,& ſub pallio aliis occultè cernentibus ollam abſcondit. Vnde capta & quæſtionibus expoſita facinus detexit, aſſerens dominicum corpus cum bufone ruiſſe in olla abſconditum, ex his pulueribus ſua ad libitum nocumenta hominibus ſeu alijs creaturis auferre poſſet. Inſuper aduertendum quod hanc obſeruant maleficæ communicantes cōſuetudinē, ut ſi abſque nota efficere ualeant dominicum corpus lin gua & non ſupra recipiant rationibus his ut æſtimari poteſt, ut abnegationes fidei remedium nunquam percipere uelint, nec per confesſionem, nec per ſacramenti eucharistiæ perceptionem. Secundo, ut eo facilius ex ore dominicum corpus accipiatur pro earum ut dictum eſt uiſibus applicandum in maiorem creatoris offenſam.

Qua re & omnium eccleſiæ rectoribus & populum communicantibus ſemper iniungitur ſummam adhibere diligentiam, ut plurimum aperto ore & lingua, bene exten ſa cum amotione pepli mulieris communicent. Et quan to maior adhibetur diligentia, tanto plures maleficæ per hunc modum notantur. De alijs rebus ſacramentalibus innumeras exercent ſuperſtitiones. Interdum imagineas cereas, quandoque res aromaticas ſub palla altari ut ſupra tactum eſt ponentes,& ſub limine domus occultantibus, ut per tranſitum ille pro quo poſitum eſt, maleficiatur. Innumera poſſent deduci, ſed hæc minima per maiora maleficia approbantur.

De modo quo uim generatiuam impedire ſolent. Capitulum VI.

DE modo autem quo uim generatiuam impedire ſolent, tam in hominibus quàm iumentis etiam in utroque ſexu, poteſt lector ex his quę ſupra tacta ſunt in quęſtione. An dęmones per ipſas maleficas mentes hominũ ad amorem uel odium immutare ualeant. Vbi pōt ſolutiones argumentorum ſpecialiter fit declaratio de modo quo uim generatiuam impedire ualeant, Deo permittente ubi tñ notandum quod tale impedimentũ ab intrinſeco & extrinſeco practicatur. Intrinſece aũt fit ab eis dupliciter Primo, ubi rigorē membri pro fructificatione accōmoda directe reprimũt, ne hoc uideatur impoſſibile, cum & motũ alias naturalem in aliquo mēbro impedire poſſunt. Secundo ubi miſſionem ſpirituum ad mēbra in quibus eſt uirtus motiua prohibent: quaſi intercludendo uias ſeminis, ne ad uaſa generationis deſcendat, uel ne excidatur, uel emittatur. Extrinſece procurant interdũ per imagines, uel ex herbarũ comeſtionibus, interdũ per alias res exteriores, puta ex gallorũ teſticulis, non tamē credēdum eſt ꝙ uirtute illarum rerũ uir impotēs reddatur, ſed occulta uirtute dęmonũ illudētem huiuſmodi maleficas, per hiuſmodi uim generatiuã, ne uidelicet uir coire, aut mulier cōcipere ualeat maleficare poſſunt. Et huius ratio eſt, ꝙ plus permittit Deus ſuper hunc actũ, per quem primũ peccatũ diffunditur q̃ ſuper alios actus humanos, ſic & ſuper ſerpentes qui magis incantationibus deſeruiunt, q̃ alia animalia. Vnde & plu ries a nobis, & ab alijs inquiſitoribus repertum eſt ꝙ per ſerpētes aut per huiuſmodi impedimenta intulerunt. Nam quidam captus maleficus factus fuerat ꝙ multis annis ſterilitatem tam in homĩb. q̃ iumentis quãdã domũ inhabitantibus per maleficium intuliſſet. Nider inſuper ubi ſupra refert quēdã maleficũ noĩe Stadlin, in diocœſi Lauzanenſi captum, qui & factus

fuerat

fuerat ꝙ in certa domo ubi uir & uxor ſimul permanebant, per ſua maleficia ſucceſſiuè, in utero uxoris uiri ſeptem infantes occidiſſe, ita ut ſemper aborſum fecerat fęmina annis multis. Simile fecerat in eadē domo oībus pecoribus & iumentis fętoſis quorū nullū uiuum partum edidit in eiſdem annis. Et cū maleficus quęſtionaretur qualiter talia procuraſſet, aut qūo reus eſſe poſſet, facinus aperuit dicēs. Subter limen oſtij domus ſerpētē poſui, qui ſi amouebitur fęcūditas inhabitātibus reſtituetur, & ſicut prędixit, ita euenit, Nam licet ſerpens nō fuiſſet inuētus, quia in puluerē redactus, terra tñ omnino aſportabat, & eodē anno uxori & omnibus iumētis fęcunditas reſtituta fuit. Aliud deniq; factū in Rychshofen paucis & uix quatuor annis elapſis contingit, famoſiſſima quædā malefica erat, utpote quæ ſolo tactu, & omni hora maleficiare & aborſum procurare ſciebat. In quo dum uxor cuiuſdam potētis impregnata eſſet, & ob ſui cuſtodiā quandā obſtetricē ad ſe recepiſſet, monitaq; ab eadē obſtetrice fuiſſet ne caſtrum exiret, & quod præcipue a colloquio & cōuerſatione illius maleficæ ſupra dictæ ſe caueret. Poſt aliquas ſeptimanas immemor illius monitionis caſtrum exiens quaſdā mulieres congregatas in quodā conuiuio uiſitādi gratia acceſſit, ubi cum paululum reſediſſet, malefica ſuperuenit, & ipſam dominam quaſi ſaluationis gratia ſuper uētrē ambabus manibus tetigit, & ſubito puerū ſe doloroſe mouentē perſenſit. Vnde territa ubi ad propria rediit, & rem geſtā obſtetrici narraſſet. Heu inquiēs iam puerum perdidiſtis exclamauit, & ut prædixit in partu contigit. Nam nec aborſum integrum, ſed paulatim fruſtra iam capitis iamq; pedum & manuū peperit. Magna utiq; ex diuiua permiſſione caſtigatio in pœnam eius, uidelicet mariti qui tales maleficas punire, & iniurias creatoris ulciſci deberet Fuit & in oppido Merſpurg Conſtātienſis dioceſis quidam iuuenis intātū maleficiatus, qđ nullum actum carnalem cum aliqua dēpta una exercere poterat, Multis etiam audientibus retulit, quod ſępiſſime dum eam declinare & alias terras inhabitare, & fugā

capere uolebat. Adhuc interdum nocturno tempore aſſurgere, & feſtinè curſu uelociſſimo, iam per terram: iam per aerem quaſi uolando redire uolebat.

De modo quo membra uirilia auferre ſolent.

CAP. VII.

SEd & hoc quod membra uirilia auferre ſolent, non quidem in rerum ueritate corpora humana illis ſpogliando, ſed præſtigioſa arte occultãdo, ut ſupra in quæſtione de ſuper tacta declaratũ eſt, aliqua geſta in mediũ ꝑducamus. In oppido nanq; Rauẽſpurg iuuenis quidã iuuẽculæ adhæſit, quã relinquere uolens membrũ uirile perdidit, præſtigioſa utiq; arte: ut nihil uidere aut tangere præter planum corpus poſſet. Anxius inde cellare quoddam adiit, ut uinum emeret, & paululum reſidens mulieri: cui alteri ſuperueniente cauſam triſtitiæ ſuæ aperiendo ſingula enarrauit, & ita eſſe corpore demonſtrabat. Aſtuta illa an ne aliquam ſuſpectam haberet, inquiſiuit. Et ille utique: talem ipſam dæ nominando, & rem geſtam narrando manifeſtauit. Et illa. Expedit ut per uiolentiam aliquam ubi beniuolentia tibi non ſuffragatur, pro acquirenda ſanitate ipſam inducas. At iuuenis in crepuſculo noctis uiam quam tranſire malefica ſolebat obſeruauit, & ipſam reperiens dum pro ſanitate corporis ſibi reddenda ſupplicaret. Et illa ſe innoxiam, nec quicquam ſcire aſſereret, ipſam inuadendo manutergium quoddam ad collum fortiter comprimendo ſtrinxit, dixit: Niſi mihi ſanitatem reſtitues, e manibus meis peribis. Vnde illa quia clamare non poterat, & iam facies tu me facta nigreſcebat. Sine, inquit, me liberam, & te ſanabo. Et iuuenis dum nodum & ſtricturã laxaſſet, malefica manu ipſum inter fęmora ſeu coxas tetigit, dicens: iam habes quod deſideras. Et iuuenis ut poſtmodum referebat notabiliter perſenſerat antequam uiſu aut tactu ſeipſum certificaſſet membrũ ſibi ex tactu

dun:

duntaxat maleficæ fuiſſe reſtitutum. Simile uenerandus quidam pater honeſtate uitæ & ſcientia præclarus in ordine, è conuentu Spirenſi referre ſolebat. Quadā inquit, die, dum confeſſionis audictiæ inſtarem, iuuenis quidam acceſſit. & inter uerba confeſſionis membrum uirile lamentabiliter ſe perdidiſſe aſſeruit. Admirans ego pater & uerbis ſuis faciliter credere nolens, eo quod leuis corde qui facile credit, a ſapiente iudicatur. Experientia didici per uiſum, nihil cernendo, dum iuuenis locum ueſtes detegendo demonſtraſſet, unde in me ſanoq; conſilio uſus, an ne aliquam haberet ſuſpectam, quæ ei tale maleficium intuliſſet, inquiſiui, & iuuenis, unam ſe habere ſuſpectam ſed abſentem, & in Vvormatia reſidentem aſſeruit. Tunc ego, hoc tibi iniungo, quanto citius ipſam accedas, & promiſſionibus ac blandis uerbis pro poſſe ipſam emollire ſtudeas, quod & fecit. Nam poſt paucos dies reuerſus eſt, gratias mihi referens, ſe ſanum & cuncta recuperaſſe aſſeruit, & ſic uerbis credidi, experientia tamen uiſus certificatus denuo. Sunt tamen & hic aliqua notanda ad intelligendum clarius quæ ſupra de eadem materia tacta ſunt. Primo ꝙ nullo modo credendum eſt talia membra euelli aut ſegregare corporibus, ſed arte præſtigioſa per dæmonem ut nec uideri aut tangi ualeant, occultari. Et hoc auctoritate & ratione, licet ſupra tactū ſit, ubi Alexander de Ales parte ſecunda dicit. Præſtigiū proprie ſumptum eſt illa illuſio dęmonis quę nō habet cauſam ex parte mutationis rei, ſed ſolummodo ex parte cognoſcentis, qui deluditur, ſiue quantum ad interiores ſenſus, ſiue quantū ad exterioris. Super hæc tamen uerba notandum ꝙ hic illuduntur duo ſenſus exteriores, ſcilicet, uiſus & actus, & non interiores, ut ſunt ſenſus cōmunes phantaſia, imaginatiua, extimatiua & memoria, licet S.Thomas tantummodo ponat quatuor, ut ſupra tactū eſt, eo ꝙ phantaſiam & imaginatiuam ponit unam, & bene, pauca enim differentia eſt inter imaginari & phantaſiari. Tho.in.1.par.q. 79. Et hi ſenſus immutantur, & non exteriores ſolum, quando nihil occultatur uel manifeſtatur uel uigilando,

uel dormiendo. Vigilando, ut dum res aliter uidetur quã in ſe ſit, ut cum quis uidet aliquem equum cum aſſeſſore deuorantem, aut in beſtiam eſſe hominem trãsformatũ, aut ſeipſum beſtiã eſſe, & cũ beſtiis debere incedere æſtimantem. tunc enim ſenſus exteriores deluduntur & occupantur per interiores, quia uirtute dæmonum ſpecies ſenſibiles dudum reſeruare in theſauro ſpecierum ſenſibiliũ ut eſt memoria, non illa intellectiua in qua ſpecies intelligibiles conſeruantur, ſed memoria quæ eſt conſeruatrix ſpecierum ſenſibilium, quæ etiam eſt in poſteriori parte capitis, educuntur uirtute dæmonũ, Deo interdũ permittente, ad ſenſum cõmunem imaginatiuam, & tã fortiter imprimũtur, ꝙ ſicut neceſſe habet imaginare equum uel beſtiam per impetuoſum actũ, quo dæmon educit de memoria ſpeciem equi uel beſtiæ, ita neceſſe habet æſtimare ſe uidere per oculos exteriores tantũ talem beſtiã, quæ in re ab extra nõ eſt beſtia, ſed ꝑ impetuoſam dæmonis operationẽ, mediãtibus illis ſpeciebus ſic uidetur. Nec mirum uideatur ꝙ dæmones poſſunt cũ & natura hoc facere poteſt etiã defectuoſa, ut patet in freneticis, melãcolicis, maniacis, & ebriis aliquibus qui nõ poſſunt diſcernere. Et frenetici putant ſe mira uidiſſe, & uidere beſtias & alia horrenda, cũ tamen nihil in rerũ ueritate, uide ſupra in quæſtione. An maleficæ mentes hoĩm ad amorẽ uel odiũ poſſunt immutare, ubi plura notãtur. Eſt demum & ratio in ſe clara. Nam cum dæmon habeat quandã poteſtatẽ ſuper quaſdã res inferiores, excipiendo tãtummõ animã. Ideo poteſt & circa iſtas res aliquas immutatiões facere quãdo Deus ſinit ut res appareãt aliter q̃ ſint. Et hoc ut dixi aut turbãdo aut illudendo organũ uiſus, ut res clara uideatur nubiloſa, ſicut etiã poſt fletũ ꝓpter humores collectos lumẽ aliter apparet q̃ ante, uel operãdo in imaginatiuã potentiã per tranſmutationẽ ſpecierũ ſenſibiliũ ut dictũ eſt, uel humores uarios mouẽdo, ut appareãt ignea uel aquea quæ ſunt terreſtria uel ſicca, ut quidã faciunt ꝙ oẽs in habitatione aliqua habẽt ſe ueſtimẽtis exuere & denudare putantes ſe in aquis natare. Vlterius aũt ſuper modũ præ

fatum

ſtatũ quæritur, An hmõi illuſiones indifferenter bonis & malis accidere poſſunt ſicut ut inferius patebit, corporales alię infirmitates etiã in gratia exiſtẽtib. inferri a maleficis poſſunt. Super quo inhærendo uerbis Caſſiani col. 2. Abbatis Sireni, dicendum eſt ꝙ non, unde oẽs iſti ſic illuduntur, præſumuntur in peccatis mortalibus eſſe, dicit. n. ex uerbis Athonii patet dæmonem nullatenus poſſe mẽtem cuiuſcunq; uel corpus inuadere, nec habere facultatẽ aliquam in cuiuslibet animam penitus irruendi, niſi eam primo deſtituere oĩbus cogitationib. ſanctis ac ſpirituali cõtẽplationẽ uacuã nudãq; reddiderit. Cõcordat cum eo ꝙ philo. 1. de conſ. ad Boetium tãgit. Talia tibi cõtuleramus arma q̃ niſi prior abieciſſes inuicta te firmitate tuerẽtur. Vnde Caſſia. ibidẽ refert de duobus maleficis paganis ꝓ differentes in malicia ſucceſſiue ꝓ ſua maleficia dæmones miſerunt ad cellã B. Antonii, ut eum tẽtationib. exinde fugarẽt odio uiri S. infecti, eo ꝙ multitudo populi ad eum quotidie cõfluebat. Qui dæmones licet amariſſimis cogitationũ ſtimulis eũ ꝓpullarũt, illos tamẽ repulit ſigno crucis frõti & pectori impreſſo & orationum incubationib. inſiſtẽdo. Ita dicere poſſumus ꝙ oẽs qui ſic a dæmonib. ludificantur abſq; aliis infirmitatib. corporalibus, utique diuina gratia inhabitante carent. Vnde & illud Thobiæ 6. Qui libidini deſeruiunt, in eos diabolus accipit poteſtatem. Concordat & illud quod ſupra circa primam partem tractatus in quæſtione. An maleficæ operantur circa homines in beſtiales formas illos tranſmutando tactum eſt, ubi iuuencula conuerſa fuit in equam ſua æſtimatione, & oĩm eam aſpicientium, dempto S. Machario, cuius ſenſus diabolus illudere nõ poterat, ad quem ducta pro ſanitate, cum iam uerã mulierem & non equam aſpiceret, & econuerſo omnes alii acclamarent ꝙ equa eis uideretur. Ipſe ſanctus ſuis orationibus eam & alios a tali illuſione liberauit, aſſerens hoc ei accidiſſe quia diuinis non uacaſſet, nec ſacramenta ut dicebat. ſ. confeſſionis & euchariſtiæ ut dicebat, frequentaſſet. Vnde iuuenis qui eam de turpitudine ſollicitauerat, licet renuiſſet ex hone

ſtate, tamen Iudęus maleficus quem iuuenis ea de cauſa ut iuuenculã maleficaret acceſſerat,uirtute dæmonis eã in equam conuerterat.Summarie concludamus quod in bonis fortunę,ſicut ſunt res exteriores,ut bona tempora lia,fama & ſanitas corporis, licet boni per dæmones & ſua membra lædi poſſint in eorum meritum & probatio nem, ſicut de beato Iob patuit,qui in talibus per dæmonẽ læſus fuit ,tamen eius inuitis;ſicut in nullum peccatũ per maleficia trahi poſſunt aut uiolentari,licet ab intra & in carne ab extra ualeant tentari. item etiã nec huiuſmodi illuſiones phantaſticas actiuè & paſſiuè inferre poſſunt. Actiuè,ut eorum ſenſus haberẽt dæmones illudere, ſicut aliorum in charitate nõ exiſtẽtium.Paſsiue,ut eis eorum membra præſtigioſa illuſione haberent auferre,hęc enim duo beato Iob nunquam diabolus inferre potuiſſet,præſertim paſsiuum nocumentum, ſuper actum uenereum, qui tantæ continentiæ, erat ut diceret poſſet, Pepigi fœdus cum oculis meis, ne quidem cogitarem de uirgine. A fortiori de muliere aliena,cum tamẽ ſuper peccatores dæmon magnam noſcitur(ex uerbis Euangelii.Lucæ.11. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuũ,in pace ſunt ea que poſsidet) habere potentiã. Verum ex his ſi quis quęreret circa illuſiones membris uirilis,quod licet illam illu ſionem non poſſet,dæmon exiſtenti in gratia inferre paſſiue An ne poſſet actiuè ut.ſ.exiſtens in gratia illuderetur in ſuo uiſu,quia uideret mẽbrum annexum , cum tamen ille qui ſibi exiſtimaret ablatum ,non uideret annexum, nec etiam alii circunſtãtes,quod ſi cõceditur uidetur eſſe contra prędicta.Poteſt dici quod quia non tanta uis exiſtit in damno actiuo ſicut paſsiuo,capiendo actiuum non qui actiuè intulit, ſed qui damnum ab extra uidet, ut de ſe patet.Ideo exiſtens in gratia licet poſſet uidere dãnum alterius, & in illo dæmon ſenſus eius illuderet. Non tamen poſſet ſibiipſi tale damnum inferre paſsiuè, ut ſcilicet ſuo membro priuaretur cum libidini nõ deſeruit,ſicut per oppoſitum,ut angelus dixit Thobiæ.Qui libidini uacant dæmonium accipit poteſtatem.Quid deniq; ſentien

dum

Cũ ſuper eas maleficas q huiuſmodi membra in copioſo interdum numero, ut uiginti uel trigiata mẽbra inſimul ad nidum auium, uel ad aliquod ſcrinium includunt, ubi & quaſi ad uiuentia membra ſe mouent, uel auenam uel pabulum conſumenda, prout à multis uiſa ſunt & cõmunis fama refert. Dicendum quod diabolica operatione & illuſione cuncta exercentur, ſic enim ſenſus uidentium illuduntur modis ſupra tactis. Retulit enim quidam quod, cum membrum perdidiſſet, & quendam maleficam cauſæ recuperandæ ſuæ ſanitatis acceſſiſſet. Illa ut quendam arborẽ aſcenderet infirmo iniunxit, & ut de nido in quo plurimã erant membra, ſi quid uellet accipere poſſet indulſit. Et cum ille magnum quoddam accipere attẽtaſſet, non ait malefica illud accipias, & quia uni ex plebanis attineret ſubiunxit, hæc omnia utiq; præſtigioſa illuſione fieri à dæmonibus modis ſupra tactis organũ uiſus per tranſmutatione ſpecierum ſenſibilium in imaginatiuam potentiam turbando. Nec enim oportet aſſerere q̧ dæmones ſint in aſſumptis ſic membris oſtẽdentes quemadmodum ſolent in aſſumptis corporibus ex aere maleficis, & interdum hominibus apparere, & cum eis conuerſari. Ratio eſt, quia faciliori modo, uidelicet per motum interior localem ſpecierum ſenſibilium ex conſeruatoria ſeu memoratiua potentia ad imaginatiuã iſta facere poſſunt. Et ſi quis dicere uellet quod etiã ſimili modo facere poſſent, ubi in aſſumptis corporibus aſſeruntur maleficiis aut aliis hominibus conuerſari, ut uidelicet tales apparitiones facerent per tranſmutationẽ ſpecierum ſenſibilium in imaginatiuam potentiam, ut homines dum putarent dæmones in aſſumptis corporibus eſſe præſentes, tũc non eſſent niſi tales ſpecierum ſenſibilium in interioribus potentijs immutationes. Dicendum quod ſi nil altius dæmon oſtendere uellet, niſi tãrummodo humana effigie præſentationem, tunc utiq; opus nõ eſſet ei in aſſumpto corpore apparere, cum ſufficienter per præfatam tranſmutationem hoc efficere poſſet. Non autem quia altiora habet exercere, puta loqui conueſci, & aliis ſpurcitiis intendere. Ideo

& ipſum prҫſentem eſſe oportet, ab extra uiſui realiter in aſſumpto corpore ſe obiiciendo,quia uirtus angeli ibi eſt, ubi operatur ſecũdum docto. In quæſtione uerò qua quҫ ritur , quid ſi dæmõ per ſe abſq; malefica membrũ uirile alicui auferret, an aliqua ſit differentia inter unã ablatio nem & alteram . Dici poteſt ultra illa quæ tanguntur in prima parte tractatus in quæſtione an maleficҫ membra uirilia poſſint auferre , ꝙ ubi dæmon per ſe membrũ au ferret,tunc uerè realiter auferret , & uerè & realiter & re ſtitueret quandocunq; reſtituere haberet.In ſecũdo ſicut nõ abſq; læſione,ita non abſq; dolore auferret. Tertio ꝙ nunquã niſi coactus per bonũ angelum hoc faceret,eo ꝙ materiã ſui lucri amputare haberet,nouit,eñ plura male ficia ſuper illum actũ exercere q̃ ſuper alios humanos act⁹ ſicut.n.Deus plus ꝑmittit illũ actũ maleficiare q̃ alios hu manos act⁹,ut ſupra tactũ eſt,quæ ſingula locũ nõ habent ubi ꝑ maleficas,Deo ꝑmittente operatur.Et ſi dubitatur, an dҫmon plus effectat hoĩes & creaturas ꝑ ſe ipſum lҫde re q̃ per maleficas dici poteſt ꝙ nulla eſt cõparatio. Infi nitum eñ plus affectat ꝑ maleficas lҫdere.Tum quia ma iorem infert Deo contumeliã, creaturã ſibi dicatam uſur pando.Secundo,quia cũ Deus amplius offenditur, ampli⁹ ſibi nocendi hominibus poteſtas permitttitur.Tertio pro pter ſui lucrum, quod in perditionem ſtatuit animarum.

De modo quo homines in beſtiales formas tranformant.

CAP. VIII.

SED & hoc qđ maleficæ homines in beſtiales formas uirtute dҫmonũ,qua talia prin cipaliter operatur trãsformãt. Licet in pri ma par.operis,quæſt.an talia maleficæ ua leãt efficere,ſatis ſit declaratũ,quia tamẽ aliquibus illa quæſtio ſub ſuis argumentis & ſolutionib. nimis poſſet eſſe obſcura prҫſertim cũ acta & geſta ſuper

hæc

hæc non ſunt de ducta. Modus etiam quo ſeipſas ſic tranſformant non eſt expreſſus, ideo præſens addenda eſt declaratio per ſolutiones plurimorum dubiorum. Et primo ꝙ canon ille. 26. q. 5. Epiſcopi nõ eſt ſic nudè intelligẽdus circa hãc materiam, prout plures etiam docti, ſed utinam bene docti decipiuntur, & qui publicè in eorum ſermonibus aſſerere non uerentur, huiuſmodi tranſmutationes præſtigioſas nullo modo etiam uirtute dęmonum poſſe fieri. Et hoc utique in magnum fidei detrimentum ut ſępe tactum eſt, maleficarum confortationem, quæ & multum de talibus congaudent ſermonibus. Contingit autem hoc huiuſmodi prędicatoribus, eo ꝙ in cortice & non in medulla uerborum canonis laborant, ut ſupra tactum eſt. Cum enim dicit. Quiſquis credit poſſe fieri aliquam creaturã aut in melius aut in deterius tranſmutari, ant transformare in aliam ſpeciem, uel in aliam ſimilitudinem niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit, procul dubio infidelis eſt. Hic prius lector attendat ad duo principalia. Primo ſuper uerbum fieri. Secundo ſuper uerba, in aliam ſimilitudinem conuerti. Super primum ſit reſolutus ꝙ fieri capitur dupliciter, uidelicet, pro creari, & pro naturali productione alicuius rei. Primo modo ſoli Deo conuenit, ut notum eſt, qui ſua infinita potentia aliquid ex nihilo creare poteſt. Secundo modo diſtinguendum eſt de creaturis, quia aut ſunt creaturæ perfectæ, ut homo, & aſinus, &c. aut ſunt imperfectæ, ut ſerpentes, ranæ, mures, &c. quæ ideo dicuntur imperfectæ, quia ex putrefactione generari etiam poſſunt, licet enim ſemper de primis loquitur canon, non de ſecundis quod poteſt patere, eo quod Albertus in libro de animalibus ubi quærit, an dæmones poſſint facere uera animalia. Et reſpondit quod ſic, ſed hoc quò ad imperfecta animalia, etiam cum ea differentia quod non inſtanti ſicut Deus operatur, ſed motu quodã licet ſubito, ſicut patet de maleficis Exo. 7. ſi placet uide aliqua quæ in notata quęſtione tanguntur, circa primam partem operis, & in ſolutione primi argumenti. Super ſecundum ubi tangitur quod non poſſunt

ali-

aliquam creaturam tranſmutare. Dicas quod eſt duplex trãſmutatio, ſubſtantialis & accidentalis, & hæc accidentalis iterum duplex, quia per formam naturalem & inhærentem rei quæ uidetur, uel per formam non inhærentem rei quæ uidetur, ſed inhærentem organis & potentiis ipſius uidẽtis. De primis loquitur canon, & præcipue de formali ſeu quidditatiua tranſmutatione, prout una ſubſtantia in aliam tranſmutatur, cuiuſmodi ſolus Deus qui talium quidditatum creator exiſtit, facere poteſt, loquitur etiam & de ſecũda, licet illam dæmon efficere poſſit, inquantum per infirmitates diuina permiſſione immiſſas, aliqua forma accidentali corpori inducitur, ut ubi leproſa facies appareret, uel huius ſimile, ſed quia proprie de his non loquitur, ſed de præſtigioſa apparitione ſecundum quã uidentur res tranſmutari in alias ſimilitudines, Dicimus quod has tranſmutationes allegat ea, excludere non poteſt quod authoritate, ratione, & experientia inſimul, ex his quæ ſupra certa experimenta quæ Auguſt. lib. 18. cap. 17. de ciuita. Dei, refert deducuntur, & per uarias quæſtiones illa etiam declarando, nam inter alias prę ſtigioſas transformationes refert quod famoſiſſima maga Circes mutauerit ſocios Vlyxis in beſtias. Et ꝙ quędã ſtabulariæ mulieres cõuertiſſent hoſpites ſuos in iumẽta onera portantia. Refert etiã ſocios Diomedis in aues conuerſos, & ꝙ poſtea lungo tempore circa templum Diomedis uolaſſent. Et quod præſtantius narraſſet de parte ſua ueraciter, quod ipſe pater dixiſſet ſe caballum fuiſſe, & annona cũ aliis animalibus baiulaſſe. De primo nanq; quod ſociis Vlyxis fuiſſent in beſtias mutati, ubi utiq; ſola apparentia fuit, & oculorum deceptio, ita quod forma illa beſtiales educta fuit de conſeruatorio, ſeu memoria ſpecierum ad ipſam uim imaginatiuã, unde & uiſio imaginaria cauſabatur, & conſequenter ex forti impręſſione in potentias alias, & organa uidens æſtimabat ſe beſtiam uidere modo quo ſupra in pręcedenti ca. tactum eſt, ſed quomodo iſta fieri poſſunt uirtute dæmonis ſine læſione infra patebit. De ſecundo uero ubi hoſpites in iumenta,

onera portantia à ſtabularijs conuertebãtur,& ſimiliter hoc quod Præſtantij præter ſe æquũ fuiſſe & bladum por taſse narratur. Notandum,quod ibi tres fuerunt deceptio nes.Prima, quod illi homines præſtigioſa arte uidebantur conuerſi in iumenta,quæ conuerſio facta fuit modo ſupra tacto.Secunda,quod illa onera ubi excedebant uires portantiũ dæmones inuiſibiliter illa attulerũt.Tertia, quod illi qui alijs uidebantur tranſmutari in ſpecies, ſibi ipſis etiam uidebantur ſe in beſtias cõuerſos,ſicut Nabuchodonoſor contigit,ubi ſeptem tempora ſuper eum fue runt immutata,ut fœnum quaſi bos comederet. De illo autem quod ſocij Diomedis fuiſsent in aues conuerſi, & circa tẽplum uolaſse.Dicẽdum,quod ille Diomedes quia in exitu Græcorum circa obſidionem ciuitatis Troiæ fue rat ubi ad propria redire uolebat,in mari cum ſociis ſub merſus fuit,Ideo cum ſuggeſtione cuiuſdam idoli templũ ſibi quaſi inter deos annumeratus eſset cõſtructumfuerat dæmones in confirmationem erroris longo tempore tan quam aues loco eorũ uolebant,quare & aliud genus ſu perſtitionis a prædictis præſtigijs ibi fuit, quia uidelicet nõ per reductionẽſpecierũ ſenſibiliũ ad uim imaginatiuã ſed in aſsumptis corporibus tanquam aues uolantes ſe o culis aſpicientium ingerebant,ꝙ ſi quæritur.An etiã prædicto modo per redactionẽ ſpecierum ſenſibilium aſpiciẽ tes illudere potuiſsent,ut dæmones non in aſsumptis cor poribus ex aere tanquã uolantes aues ſe ingesſiſsent. Dicẽdum ꝙ ſic.Nam & opinio quorundam fuit,(ut recitat S.Tho.in 2.ſenten.di.8.ar.2.)quod angeli quicunque ſiue boni ſiue mali nũquam aſsumerẽt corpora,ſed ꝙ omnia quæ de eorum apparitionibus legũtur in ſcripturis facta fuerint in præſtigijs,uel ſecũdum uiſionẽ imaginariã. In quibus uerbis notatur a doctore ſancto differentia inter præſtigiũ & imaginariam uiſionẽ.Quia præſtigium poteſt habere rem ab extra corporali uiſui ſe obiicientẽ, licet aliter uideatur quam ſit.Imaginaria aũt uiſio nõ hoc neceſsario requirit,ut uidelicet res ab extra obijciatur,ſe poteſt fieri abſq; illa exteriori obiectione, tantũmodo ꝑ

illã

illas interiores ſpecies ſenſibiles ubi ad uim imaginariam reducuntur. Vnde illorum opinionem ſequēdo ſocij Diomedis nō fuerunt repreſentati per dæmones in aſſumptis corporibus & ſimilitudinibus auium, ſed tantummodo fantaſtica & imaginaria uiſione per illarum uidelicet ſpecierum ſenſibilium reductionem &c.ut ſupra. Sed quia doctor ſanctus opinionem illam ut errorem, & non ut opinionem ſimplicem reprobat(licet non ut hæreſim forte ut piè creditur)cum etiam tales apparitiones imaginariè interdum a bonis, & a malis angelis fuerint abſque corporibus aſſumptis uiſitare. Ideo ut ibidem dicit: cum ſancti communiter dicunt angelos etiam corporali uiſione apparuiſſe,& talis apparitio fit in aſſumptis corporibus. Textus etiam ſcripturæ ſacræ ſuper tales corporales apparitiones plus concordat, quam ſuper imaginarias aut præſtigioſas, Ideo ex his ad præſens dicere poſſumus ēt ſuper quaſcunque uiſiones conſimiles illis de ſocij Diomedis,ꝙ licet illi ſocij imaginaria uiſione uidentium potuiſſent opere dęmonum uideri modo quo dictum eſt, tamen potius pręſumitur,ꝙ per dæmones in aſſumptis corporibus ex elemēto aeris,tanquam aues uolantes fuerint uiſi,aut ꝙ aliæ aues naturales a dæmonibus agitare illos repreſentauerint.

Qualiter dæmones intra corpora & capita exiſtunt ſine læſione,quando præſtigioſas operantur tranſmutationes.

CAP. IX.

QVod ſi ulterius ſuper modum præſtigioſe tranſmutationis quęritur. An intra corpora & capita tunc exiſtant, & an tales ſint tanquam obſeſſi a dæmonibus æſtimādi,& qualiter fieri poſſit,ut abſque læſione potentiarum & uirium interiorum poſſit ſpecies ab

una

una potentia interiori ad aliam deducere. Et utrum tale opus debeat cenſeri miraculoſum factum,aut non,Ad primum oportet diſtinguere de præſtigioſa illuſione, eo ꝙ ut dictũ eſt.Illa illuſio fit.n.interdũ ſuper ſenſus exteriores, interdum ſuper interiores uſque ad ſenſum exteriorem.Prima ergo licet poſſit fieri abſq; hoc ꝙ dæmones intrent potentias exteriores illa occupando, ſed tantum exterius deludendo,ut ibi corpus aliquod occultare uellet,per interpoſitionem alicuius alterius corporis, uel alio quocunq; mõ.Aut ubi ꝑ ſe corpus aſſumeret, & ſe uiſui obiiceret.Secunda tamen non poteſt fieri niſi ipſum caput & potentias principaliter occupet.Et hoc oſtenditur auctoritate & ratione. Nec obſtare poteſt,quod duo ſpiritus creati non poſſunt eſſe in uno & eodem loco, & anima ſit in qualibet parte temporis, Eſt autem auctoritas ſuper hoc Damaſceni.Angelus ibi eſt, ubi operatur. Ratio ſancti Tho.2.ſen. diſt. 7.ar. 5. Omnes angeli boni & mali ex uirtute naturali quam præſtantior utique eſt, quacunque corporali habent poteſtatem tranſmutandi corpora noſtra.Patet hoc nedum propter præſtantiam & nobilitatem naturæ,ſed & ideo quia tota machina mundi & creatura corporalis adminiſtratur per angelos.Gre. 4.dialo.In hunc mundũ uiſibile nihil niſi per creaturã inuiſibilem diſponi poteſt, tamen omnia corporalia reguntur per angelos,ſicut & motores orbium aſſeruntur, non ſolum a doctoribus ſanctis,ſed etiam a philoſophis omnibus.Patet,& ex eo quod omnia corpora humana mouentur ab animabus, ſicut omnia alia per corpora cœleſtia & per ipſorum motores.Si cui placet uideat S.Tho. in 1.parte.q.90.ar.1.Ex quo concluditur quod quia dæmones ubi operantur ibi ſunt, ideo quando fantaſias & interiores potentias perturbant,tunc etiam ibi exiſtunt, Item licet illabi animæ illi ſit tantum poſſibile qui eam creauit,tamen dæmones etiam illabi poſſunt Deo permittente corporibus noſtris.Et quia pro tunc poſſunt impresſiones facere in potentias interiores affixas organis corporalibus.Ideo & per illas impresſiones ſicut immu-

tantur

tantur organa, ita immutātur operationes pontentiarum modo qua dictum eſt, quod educere poſſunt ſpecies reſeruatas in una potentia affixa organo ſicutex memoria quę eſt in ultima parte capitis, educit ſpeciem equi localiter mouendo illud fantaſma vſq; ad mediam partem capitis, ubi eſt cellula uirtutis imaginatiue, & dæmō conſequenter uſq;ad ſenſum communē,cuius reſidentia eſt in anteriori parte capitis.Et omnia ſubito ſic immutare & perturbare poſſunt,ut formæ tales neceſſario æſtimentur ac ſi exteriori uiſui obiicerētur, Exemplum patuit ex naturali defectu in freneticis, & aliis maniacis.Quod ſi quæritur, quomodo hoc abſq; dolore capitis efficere poſſit faci lis eſt reſponſio. Primo qui, enim organa nō diuidit, nec immutat quæ ad ipſorū ſubiectum ſed tantummodo ſpecies mouet.Item ſecundo, quia non alterat immittendo aliquam qualitatē actiuam, unde neceſſario paſſio ſequatur, cum & ipſe in ſe dæmon omni qualitate corporali careat,ideo ſiue alio talia operari poteſt.Item tertio,quia ut dictum eſt tantummodo facit tranſmutationes per motum localē, ab uno órgano ad aliud & non per alios motus, ex quibus alterationes, lęſiuæ interdum cauſantur. Illud ergo ꝙ difficultatē facit quod quia duo ſpiritus nō poſſunt eſſe in eodem loco puta diffinitiue,& anima etiā exiſtit, in capite,quomodo tunc dæmones ibidem exiſtere poſſunt. Dicendum, quod reſidentia animæ aſſignatur centro cordis,in quo uitam influendo omnibus membris cōmunicat. Exemplum datur de aranea in medio telæ, quæ ſentit tactum ex omni parte, tamen quia dictum Auguſtini in libro de ſpiritu & anima,quod eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis. Ideo dato quod ſit in capite adhuc dæmon ibi operari poteſt, quia alia eſt eius operatio ab operatione animæ, cum operatio animæ in corpore eſt, ut informat & uitam influat, unde eſt ibi ſicut forma,in materia,non ſicut in loco. Dæmon aūt ſicut in tali parte corporis, & tali loco immutando & operando circa ſpecies ſenſibiles,unde quia nulla confuſio operationum eſt inter eos. Ideo utrunq; ſimul in eadem partē

corpo-

corporis eſſe poſſunt. Ad illud. An tales ſint tanquam obſeſſi & arreptici, id eſt, a dæmonibus arrepti æſtimandi quia ſpecialem hoc uult habere declarationem. An uidelicet hoc poſſibile ſit, ut opere maleficorum aliquis ut obſeſſus à dæmone, id eſt, quod dæmon eum poſſideat de re & corporaliter. Ideo de tali materia ſpecialis tractabitur modus in capitulo ſequenti, habet enim & hoc ſpecialem difficultatem. An operibus maleficorum id fieri ualeat Ad illud tantummodo. An temporalia opera maleficorum & dęmonum ſint ad modum miraculorum operum cenſenda: ita quod debeant opera miraculoſa æſtimari. Dicendum, quod ſic inquantum fiunt præter ordinem naturæ creatæ nobis notæ per creaturæ nobis ignotæ, licet non ſint propriæ miracula ſicut illa quæ fiunt præter ordinem totius naturæ creatę, qualia ſunt miracula Dei & ſanctorum (Vide quæ in prima parte operis ſub quinta quæſtione & reprobatione tertij erroris, tacta ſunt) ultra quę addenda ſunt, hęc propter eos qui huiuſmodi opera impugnare poſſent quaſi non debeant cenſeri opera miraculoſa, ſed ſimpliciter opera diabolica, eo quod cum miracula ſint data in confirmationem fidei non debent concedi fidei aduerſario. Tum etiã quia ſigna antichriſti dicuntur ab apoſtolo ſigna mendacia. Sed dicendum ad primum quod miracula facere, eſt donum gratiæ gratis datæ. Vnde ſicut per malos poſſunt fieri hoĩes, ita & per malos ſpiritus ĩ his uidelicet ad quę eorum uirtus extendere ſe poteſt. Vnde etiã diſcernũtur miracula per bonos facta ab illis, quę per malos fiunt ad minus tripliciter. Primo ex efficacia uirtutis operantis, quia ſigna facta per bonos diuina uirtute fiunt, in illis ẽt ad quę uirtus actiuę naturæ ſe nullo modo extendit, ſicut ſuſcitare mortuos & huiuſmodi? quæ dęmones ſecundũ ueritatẽ facere non poſſunt, ſed in pręſtigijs tantũ: ut Symon magus de mortuo cuius caput agitabat, quæ diu durare non poſſunt. Secundo, ex utilitate ſignorũ. quia ſigna per bonos facta ſunt de rebus utilibus, ut in curationibus infirmitatum, & huiuſmodi. Signa aũt per maleficas facta

ſunt de rebus nociuis uel uanis ſicut ꝙ uolant in aere,uel reddant membra hoim ſtupida & hmōi. Et hanc differentiā aſſignat beatus Petrus in itinerario Clementis. Tertia differētia eſt quātū ad fidē,quia ſigna bonorū ordinātur ad ædificationē fidei & bonorum morum.Sed ſigna malorū ſunt in manifeſtū nocumentum fidei & honeſtatis. Etiam quantum ad modū operandi differūt,quia boni operantur mirabilia per inuocationem diuini nominis pie & reuerenter.Sed malefici & mali quibuſdā deliramētis, & dęmonū inuocationibus. Aliud etiā non obſtat,quod uidelicet apoſtolus opera diaboli & antichriſti nominat ſigna mendacia, quia tunc mirabilia quę fient ab eo diuina permiſſione ſunt uera, & etiā falſa diuerſis reſpectibus. Vera in illis quæ fiunt uirtute dæmonis,ad quę eius uirtus ſe extendere poteſt. Falſa, quando faciet ea ad quę ſua uirtus ſe non poteſt extendere,ut ſuſcitaret mortuos illuminare cęcos,quia in primo ubi facere attentabit,aut intrabit corpus defuncti,aut illud amouebit,& loco illius ipſe in aſſumpto corpore ex aere ſe præſentabit, & ſic in ſecundo præſtigioſa arte uiſum auferet,aut infirmitates alias,& ſubito ſanabit a læſione ceſſando, non qualitates interiores rectificando,ſicut in legenda Bartol. ponitur. Poſſunt etiam omnia mirabilia opera antichriſti & maleficarū dici ſigna mendacia, inquātum ſolummodo ad decipiendū fiunt,iam & tunc operabitur antichriſtus. Hæc Thomas diſt.8.de uirtute dęmonum in operādum.Poſſet etiam hic adduci differētia miraculorum quæ ponitur in compendio theologicæ ueritatis,& inter mirum & miraculum,quia cum miraculū proprie quatuor requirat.ſ.ꝙ ſit a Deo,& quod ſit præter exiſtentiam naturæ, contra cuius ordinem fit.& tertio ꝙ ſit euidens,& quarto quod ad fidei corroborationem,quia ergo in operibus maleficarum primum & ultimum ad minus deficiunt,ideo mira opera non autem miracula dici poſſunt. Et etiam ratione quia & ſi aliquo modo miracula dici poſſunt,quia tamē quædam ſunt ſupra naturam,quædam contra naturā,quędam pręter naturam. Et ſupra naturam ſunt illa in qui

bus

bus non eſt ſimile in natura,nec eius potentia,ut uirginē parere.Contra naturam, ut quæ fiunt uſu contrario natu ræ terminantur autem ad conforme naturæ, ut cæci illu minatio. Et præter naturam ut quæ fiunt ordini ſimili naturæ,ut in mutatione uirgarum in ſerpentes, quod natura facere potuiſſet longam putrefactionem propter rationes ſeminales; ſic etiam opera magorum dicentur mirabilia. Rem geſtam narrare expedit, & paululum eius declarationi inſiſtere. Eſt oppidum in diocœſi Argentinenſi,cuius nomen occultare ordo charitatis & honeſtatis poſtulat.In quo laborator quadam die dum ligna ad combu rendum duntaxat in domo fecerat. Catus quidem non paruæ quantitatis ipſum moleſtare ei importunè ſe obiiciendo uiſus eſt, quem abiendo ecce alius maioris quantitatis ſimul cum priori acrius ipſum aggrediuntur, quos iterum ubi repellere uolebat ecce tres pariter, & iam uerſus uultum ſaliendo,iamq; inter tibias morſibus lacerando ipſum aggrediuntur. Perterritus inde & ut retulit maiori anxietate nunquam perplexus ſigno crucis ſe muniēdo,& opus prætermittendo per inciſa ligna catos infeſtos & modo ad faciem, modo ad guttur,denuo ſaltantes iam unam ad caput, iam alteram ad pedes, aut ſuper dorſum percutiendo uix abegit. Et ecce poſt horæ ſpacium dum iterum ſuo opere inſiſtere, duo famuli oppidi conſulum tanquam malefactorem ipſum capientes, ad præſentiam Baliui ſeu iudicis ducere uolebant; qui iudex a longe, ipſum aſpiciens nec audientiam ſibi præſtare uolens, imperat ad profundum cuiuſdam turris ſeu carceris ubi plectendi includebantur ad mortem proijceretur. Eiulans ille, & cur talia, pateretur,cum in nullo crimine ſe conſciū agnoſceret per triduum cuſtodibus carceris quærulosè lamentabatur. Et hi quidē quanto pro audientia ſibi præſtanda amplius inſtaret, Tanto acrius iudex ita ſæuiebat uerbis contumelioſis, aſſerens qualiter & quomodo tantus maleficator adhuc reatum ſuum non agnoſceret, aut quomodo ſe innocentem proclamarem, cum euidentia facti e us flagitia horrenda demonſtrarent. Et cum hi nil

proficerent, tamen ſuaſu aliorum conſulum iudex inductus audientiam ſibi præſtare habuit. Eductus itaque de carcere, cum ante iudicem ſtaret, & iudex ipſum intueri renueret pauper genibus aliorum circunſedentium, prouolutus petiit ut cauſa ſuæ calamitatis ſibi aperietur, ſicque iudex hęc uerba prorupit. Tu ſceleſtiſſimus hoīm quomodo tua flagitia non recognoſcis? Ecce tali die, & tali hora tres matronas, præcipuas huius ciuitatis uulneraſti, vt in lectis decūbentes, nec ſurgere aut mouere ſe ualeāt. Refocillatus pauper, & de die & hora ac de euentu rei apud ſe ruminans, dixit. En diebus uitæ meæ mulierem nunquam percuſſi aut uerberaui, & quod tali die & hora ſectioni lignorum inſteti, teſtium legitima productione probabo. Sed & ueſtri familiares ſequēti hora huic operi me inſiſtentem comparuerunt. Tunc iterum furibundus iudex. Ecce ait quomodo ſcelera ſua palliare nititur. Mulieres uerbera deplangunt, demonſtrant, & ꝙ eas percuſſerit publice teſtantur. Tunc pauper amplius ſuper euentum rei ruminans. Illa inquit hora creaturas me percuſſiſſe recolo, nō ego mulieres. Attoniti circunſedentes, & ut cuiuſmodi creaturas percuſſerit referari cupiunt. Tunc ille rem geſtam (& prout ſupra tactum eſt,) omnibus ſtupentibus recitauit. Et intelligentes opus dæmonis fuiſſe, pauperem ſolutum & illæſum abire, & ꝙ negotium nulli reuelaret præcipiunt. Sed nec à fidei zelatoribus qui & interfuerant, euentus occultari potuit, ſuper quem modū aliqua differendo. An ne dæmones in aſſumptis ſic effigiis abſque præſentia maleficarum apparuerint, aut earum corporalis præſentia preſtigioſo artificio in beſtiales illas formas trāſmutata fuerit. Reſpondendo cōcludere oportet, quod licet utrunq; uirtute dęmonū fieri poſſit, ipſum tamē ſecundum factum fuiſſe amplius præſumitur. Nam motū localē ubi dæmones in effigijs catorū laboratorem inuaſerunt, etiam laboratoris ictus & uerbera caris illata mulieribus in domo reſidentibus ſubito, & per aerem inferre potuiſſe, & hoc propter pactū mutuo dudū initum nemo dubitat. Sic enim & lęſionem uel pūcturam; quam

inferre uolunt, ſciunt alicui imagini depicto uel fuſo,ubi aliquem maleficiare uolunt,quod non illi imagini,ſed illum quē præſentare habet iuxta puncturas ſuper imagines factas lædunt, uaria ſuper hunc modum geſta deduci poſſent. Nec ualet inſtātia ſi quis obiiceret illas mulieres ſic læſas fortaſſis fuiſſe innocentes eo, quod & per exempla tacta lęſiones etiā innocētibus poſſe cōtingere patet, Dum aliquis ignoranter per imaginem artificialem a malefica læditur inſtātia non ualet,quia aliud eſt a dæmone per maleficā lædi, & aliud per ipſum dæmonē abſq; malefica,quia dæmon per ſe in effigie animalis tunc uerbera ſuſcipit quando alteri ſibi per pactum coniūcto Infert. Et quando cum eius conſenſu,ad talem apparitionem ſub tali forma & modo ſe ingeſſit. Vnde ſic tantūmodo noxios & ſibi per pactū coniunctos nocere pōteſt; & nullo modo innocentes.Per maleficas aūt ubi dæmones lędere quęrunt tūc etiā innocentes promiſſione diurna in ultionem tanti criminis ſæpe affligunt, uerum etiam dæmones per ſe interdum(Deo permittente,)& innocētes lædūt & dudum. Iob ſanctiſſimum lęſerunt, ſed ibi non fuerunt, nec uſus fuit diabolus huiuſmodi pręſtigioſis apparitionibus,prout in tali facto & per tale fantaſma cati,quod,animal perfidorū eſt appropriatū ſignum, ſicut canis prædicatorū in ſcripturis. Vnde ſemper mutuo ſibi inſidiantur, Et ordo prædicatorum ſub figura catuli latrātis in primo fundatore aduerſus hęreſes præmonſtratus fuit. Præſumitur aūt ꝙ per ſedundū modum maleficę illæ tres laboratorem inuaſerunt, tum ꝙ primus modus non tantum eis placuiſſet, tum quia ſecundus earū curioſitati magis congruit. In quo etiam talis ordo circa tria ſeruatus fuit, Primo, quo ad dæmonum inſtantiā ſollicitāte ſuper hoc fuerunt. & nō dæmones ad inſtantiā maleficarum. Sic enim ſępiſſime ex earum faſſionibus repertū eſt a nobis quòd ad inſtantiam dæmonū eas continuè ad mala perpetrāda infeſtantes;plura habent facere,& uériſimile ꝙ de ſe non cogitaſſent pauperē moleſtare.Cauſa aūt quare dæmones ad hoc ſollicitabāt,ſine dubio,extitit,ꝙ quia benę noſcūt

ubi crimina manifeſta impunita remanent,amplius Deus offenditur,fides catholica dehoneſtatur, & ipſarũ numerus amplius augmentatur.Secundo,.habito earũ coſenſus dæmones earũ corpora localiter tranſtulerũt,eá facilitate qua & ſpiritualis uirtus præſtãtior corporali exiſtit. Tertio,qa præſtigioſa apparitione modo quo ſupra tactũ eſt, in formas illas beſtiales cõuerſę ipſum laboratorẽ inuadere habuerunt, nec defenſę à uerberibus,ſicut utiq; ea facilitate qua translatæ fuerant,eas defendere potuiſſent, ſed uerberari & uerberatorẽ manifeſtari permiſerunt, ſciẽtes illa flagitia per effœminatos uiros nullũ zelũ fidei habentis,remanere ob cauſas prætactas impunita. Alludit ꝙ legitur de quodã ſancto uiro,qui dũ ſemel prædicantẽ diabolũ in forma ſacerdotis deuoti in eccleſia reperiſſet, & per ſpiritũ ipſum dęmonẽ agnouiſſet,eſſe uerba ſua obſeruauit: & an bene uel male populũ informare attendebat & dum ipſum irreprehenſibilẽ, & potius criminũ obiurgatorem perpendiſſet,finito ſermone accerſito dum cauſam ſuper his quæreret,reſpondit Ecce ueritatẽ dico.ſciens q; dum auditores ſint uerbi & nõ factores, amplius Deus offenditur,& lucrum meum augumentatur.

De modo quo dæmones per maleficarum operationes homines interdum ſubſtantialiter inhabitant.

CAP. X.

QVia in præcedenti capitulo tactum eſt,qualiter dæmones et capita hominũ,aut alias partes corporis occupare & intrare, & ſpecies interiores de loco ad locũ mouere poſſunt. Dubitare qs poſſet. An ne ex toto homines ad inſtãtiã maleficarũ obſidere poſſent. Et de diuerſis modis obſidẽdi abſq; maleficarũ inſtantia. Vnde pro harũ declaratione tria ſunt declarãda. Primo de diuerſis modis

dis poſſidendi. Secundo, quod ad inſtãtiam maleficarum diuina permiſſione dęmones interdum omnibus illis modis poſſident. Tertio, acta & geſta ſuper hęc ſunt dedu cenda. Quo ad primum, ſecluſo illi generali modo quo diabolus hominem, cum quolibet peccato mortali inhabitat. De quo modo ſanctus Thomas quolib. 3. quæſt. 3. ſub dubio. An diabolus ſemper ſubſtantialiter inhabitat hominem quandocunq; peccat mortaliter, cauſa dubi tationis eius ſit, ꝙ cum ſpiritusſanctus ſemper inhabitat hominem cum gratia iuxta illud. 1. ad Corinth. 3. Templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in uobis, & gratię opponitur culpa, & oppoſita habent fieri circa idem. Vbi etiam declarat quod quia inhabitare hominem poteſt intelligi dupliciter. Vel quantum ad animã, uel quã tum ad corpus, & primo modo cum non eſt diabolo poſſibile inhabitare animam, eo quod ſolus Deus menti illabitur. Nec iterum diabolus ita eſt cauſa culpæ, ſicut ſpiritus ſanctus efficit in anima per ſe operando, ideo ſimilitudo non ualet. Quantum uero ad corpus dicere poſſumus, quod dupliciter diabolus poteſt inhabitare hominem, ſicut etiam dupliciter homines reperiuntur, uel in peccato, uel in gratia exiſtentes. Primo modo, dicere oportet ꝙ quia ex quolibet peccato mortali homo ſerui tuti diaboli addiicitur, inquantum diabolus interdum exterius ſuggesſit peccatum, uel quantum ad ſenſum, uel quantum ad imaginationẽ, ideo dicitur inhabitare affectum hominis cum ad quemlibet motum tentatoris mouentur ſicut nauis in mari ſine gubernatione. Poteſt etiã diabolus hominem ſubſtantialiter inhabitare, ſicut patet in arreptitijs, & quia hoc magis pertinet ad rationem pęnę quam culpæ, ut patebit, & pœnæ corporales non ſemper conſequuntur culpam, ſed quandoque peccantibus, & non peccantibus inferuntur. Ideo & in gratia & extra gratiam exiſtentem ſecundum altitudinem incomprehẽſibilium iudiciorum Dei inhabitare ſubſtantialiter poſſunt, & hic modus poſſidendi, licet non ſit noſtræ ſpeculationi, ponitur tamen ne alicui impoſſibile uideatur, quod

etiam (Dei permiſſione)homines a dæmonibus ad inſtantiam maleficarum ſubſtantialiter interdum inhabitant. Poſſumus ergo dicere q̄ ſicut quinque modis , dęmones per ſe abſque maleficis homines lædere & poſſidere poſſunt,ita & omnibus illis modis ad inſtantiam maleficarum,cum ex tunc ſicut amplius Deus offenditur,ita quod maior ſæuiendi in homines per maleficas dęmoni permittitur facultas,& modi perfunctorie recitando , hi ſunt de pto eo quod uexant aliquando in bonis fortunæ exterioribus , quòd aliquando etiam aliquos in propriis lædunt tantummodo corporibus , aliquando in corporibus ſimul & in potentijs interioribus. Aliquando ſolum tentant intus & extra.Alios uſu rationis ad tempus priuant. Alios uelut beſtias irrationales reddunt.De ſingulis dicamus.Sed prius quinque cauſas propter quas Deus permittit homines poſſideri præmittamus , quia ordinem ſeruare,materia poſtulat.Nam aliquando quis poſſidetur pro maiori ſuo merito.Aliquando pro alieno leui delicto,aliquando pro ſuo ueniali peccato,aliquando pro graui peccato alieno , aliquando pro magno facinore proprio . Et his omnibus de cauſis nulli dubium quin & Deus ad inſtantiam maleficarum per dæmones etiā ſimilia interdū permittat , & ſingula ex ſcripturis , & non per noua geſta tantum probare expedit,cum ſemper noua per antiqua roborantur.Nam de primo patet in dialogo. Seueri, beati Martini chariſſimus diſcipuli , ubi fertur quendam patrem ſanctiſſimæ uiæ tanto dotatum in gratia expellendi dæmones ut hi nedum uerbis propriis figurentur, ſed etiam eiuſdem patris epiſtolis & cilicio,& cum corā mundo patet,eſſet celeberrimus ſe terari ſenſit uana gloria,cui uicio licet uiriliter reſiſteret,tamen ut humiliaretur amplius toti præcordijs, Deum precabatur,quatenus quinque menſibus a dæmone poſſideretur,quod & factū eſt,nam cū ſtatim poſſeſſum u nculari oportebat , & omnia applicare ſibi dæmoniacis communia . Finito autem quinto menſe , prorſus & ab omni uana gloria , & a dęmone liberatus eſt.Sed quod hac de cauſa quis per malefi-

ficium alterius poſſet a dæmone poſſideri, ſicut factum fuiſſe non legitur. Ita nec ad præſens affirmatur, licet ut premiſſum eſt incomprehenſibilia ſint Dei iudicia. De ſecundo autem, quod ex alieno leui delicto aliquis poſſidetur, ponit exemplum beatus Gregorius de Beato Eluthe rio abbate uiro ſimpliciſſimo, qui cum prope monaſteriũ uirginum pernoctaret, & ignoranti ordinauerunt ad ſuã cellam ponit paruulum puerum, qui omni nocte uexaba tur a dæmone. Sed eadem nocte a dæmone liberatus eſt ad patris præſentiam. Hic cum rem didiciſſet geſtam, & puer iam poſitus eſſet in monaſterio ſancti uiri, & tran factis multis diebus paulo immoderatè lętus de liberatio ne pueri, ait ad contratres ſuos, Diabolus ſibi cum illis ſororibus iocabatur. Sed ubi ad ſeruos Dei uenit, puerum hunc accedere non præſumpſit. Et ecce ſtatim diabolus puerum uexare cœpit. Et per lachrymas & ieiunia ſancti uiri, & confratrum difficulter, ſed eodem de liberatus fuit. Et quidam ubi ex alieno & leui delicto, quis innocens poſſidetur. Nam mirum ſi propter ueniale proprium, aut propter graue alienum peccatum, aut etiam propter proprium facinus, aliqui etiam ad maleficarum inſtantiam, per dæmones poſſidentur. Nam & de proprio ueniali peccato patet per Caſſianum colla. abba. ſereni prima, dicentem de Moſe. Moſes inquit in heremo cum ſingularis & incomparabilis uir eſſet, ob reprehẽſionem unius ſermonis, quem contra abbatem Macharium diſputans, paulo durius protulit quandam ſcilicet opinionẽ præuentus dico cõfeſtim traditus eſt dęmoni, ut humanas egeſtiones ori ſuo ab eo ſuppletus ingereret. Quod flagellum purgationis gratia dñs intuliſſe uidetur, ne. ſ. in eo uel momentanei delicti macula reſideret, patuit ex miraculoſa curatione. Nam cõtinuo abbate Machario in oratione ſubmiſſa, citius nequam ſpiritus ab eo fugatus abſceſſit. Simile uidetur huic ꝙ Gregorius primo dialo. refert de moniali, quæ lactucam comedit, nõ prius ſigno crucis ſe muniens, & per beatum Equitium patrẽ liberata, De quarto etiam, uidelicet pro alieno graui pec

cato aliquē poſſideri, ibidem refert beatus Gregorius de beato Fortunato epiſcopo, qui dum diabolum ab obſeſſo homine propuliſſet ſero, idem dæmon in ſpecie peregrini per plateas ciuitatis clamare cœpit. O uirum ſanctum Fortunatum epiſcopum. Ecce de hoſpitio me peregrinū proiecit, nec ubi quieſcam inuenio. Tunc quidam cū uxore ſua & filio ſedens peregrinum inuitauit ad ſuum hoſpitium, & quærendo cauſam expulſionis eſt gauiſus ſuper derogatione ſancti uiri, quam a peregrino ficte audiuit. Exinde autem diabolus puerum inuaſit & prunis iniecit, ac animam eius excuſſit. Sicque pater miſer primum quē recepiſſet hoſpitio intellexit. Et de quinta cauſa proprij facinoris & magni communiter, tam in ſacra ſcriptura quam in ſanctorum paſſionibus legimus. Nam & ſic. 1. Regum. 15. Saul inobediens Deo poſſeſſus eſt. Quæ omnia (ut diximus) tacta ſunt, ne impoſsibile cuiquam uideatur, ne ob facinorum maleficarum, ut aliqui etiam ad earum inſtantiam poſſideantur. Super quo ut diuerſos modos poſsidendi intelligere ualeamus, quo ad ſecundū rem geſtam in medium producamus. TEMPORE ſiquidē Pij papæ ſecundi ante iniunctum inquiſitionis officiū uni e duobus inquiſitoribus talis accidit caſus. Bohemus quidam de Dachono, oppido, filiū unicū & ſacerdotem ſecularem ob liberationis gratia, quia obſeſſus erat, Romam uſq; perduxit. A caſu autem dum ego unus ex inquiſitoribus hoſpitium refectionis gratia intraſſem contigit, ut tanquam cōmenſalis idem ſacerdos cum patre ad tabulam pariter mecum confœderent. Conuenientes aūt & mutuo (ut moris forenſium eſt) conferentes. Idem pater pluries ſuſpirans. Et quod proſperum iter compleuiſſet a Deo omnipotenti optabat: cui ex intimis compatiendo, quænam ſui itineris & cauſa triſtitiæ eſſet, inquirere cœpi. Tunc ille filio audiente, qui & mihi collaterali in menſa erat, reſpondit Heu filium habeo a dæmone obſeſſum, quem ob liberationis gratiam, magnis laboribus & impenſis hucuſq; perduxi. Et ego. Vbi nam filius eſſet dum inquireret, quod mihi collateralis eſſet indicauit.

Atterritus

Atterritus ego paululum & diligenter ipſum intuens, ꝙ cum tanta modeſtia cibum ſumeret, & ad quæq; interogata pie reſponderet. Hęſitare animo cœpi quod obſeſſus non eſſet, ſed infirmitatis cauſa ſibi aliquid accidiſſe ôbie ci, tunc filius rem geſtam per ſe narrans, & qualiter quan to q; tēpore obſeſſus fuiſſet indicauit. Mulier inquit quædam malefica hanc mihi infirmitatem contulit, rixanti enim contra eam ratione cuiuſdam diſciplinæ circa regimen curiæ, cum eam durius increpaſſem, quia ceruicoſæ uoluntatis erat, dixit, ꝙ poſt paucos dies haberem intendere his quæ mihi contingerent. Sed & dæmon in me habitans hoc idem refert, quod maleficium ſub quadam arbore poſitum ſit a malefica, ꝙ niſi amoueatur non potero liberari, ſed nec arborem uult indicare. At ego nec minimam ſuis dictis fidem adhibuiſſem, niſi experientia me protinus edocuiſſet. Nam interrogatus a me de internallo temporis, ut præter conſuetum modum obſeſſorem tantæ ſuæ rationis eſſe capacitatis, Reſpondit, uſu rationis tantummodo priuor, quando diuinis aut uacare aut ſacra loca uiſitare uoluere, præcipue autem dæmon ex ſuis uerbis per me prolatis dixit. Quod ſicut maiorem diſplicentiam hactenus in ſermonibus ad populum ſibi feciſſet, ita ut nullo modo me prædicare ſineret, gratioſus enim ex relatu patris prædicator extitit, & omnibus amabilis. At ego inquiſitor cū de ſingulis certificari uolebā, per quindenam & ultra ad uaria ſanctorum limina ipſum deducere decreui. Præcipuæ autem ad eccleſiam ſanctæ Praxedis uirginis, ubi pars ſtruæ marmoreæ cui in ſua flagellatione ſaluator noſter alligatus fuerat, & ad locum in quo Petrus Apoſtolus crucifixus fuerat, in quibus locis horribiles eiulatus dum exorcizabatur emittebat, iam aſſerens ſe uelle exire, poſt paululum uero minime. Et ut præmiſſum eſt in omnibus moribus manſit ſacerdos compoſitus, & ſine omni nota, niſi dum exorciſmi incipiebantur, & illis finitis dum ſtola de collo amouebatur, ex tunc iterum nec minimum irrationabilem, aut inhoneſtum motum demonſtrabāt, hoc dempto dum eccleſiam

aliquam

aliquam pertranſeundo genua pro ſalutatione uirginis glorioſæ flectebat, tunc diabolus eius linguam in longum extra os ſuum emittebat, & interrogatus, an non ab illo poſſet continere, reſpondit, hoc facere minimè ualeo, ſic enim utitur omnibus membris & organis, collo, lingua, pulmone, ad loquendum uel eiulandum dum ei placet au dio quidem uerba quæ ſic per me & ex membris meis loquitur, ſed reſiſtere omnino non ualeo, & quando deuotionis orationi aliqua inſiſtere affectarem, tamen acrius me impugnat linguam emittendo. Et quoniam columna in eccleſia ſancti Petri in templo Salomonis circunferrata exiſtit, per cuius uirtutem plures licet à dæmonibus obſeſſi, liberantur, eo quod & Chriſtus prædicãdo in templo illi ſe appodiaſſet, hic tamẽ occulto Dei iudicio liberati non potuit. Alium modum pro ſua liberatione ſibi diſponendo. licet, enim per integrum diem & noctem circa columnam incluſus mãſiſſet, tamẽ ſequenti die, poſt uarios exorciſmos ſuper eum plectos dum circũ ſtaret populos & magnus fieret concurſus. Interrogatus in qua parte columnæ ſe Chriſtus podiaſſet, tunc dentibus mordendo columnam, locum demonſtrabat eiulans. Hic ſtetit, hic ſtetit, ultimatim tamen dixit, Nolo exire. Et cum interrogaretur qua de cauſa, reſpondit, propter lumbardos, & interrogatus denuo, cur propter lombardos egredi nollet, tunc reſpondit in Italica lingua, cum autem infirmus ſacerdos illud idioma ignoraret, dicens, Omnes faciunt ſic, & ſic nominando peſſimum uitium luxuriæ. At ſacerdos poſt hoc me interrogando dixit. Pater quid ſibi uolunt hæc uerba italica quæ uxore meo protuli, cui cum indicaſſet reſpondet, uerba quædam audiui, ſed intelligere non potui. Et quia ut rei probauit euentus. hoc, dæmonium erat de genere illo, de quo Saluator in euangelio. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur niſi in oratione & ieiunio. Ideo quidam uenerabilis epiſcopus per Turcas, ut fertur, a ſede expulſus, piè illi compatiens, per totum quadrageſimale tempus in pane & aqua, jejuniis & orationibus, & exorciſ-

mis quotidie inſiſtens, ipſum per Dei gratiam tandem liberauit, & ad propria cum gaudio remiſit. Super quo licet ſine miraculo nullus in hac uita poſſit ſufficienter diſſerere, quibus & quot modis dæmon homines poſſideat, uel etiam lædat. poſſumus tamen dicere quod quinque modis, dĕpto eo quod in rebus fortunæ exterioribus aliquando tamen lædunt. Nam aliqui in propriis tantūmodo uexantur corporibus, Aliqui in corpore ſimul, & in potētiis interioribus, Aliquid in potētijs tantummodo interioribus, Aliqui caſtigatione eorum ad tempus tantummodo uſu rationis priuantur, Aliqui uero uelut beſtiæ irrationibiles redduntur. Præfatum ſacerdotem quarto modo poſſeſſum fuiſſe declaratur. Nam nec in rebus fortunæ, nec in proprio uexatus corpore fuit. prout contigit beato Iob, ubi Deus dęmonem licentiaſſe manifeſte ſcriptura ſuper hoc tradit, dicens ad ſathan, Ecce, uniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt, tantum in ea ne extēdas manum tuam, & hoc in res exteriores. In corpus uero poſtmodum ait, Ecce in mani tua eſt ueruntamen animā eius ſerua, id eſt, uitam eius ne auferas, poteſt etiam dici quod tertio modo, ſcilicet, in potentiis animæ interioribus ſimul & corpore uexatus fuit, cum dicebat ut Iob. 12. habetur, Ad Dn̄m ſi dicitur, conſolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in ſtatu meo, terrebis me per ſomnia, & per uiſiones horrore cōcuties. dæmonę ſcilicet procurante, ſecundum Lyram & ſecundum Thomam. Terrebis me per ſomnia, quæ. ſ. dormienti apparēt, & per uiſiones quæ ſ. apparent uigilanti ab uſu exteriorum ſenſuū, alienato, ſolent enim phantaſmata informata diurnis cogitationibus eſſe in terorem dormientiū. Et hæc reprobantur in eo ex infirmitatę corporis. Vnde ſi cōſolatione undiq; ſecluſa, nil remedii uidebatur Iob euadēdi tot anguſtias niſi per mortem, horrore inquit cōcuties. Quibus modis & maleficæ hoīes lædere per dæmones nemo dubitat, prout in ſequentibus patebit qualiter per grādines in rebus fortunæ, & in corpora animaliū & hoīm lęſiones inferūt, & tertius etiam modus lædendi eſt in corpore, & in

interioribus potentijs, abſq; priuatione uſu rationis. Patet ex earum operationibus, ubi ut ſupra tactum eſt, adeò mentes hominum ad illicitas affectiones incendunt, quòd neceſſario etiam nocturno tempore ad amaſias per longa terrarũ ſpacia currere habent, ſiſco carnalis amoris nimis illaqueati. Poteſt adduci & illud q᷑ in Heſſia oppido Marburch contigiſſe dicitur de quodã obſeſſo etiã ſacerdote, dũ in exorciſmis dæmon interrogaretur, quanto tẽpore ſacerdotẽ inhabitaſſet. Reſpõdiſſe fertur ſeptem annis. Et cũ exorciſta obijceret: cũ uix per tres menſes eum uexaſti, reliquo tẽpore vbi eras? Reſpõdit. In corpore ſuo me occultabam. Et ille: In qua parte corporis ubi inquirebat, reſpondit, ut plurimũ in capite. Et denuo, ubi nã fuiſſet, qñ diuina celebraſſet, & ſacramentũ ſumpſiſſet requiſitus, dixit: Sub lingua eius me occultaui. Et ille miſer, qua temeritate ad præſentiã creatoris tui nõ aufugiſti? Tunc dæmon: Nunquid ſub ponte ſe unq̃ quis occultare põt, do nec deſuper uir ſanctus pertrãſibit, dummodo greſſus nõ fixerit, diuina tamen cooperãte gratia liberatus fuit, ſiue uerum ſiue fictitium protulerit, cum mendax ſit, & pater eius. Quartus modus applicatur ad præfatũ poſſeſſum Romæ liberatũ ſub hac declaratione, q᷑ dæmon poſſit illabi corpori, licet nõ animæ, cũ hoc ſoli Deo ſit poſſibile, illa ẽt corporis, non tñ infra terminos eſſentiæ corporis, hoc inquã, declarat terminos eſſentiæ corporis, hoc inquã declarãdo, habetur modus quo dæmones ſubſtãtialiter ĩterdũ hoĩes inhabitãt, & ad tẽpus tantũ uſurationis priuãt. Et quidẽ hoc ſic declaratur. Nã dicere poſſumus q᷑ corpus habet terminos duplicis rationis. ſ quãtitatis, & eſſentiæ. Vnde qñ angelus quicunque bonus uel malus operatur infra terminos corporalis quantitatis, & ſic illabitur corpori, operando circa potentias quantitatiuas, ſic etiam boni angeli etiam imaginarias in bonas uiſiones operantur nũquam autem dicuntur illabi eſſentiæ corporis, quia non poſſunt illabi ut pars, neque ſicut uirtus. Non ſicut pars, quia alia & alia eſt eſſentia utrobique, non ſicut uirtus quaſi dans eſſe, quia ſuum eſſe habet per creationem a

Deo

Deo, unde & ipſe ſolus habet intrinſecam eſſentiæ operationem & conſeruationem quandiu placitum fuerit ſuæ pietati conſeruando. Vnde concluditur, quod aliæ omnes perfectiones, ſeu defectus (loquendo de bonis) quo ad perfectiones. De malis, quo ad defectus quando operatur, ſi operantur circa corpus & partes eius, ut circa caput illabuntur tali corpori ſuper terminos, uidelicet quantitatis & quantitatiuas potentias. Si uero circa animam tunc iterum uterque extrinſece operatur, ſed modis diuerſis. Et dicũtur operari circa animam, fantaſmata illa ſeu ſpecies intellectui repræſentando, & non ſolum ad iudicium ſenſus cõmunis & ſenſuum exteriorum. Ex quibus operationibus ſequuntur tẽtationes a malis angelis, & affectiones & cogitationes malæ per indirectum operando uerſus intellectum. A bonis autem angelis ſequuntur illuſtrationes fantaſmatum ad cognoſcẽdum reuelãdo ab eis, unde & talis diuerſitas eſt, ꝙ boni angeli etiam directe poſſunt imprimere in intellectum fantaſmata illuſtrando. Mali autem neque illuſtrare dicuntur fantaſmata ſed prius obfuſcare. Item nec directe imprimere poſſunt, ſed tantummodo indirecte, inquantum intelligentem neceſſe eſt fantaſmata ſpeculari. Per hæc tamen etiam angelus bonus non dicitur illabi animæ, licet eam illuminet ſicut nec dicitur ſuperior angelus illabi inferiorem, licet eum illuminet, ſed tantummodo extrinſece operatur & cooperatur modo, quo dictum eſt, unde multo minus malus illabi poteſt, & per hunc modum dæmõ ſacerdoti corpus in tribus occupauit. Primo ꝙ ſicut illabi ſuo corpori potuit infra, uidelicet terminos corporalis quantitatis, ita caput ſuum occupauit ſubſtantialiter illud inhabitando. Secundo quod circa animam eius extrinſece operari potuit, obfuſcando intellectum ut rationis uſum perderet. Ita etiã potuit ut ſine intermiſſione uel etiam interpellanti cum quo ad amiſſionem rationis uexare. Licet etiam dici poteſt quod ex dono Dei hoc habuerit ſacerdos, ut non ſine intermiſſione a dęmone uexaretur. Tertio quod licet omnibus membris organis ad loquendum & uoces ad forman-

formandum priuaretur,ſemper tamen ad uerba, *licet* nō ad ſententiam uerborum aduertentiam habuit, qui modus obſidendi plurimum ab alijs obſidendi modis differt, cum communiter obſeſſi leguntur ſine intermiſſione a dęmonibus affligi,ut patet in euangelio tam de lunatico cuius pater dixerat ad Ieſū: Domine, miſerere filio meo quia lunaticus eſt,& male patitur. Matt.17.quàm etiam de muliere illa quam ſathanas alligauerat 18. annis, & erat inclinata,nec omnino poterat ſurſum aſpicere. Luc. 13.Quibus etiam modis indubie dęmones diuina permiſſione ad inſtantiam maleficarum uexare poſſunt.

De modo quo omne genus infirmitatis inferre poſſunt, & hoc in generali de grauioribus.

CAP. XI.

SED & hoc quod non ſit aliqua infirmitas corporalis quę a maleficis(Deo permittēte) inferri non poſſit,etiam ſi ad lepram uel Epilepſiam ſe extendere habeat. Probari poteſt per hoc ꝙ per doctores nullū genus infirmitatis excipitur.Nam diligenter ea quę ſuperius tacta ſunt,tam de uirtute dæmonum quàm ad malitiam maleficarum conſiderantur, nullā patitur hoc difficultatem.Nam & Nider tam in ſuo pręceptorio quam etiam formicario,ubi quęrit. An malefici poſſint ueraciter ſuis maleficijs hoīes lędere,& eſt quęſtio abſq; exceptione alicuius infirmitatis,etiam quantūcunque incurabilis.Et ubi reſpondit quod ſic,quęrit cōſequenter quibus modis,& quibus rebus.Et quo ad primum reſpondit,ut ſupra ex prima quęſtione primę par. tractatus patuit Probatur etiam per Iſidorum deſcribētē maleficarū operationes.8.ethi.cap.9.Malefici dicūtur ob facinorū magnitudine.nihil enim elementa concutiūt.lo

pere

pere dæmonum ad tempeſtates concitandas, mentes hominũ turbant, modis uidelicet ſupra tactis, uſum rationis, uel oĩno impediendo, aut grauiter obfuſcando, ſubdit, & abſq; ullo ueneni hauſtu, uiolentia tantum carnis aĩa interimunt, uitã uidelicet auferendo, Probatur etiam per S. Tho. in 2. ſen. circa diſ. 7. & 8. Et in 4 diſt. 34. Et communiter per oẽs theologos ibidem ſcribẽtes ꝙ malefici oĩb. modis poſſunt procurare læſiones in hominib. & eorum rebus cooperãte dæmone, in quibus dæmõ poteſt ſolũ lędere uel decipere, uidelicet in rebus, fama, corpore, uſus rõnis & in uita, uult dicere ꝙ in illis, in quibus demõ per ſe abſq; malefica poſſit lædere, poſſit etiã cum malefica, imo ampliori facilitate propter maiorẽ diuinæ maieſtatis offenſionẽ, ut ſupra tactũ eſt. De rebus nanq; patet. Iob. 1. & 2. ut ſupra patuit. De fama patet in legenda B. Hyeronimi ut refert Io. An. in hierominiano ꝙ diabolus ſe transformauit in formam S. Siluani epiſcopi in Nazareth amatoris Hieronymi. Qui dæmon primo fęminã nobilẽ in nocte in lecto procare & prouocare cœpit ad luxuriam uerbis, & deinde factis ſollicitauit ad malum, quæ cum clamaret, dæmon ſub ſpecie ſancti epiſcopi ſub lecto fęminę ſe abſcondit, ubi requiſitus & inuentus per luxurioſa uerba ſe mentitus eſt eſſe epiſcopum *Siluanum*. In craſtinũ ergo ſanctus uir diſparente diabolo diffamatus eſt grauiſſimè, quæ diſfamia tandem circa ſepulchrum S. Hiero. fauẽte diabolo in obſeſſo corpore purgatus eſt. De corpore patet in B. Iob. qui percuſſus fuit a dæmone ulcere peſſimo quod exponitur de lepra. Refert etiam Sigisbertus & Vincen. in ſpe. hiſto. lib. 25. c. 37. ꝙ tempore Ludouici ſecundi Imperatoris, in parochia Maguntina quidam dæmon primo ſæpe lapides iecit, & quaſi malleos ad domos percuſſit. Et deinde publicè loquendo, furta prodendo, & diſcordias ſeminando plures inquietauit, deinde omnes contra unum irritauit, cuius hoſpitium ubicunque manebat incedit. Et ob illius peccata omnes pati affirmauit. Vnde tandem agros pro hoſpitio habere potuit, propter quod cum presbyteri lętanias celebrarẽt, multos iactibus

Q lapi-

lapidum dæmon uſque ad cruentationem læſit, aliquando quieuit, aliquando ſæuit, & per triennium iſta continuauit, quouſque omnia ædificia ibi incendio cõſumpta ſunt. Item de nocumento uſu rationis, & uexatione interiorũ ſenſuum, probatur ex poſſeſſis & arrepticiis per euangelicas etiam hiſtorias. Item de morte & quod de uita etiam quoſdam priuat. Patet Thobiæ 6 de ſeptem uiris Saræ uirginis occiſis, qui propter luxuriæ ſuum affectum, & effrenem appetitum in Virginem Saram eiuſdem non erant digni matrimonio. Quare concluditur, ꝙ ſicut per ſe, ita & amplius per maleficas in omnibus nihil dempto hominibus nocere poſſunt uerum ubi quæritur an huiuſmodi læſiones ſint potius dæmonibus aut maleficis imputãdæ. Reſpondetur, quod ſicut propria & immediata actione dæmones operantur, infirmitates immittendo, ita & ipſis principaliter ſunt imputandæ, ſed quia in contemptũ & offenſam creatoris ſimul & in perditionem animarum quærunt huiuſmodi per maleficas exercere, ſciẽtes quod per talem modum, ſicut Deus amplius irritatur, ita & amplius permittit eis poteſtatem ſæuiendi, & quia de facto innumera maleficia perpetrantur quæ non permitterentur diabolo inferre hominibus, ſuper ſe ſolum affectaret homines lædere, quia tamen permittuntur, iuſto & occulto Dei iudicio per maleficas propter earum perfidiam & catholicæ fidei abnegationem. Vnde & eis iuſto iudicio talia imputantur ſecundario quantumcunque diabolus ſit actor principalis. Scoba ergo quam mulier Intingeret aquæ ut pluat, & ſurſum in aerem aquam ſpergendo licet in ſe non cauſat pluuiam, nec poſſet mulier inde reprehendi, quia tamen ex pacto cum dæmone inito ubi iã ut malefica talia facit, licet dæmon ſit qui pluuiam cauſat, ipſa tamen immerito inculpatur eo quod mala fide & opere diabolo ſeruit eius obſequiis ſe tradẽdo. Sic etiam quando imaginem cereum uel ſimile ad maleficiandũ aliquem maleficus facit, uel quando maleficio alicuius in aqua uel plumbo imago apparet quicquid moleſtiæ infertur tali imagini, cum tale experitur fidei imaginatio, id

eſt.

eſt, homini maleficiato, puta punctura uel alia læſura quæcunque. Licet læſio realiter inferatur imagini per maleficam uel alium hominem, & inuiſibiliter dæmon maleficiatum hominem eodem modo lædit, merito tamen maleficæ imputantur, quia ſine ea Deus nunquam læſionem inferre diabolo permitteret, nec diabolus per ſe lædere ipſum attentaſſet. Sed quia dictum eſt de fama in qua dæmones per ſe homines lædere poſſunt, abſque maleficarum cooperatione, poſſet in dubium uerti. An etiam dæmones per ſe poſſent honeſtas mulieres infamare, ut tanquã maleficæ reputarentur, cum in earum effigie ad maleficandum aliquem apparerent, unde contingeret talem innocenter infamari. Reſponſio, aliqua ſunt prætermittenda. Primo, quia dictum eſt dæmonem nihil poſſe efficere abſque diuina permiſſione, ut in prima parte operis, circa ultimam quæſtionem patuit, etiam tactum eſt, quod non eſt tanta permiſſio ſuper iuſtos, & in charitate exiſtẽtes, ſicut ſuper peccatores, in quos utique ſicut maiorem habent poteſtatem, iuxta illud, Cum fortis armatus cuſtodit, &c. Ita utique plura permittuntur à Deo in eorũ afflictionem quàm ſuper iuſtos. Demum licet iuſtos in rebus exterioribus, ut fama & ſanitate corporis lædere poſſunt, Deo permittente, quia tamen ſciunt hoc eis cedere in augmentum meritorium, ideo minus eos lædere affectant. Ex quibus dici poteſt, quod in hac difficultate reſpectus poteſt haberi ad diuerſa. Primò ad diuinam permiſſionem. Secundo, ad hominem qui cenſetur honeſtus, cum tales non ſemper ſunt in charitate exiſtentes, ſicut ſunt ſub honeſtate reputati. Tertiò ad facinus in quo innocens debet infamari, quod illud ex ſua radice cuncta flagitia mundi excedit. Ideo dicendum, licet ex diuina permiſſione quiſq; innocens ſiue in gratia cõſtitutus, ſiue nõ lædi poſſit in rebus fortunæ & fama; habendo tamen reſpectum ad ipſum facinus & grauitatem criminis, cum malefici ſic nuncupãtur ob facinorum magnitudinem, iuxta Iſidorum ſæpe allegatum dici poteſt q hoc ut aliquis innocens prædicto modo à dæmone infametur, fieri nõ eſt

 bene

bene poſſibile: iterum multis reſpectibus. Primo quia cũ infamare in uitiis quæ abſque peccato expreſſo uel tacito inito tum dęmone perpetrantur, ut ſunt furta, latrocinia, & actus carnales. Aliud fit ab infamia ſuper uitia quę nullo modo poſſunt homini imputari, aut ab eo perpetrari, niſi ſuper pactum expreſſum cum dæmone inito, qualia ſunt opera maleficarum, quę niſi uirtute dæmonum a maleficis perpetrantur, ut ubi homines, iumenta, aut terræ fruges maleficiantur, unde & eis aliter imputari non poſſunt. Ideo licet dęmon poſſit hominem de aliis uitiis infamare, de tali tamen uitio infamare ꝙ ſine eo nõ poteſt perpetrari, non uidetur bene poſſibile. Præterea hucuſque nũnquam actum eſt, nec repeitum, ut aliquis innocens ſit per dęmonem taliter infamatus, & ſic propter talem infamiam mortui fuiſſet adiudicatus, imò ubi tãtummodo infamia laborat talis nulla pœna punitur, niſi quod canonica purgatio ſibi indicitur, (ut in tertia parte operis circa ſecundũ modum ſentẽtiãdi maleficas patebit,) & licet ibi contineatur quód in caſu dũ in purgatione deficeret, pro reo eſſet habendus, adhuc tamen adiuratio ſibi indiceretur antequam ulterius ſuper pœnã relapſis debitã procederetur. Sed quia circa cõtingentia laboramus quæ actu nunquam fuerunt perpetrata, nulli dubium quin & in poſterum diuina permiſsio fieri non permittat. Præterea & à fortiori propter angelicam cuſtodiam quę non permittit infontes in aliis criminibus minoribus infamari, ut in latrociniis & huiuſmodi minus permittet, immo fortius ſuæ cuſtodiæ deputatum ab infamia talium flagitiorum præſeruabit. Nec ualet ſi quis acta per ſanctũ Germanum obiiceret, quando dæmones in aſſumptis corporibus, & ad mẽſam conſedentibus alias mulieres uiris ſuis condormientibus, repræſentabant hoſpitem, illudentes quaſi illæ mulieres in propriis corporibus ſemper edẽtes & bibentes aduentarent, de qua etiam ſupra mentio habita eſt, quia nec ibi illæ mulieres excuſantur quaſi innocẽtes omnino, ſed quod talia mulieribus ſæpe accidũt, quod iuxta ca. 26. q. 5. epiſcopi notatur. Vbi reprehenduntur

tales ꝙ dum in imaginaria ſolummodo illuſione transfe rantur,putant ſe ueraciter & corporaliter transferri, licet (ut ſupra tactũ eſt) etiam interdum corporaliter à dæmonibus uehuntur, Sed quod corporales infirmitates alias omnes nulla dempta,diuina permiſsione inferre poſſunt. de illo eſt præſens ſpeculatio. Concludendo ex prænotatis, quod ſit cum nulla fiat à doctoribus exceptio, cui & rationem aſſentire oportet,cum alias dæmones ſua naturali uirtute cuncta corporalia excedunt, ut ſæpe tactũ eſt, acta deniq; & geſta per nos reperta hæc affirmant. Nam licet maior difficultas fortaſsis circa lepram aut Epileſiã oriri poſsit,an uidelicet talia iuferre poſſent,eo quod huiuſmodi tantummodo ex diuturnis præuiis interiorum, diſpoſitionibus & defectibus ſol toriri, nihilominus per maleficia interdum eſſe illata repertum eſt. Nam in diocœſi Baſilienſi in confinibus partium Lotharingiæ & Elſatiæ,cum quidam honeſtus laborator quædam uerba dura contra rixoſam quandam mulierem protuliſſet,illa indignata minas adiecit,quod & in breui ſe de eo uindicare uellet. Et ille licet minas paruipendiſſet,eadem tamẽ nocte ſibi puſtulam collo accreuiſſe ſenſit,fricãdo tamẽ paululum & tangens totam faciem inflatam & tumefactam cum collo perſenſit, intantum ut horribilis ſpecie lepræ etiam per totum appareret corpus, qui non diſtulit, ſed quanto citius amicis & cõſulibus accerſitus rem geſtam ſuper comminatoria uerba mulieris narrauit, & qđ ſic mori ea fide & ſuſpitione uellet,quod illa ſibi arte magica eadem malefica intuliſſet, Quid plura? mulier capitur, quæſtionibus exponitur, & crimen fatetur. Ad Iudex de modo & cauſa diligentius inquirens, reſpondit. Cum me uerbis opprobrioſis homo ille aggreſſus fuiſſet, ego ira ſuccenſa cum ad domum ueniſſem,malignus ſpiritus cauſam triſtitiæ meæ inquirere cœpit, cui cum ſingula enarraſſem, & ut me uindicare poſſem idẽ inſinuãdo inſtarẽ, Ille inquiſiuit dicens,Quid ergo uis,ut ei faciam? At ego reſpondi,Vellem ut inflatam faciem ſemper retineret,& ſic ille abſceſſit, & illam infirmitatem ultra quàm petij

homini intulit, ego.n.q̄ tali lepra eũ percuteret, minime ſperaſſem, unde & incinerata fuit. In diocœſi deniq; Conſtantienſi, inter Briſiacũ & Freyburg, leproſa quædã mulier multis referre ſolet, niſi debitũ uniuerſæ carnis iã ab annis duobus perſoluerit, quod ſimili ex cauſa cõtrouerſiæ quæ inter ipſam & quandã aliam mulierem mota fuiſſet, cum de nocte domum egreſſa ante oſtium quid operis agere tẽtaſſe, uentus quidam calidus à domo alterius mulieris, quæ ex oppoſito domus ſuæ fuerat, eius faciem repẽte inſufflauit, unde & ſubito in leprã q uã geſtabat ſe incidiſſe aſſeruit. In diocœſi deniq; eadẽ & territorio nigræ ſiluæ, malefica dũ per lictorẽ ſuper ſtruẽ lignorũ pro incendio ſibi parato, à terra eleuaretur dixit, Dabo tibi mercedẽ, & ſic inſufflando in eius uultũ, ſtatim lepra horribili per totũ corpus percuſſus, paucis ex poſt ſuperuixit diebus. Horrenda eius facinora breuitatis cauſa obmittũtur, ſicut & alia quaſi innumera, ſuper hęc recitari poſſent, epilentiam namq; ſeu caducum morbum certis inflixiſſe per oua mortuorũ corporibus ſubtumulata, præcipue ex earum ſecta ex inhumatis, cum aliis earum cærcmonijs quæ recitanda non ſunt, ubi in potu, uel cibo, alicui præbuerunt, ſępius à nobis repertum eſt.

Super modum quo alias conſimiles infirmitates ſpeciali hominibus inferre ſolent.

C A P. X I I.

ALias denique infirmitates inflexiſſe, ut cæcitatem, uel acutiſſimos dolores & torſiones in corporibus hominum quis enumerare poteſt? Tamen ex his quæ oculis noſtris perſpeximus, & quæ uni ex inquiſitoribus innotuerunt, aliqua in medium producamus. E O in tempore in quo oppido Ysbruck inquiſitio

quiſitio ſuper maleficas fieret, hic inter alios deductus fuit caſus Nam honeſta quædam perſona, & uni ex famiIiaribus archiducis matrimonio copulata in præſentia notarii, &c ſecundā formam iuris depoſuit, & cum tempore ſuæ uirginitatis cuidā ex ciuibus famularetur, accidit ut uxor illius graui dolore capitis langueret pro cuius curatione cum quædam mulier acceſſiſſet, & ſuis carminibus & certis praxis mitigare dolorem haberet ergo eius practicam ubi diligenter obſeruabam, perſpexiq; quod contra naturam aquæ fuſæ in ſcutellam quandam, ipſa aqua in olla aliam aſcendiſſet, cum aliis cæremoniis quæ recitare opus non eſt, conſiderans q; quod ex illis dolor capitis in domina non mitigaretur, aliqualiter indignata, hæc uerba ad maleficam protuli, Neſcio quid agitis, uos non facitis niſi ſuperſtitioſa, & hoc propter commodum ueſtrum. Tunc malefica ſtatim ſubiunxit, an ſit ſuperſtitioſa uel non, tertia die tu ſenties quid rei probauit euētus. Nā tertia die mane me ſedente, & fuſum apprehendente tantus dolor ſubito corpus meum inuaſit. Primo in interioribus, ut non eſſet pars corporis in qua non punctiones horribiles ſentirem. Secundo non aliter mihi uidebatur, niſi quod cōtinuè igniti carbones capiti meo ſuperfunderentur. Tertio in cute corporis, a uertice uſque ad plantas pedum, non fuiſſet ſpacium ad punctum acus, ubi nō fuiſſet puſtula alba ſanie repleta, ſicq; in his doloribus ciulādo, & tantummodo mortem optando uſque ad diem partum præſtiti. Tandem maritus dominæ meæ ut ſtabulū quoddam intrarem mihi iniunxit. At ego paulatim incedendo, eo præcedente, dum ante oſtium ſtabuli eramus. Ecce, inquit ad me, pecia panni albi ſuper oſtium ſtabuli At ego: Video. Tunc ille: Quantum potes, remoue, quia forte melius habebis. Tunc ego quantum potui uno brachio me ad oſtium tenente, cum altè peciam apprehendi. Aperias (inquit dominus) & conſidera diligēter ibi repoſita Tunc ubi peciam ſolui, plura ibidem incluſa reppcri, præcipue autem grana quædam alba, ad modum quo puſtulæ inerant corpori meo, ſemina quoque & legumina

quorum ſimilia nec edere poteram aut intueri,cum oſſibus ſerpentum,& aliorum animalium intuita ſum. Et ſic ſtupefacta,dum inquirerem a domino quidnā agendum foret,ut in ignem cuncta proijcerem iniunxit.Proieci: Et ecce ſubito non poſt horæ ſpaciū,aut quartale,ſed in momento,ut in ignem res illæ fuerant proiectæ, omnem ſanitatem priſtinam recuperaui.Et quia plura contra uxorem illi uscui fabulabatur fuerūt depoſita per quæ ſuſpecta non tam leuiter quam & uehementer fuit habita, & præcipue propter magnam familiaritatem cū maleficis habitam. Vnde præſumitur quod conſcia de maleficio se poſito,hoc uiro indicauit,& deinceps modo premiſſo publicatum,ſanitatē ancilla recuperauit. Inſuper aliud maleficium cuiuſdam perſonę etiam mulieris illatum in eodem oppido referre in deteſtationem tanti criminis expedit.Mulier quædā maritata,& honeſta acceſſit, & iuxta iuris formam ut ſupra depoſuit,Retro domum,inquit,habeo uiridarium (eſt & ille ortus contiguus uicinæ meæ) unde cum quadam die tranſirem ex orto uicinæ ad uiridarium meum,non abſque damno perſpexiſſem, ſtans in oſtio uiridarii,& apud me ipſam conquęrendo, & quærulando tam de tranſitus quam & de dāno, uicina ſubito ſuperuenit,& an ſuſpectam haberem; inquiſiuit, At ego territa propter malam eius famam,nil aliud niſi hæc uerba protuli.Greſſus in germinibus damna demonſtrāt.Tūc illa indignata quia ab eius fortaſſis bene placitum mei litigioſis uerbis cum ea implicare nolebam abſceſſit cum murmurare & uerba quę protulit licet audirem tamen intelligere nō potui. Poſt paucos uero dies ingens infirmitas mihi accidit cum doloribus uentris & acutiſſimis torſionibus a latere ſiniſtro uerſus dextrū.& uiceuerſa, quaſi duo gladii, aut cultri eſſent pectori infixi & ſic die noctuq; clamoribus oēs uicinos alios inquietaui & confluētibus hinc inde pro conſolatione, accidit ut lutiſigulus præfatam uicinam & maleficam adulterino flagitio habens in amaſiam ſimul modo uiſitationis gratia accedēs, & infirmitati meæ compatiens,poſt uerba conſolatoria abceſſit.

ceſſit.Sequenti tamen die feſtinè redijt,& inter alia cō
atoria ſubiunxit.Experimentum capiam an ex malefi-
hęc uobis infirmitas acciderit, ꝙ ſi ſic repertū fuerit
ſanitatē uobis recuperabo.Accepto ergo plumbo liquefa
& me in lecto decumbēte plumbum in ſcutellā aqua
plenam ſupra corpus meum appodiando infudit , & ubi
quædam imago & figura diuerſarum rerum ex plumbo
ngelato apparuiſſet.Ecce inquit ex maleficio hæc uo
contigit infirmitas. Et ſuper limen oſtii domus una
pars inſtrumentorū maleficij cōtinetur.Accedamus ergo
& illus amoris melius ſentientis,Sicque maritus meus cū
pariter ad tollendum maleficium accedunt, & lutifigulus
lumen eleuans marito iniunxit,ut manum in foueam quę
apparuerat,mitteret:& quæcunque inueniret,extraheret.
Quod & fecit.Nam primo imaginē quandam cæream in
lōgitudine unius palmæ undiq; perforatā habentis duos
acus ex aduerſoper latera,admodū quo ipſa punctiones a
ſiniſtro latere uſq; ad dextrū,& econuerſo perſenſerat ex
traxit.Demum petias pāniculorum diuerſas ac plurimas
res,tam in granis quàm in ſeminibus,& oſſibus continen
tes,ſicq; illis in ignem proiectis ego quidem cōualui, ſed
non ex toto. Nam licet torturæ & punctiones ceſſaſ
ſent,appetituſq; comedendi rediit ex integro,tamen pri
ſtinæ ſanitati uſq; in præſens minime ſum reſtituta.Vnde
hoc quod priſtina ſanitas non rediret, Reſpondit : Sunt
& alia inſtrumenta alibi abſcondita,quæ inuenire nō ua
leo.Et qualiter tunc prima inſtrumenta repoſita agnouiſ
ſet,dum inquirerem . Reſpondit , ex amore quo amicus
amico reuelare ſolet,hęc cognoui,unde dum adulteram
procabat,& mihi uicinam agnoui . Ideo argumentum
ſuper eā cœpi ſuſpitionis,hæc ægrota recitabat.Sed quid
ſi ſingula,quę in illo duntaxat oppido reperta ſunt: dum
recitare uellē liber utiq; foret conficiendus,quanti enim
cæci,claudi,aridi,& diuerſis irretici infirmitatibus,iuxta
formā iuris,ex uehementi ſuſpitione ſuper maleficas eis
huiuſmodi infirmitates,in genere uel in ſpecie prædicen-
tes,& quod talia in breui ſentire haberent,uel ad dies ui

tæ, uel ad mortem ſtatim percipiendam. Et quod ſecundum eorum dicta cuncta accidiſſent, uel ad ſpecificatam infirmitatem, uel ad mortem aliorum, quia enim terra illa uaſallis & armigeris abundat, & ocia dant uitia, ubi interdum mulieres procabant, dum illas procatas abiſcere, & alias honeſtas matrimonio ſibi copulare diſpoſuerunt raro ſine uindicta ſuper maleficium inferendum, aut uiro aut uxori dum ſe ſpretas cernebant. Thorus coniugalis perſeuerabat, non autem uiris tantum, quantum mulieribus, ut eo piè æſtimari poteſt illis interemptus, aut arefactis priores amaſias procare haberent. NAM & cocus quidam archiducis, dum iuuenculam honeſtam & alienigenam duxiſſet, malefica eius amaſia in publica uia alijs honeſtis perſonis audientibus iuuenculæ maleficium & mortem prædixit, extenſa manu dicens: Non diu de tuo marito gaudebis. Statimque ſequenti die lecto decubuit, & poſt paucos dies debitum uniuerſæ carnis perſoluit in extremis conteſtando. En ſic morior quod illa ſuis maleficiis Deo permittente, ne interimit, & utique pro meliori Deo ſibi alias nuptias in cœlo diſponēte. Sic deniq; per maleficia miles quidam, ut publica fama teſtatur interemptus fuit, ſic & alii plures, quos recitare obmitto. Inter quos & domicellus quidam dum ad nutū amaſiæ ſecum pernoctare nolebat, & per famulum ſuum quod ea nocte ſecum certis negociis præpeditus pernoctare non poſſet ei indicaſſet. Illa indicata famulo iniunxit. Dicas domicello, non diu me uexabit, ſicq; & ſequēti die infirmatus, poſt paucos dies ſepultus. Sunt & tales maleficæ quæ iudices ſolo aſpectu & oculorum intuitu maleficare ſciunt, quod etiam nullam moleſtiam eis inferre publicè ſe iactantes, ſed ut quibuſcunque per criminalibus cauſis detentis, & grauisſimis tormentis pro dicenda ueritate expoſitis, taciturnitatem inferre ſciunt, quod nunquam eorum facinora detegere poterūt. Sunt & quę imaginem crucifixi flagellis & cultris impingendo ob maleficia perpetranda cum turpisſimis uel his cōtra glorioſisſimæ uirginis Mariæ puritatem & noſtri ſaluatoris ex eius

intemerato

intemerato utero naturalem de honeſtauerunt uerba illa,& ſingulos actus recitare non expedit,cum nimis ſint piorum aurium offenſiua , in ſcriptis tamen redacta & repoſita ſunt,prout baptizata quædam Iudæas & alias iuuenculas induxerat,quorum una Vvalburgis nomine eodem anno in extremis poſita,dum a circũſtantibus ad cõfeſſionem peccaminum hortaretur , exclamauit: Corpus & animam tradidi diabolo,nec ſpes mihi adeſt ueniæ,& ſic defuncta.Singula hæc non ad ignominiam,ſed ad laudem & gloriam illuſtriſſimi Archiducis conſcripta ſunt, cum te uera uti catholicus princeps & præcipuus zelator in exterminium earum cum aſſiſtentia reuerendisſimi ordinarii Brixien.non mediocriter laborauit. Recitata aũt potius in deteſtationem & odium tanti criminis , ut quę iniurias hominum ulciſci nõ deſiſtunt,quomodo iniurias creatoris & fidei contumelias,etiam non habendo ad tẽporalia damna reſpectum ſufferre poſſunt , omniũ enim eorum hoc præcipuum fundamentum,fidei uidelicet abnegatio exiſtit.

Super modum quo obſtetrices maleficæ maiora damna inferunt , dum infantes aut interimunt,aut dæmonibus execrando offerunt.

CAP. XIII.

NEC prætereundum eſt de nocumentis a maleficis obſtetricibus pueris illatis. Et primo,quomodo interimunt. Secundo quomodo dæmonibus offerẽdo execrãt. In diocœſi namque Argentinenſi & oppido Zabernio mulier quædam honeſta , ac beatisſimæ uirgini Mariæ plurimum deuota,hunc caſum referre ſibi accidiſſe ſingulis,eius hoſpitium quod publi

ce tenet nigram habens aliquam pro interſigno frequen tantibus commemorant. A uiro inquit legitimo, ſed iam defuncto imprægnata, ubi dies pariendi appropinquarent, mulier quædam obſtetrix, ut ipſam ad obſtetricandum puerum acceptaret, importunè inſtabat. At ego con ſcia de eius infamia, licet aliam mihi aſſumere decreuiſſem, uerbis tamen pacificis quaſi ſuis annuere uellem petitionibus me ſimulabam. Adueniente autem tempore partus, cum aliam obſtetricem conduxiſſem, illa prior indignata, quadam nocte cameram meã euolutis uix octo diebus, cum duabus aliis mulieribus ingreditur, & lecto appropinquantes in quo iacebam, cum maritum meum qui in altera dormiebat camera uocare uoluiſſem, ſingu lis membris, & lingua ita remanſi uiribus deſtituta, quod dempto uiſu cum auditu, nec pedicam mouere potuiſſem. In medio ergo illarum duarum ſtans malefica, hæc uerba protulit: Ecce, hæc peſſima mulierum quia in obſtetricem me recipere noluit, impunè non tranſibit. Et cum aliæ duæ à latere ſtantes, pro ea ſupplicarent, dicentes, tamen nunquam alicui ex noſtris nocuit. Malefica ſubiunxit: Hanc mihi quia diſplicentiam fecit ſuis inteſtinis aliqua immitere uolo ſic tamen quod infra dimidium annum nullos propter uos dolores ſentiet, ſed illo euoluto ſatis cruciabitur: acceſſit ergo & uentrem cum manu tetigit, mihiq; uidebatur quaſi inteſtinis extractis aliqua tamen quæ uidere non potui intromittens. Illis ergo abeuntibus, cum uires ad clamandum recuperaſſem, maritum quantocius uocaui, & rem geſtam denudaui. Cum autem ille cauſam puerperio aſſignare uellet. dicens, Vos puerperæ plurimis illuſionibus & fantaſiis laboratis, nec quoquo modo dictis meis fidem adhibere nolebat, adiunxi, Ecce ſpacium pro anno dimidio mihi donauit, quo elapſo, ſi nulli cruciatus ſuperuenient, dictis tuis fidem adhibeo: conſimilia denique uerba filio clerico, qui & pro tunc archidiaconus ruralis erat, protulit, cum & ipſe uiſitationis gratia illo die eam frequentaſſet. Quid plura? ſex menſibus ad punctum euolutis inter-

rum uiſcerum tortura ſubito ipſam tam dirę inuaſit, ut nec diebus nec noctibus, a clamoribus omnes inquietando abſtinere potuiſſet. Et quia (ut præmiſſum eſt,) deuotiſſima uirgini & reginæ miſericordiæ extitit, in pane & aqua, ſingulis ſabbatinis diebus ieiunando, ideo & per ipſius ſuffragia credidit ſe liberari. Vnde & quadam die ubi opus naturæ perficere uolebat, tunc omnis illa immūdicia à corpore prorupit & aduocans maritum cum filio dixit, Sunt ne res iſtæ fantaſticæ? nonne dixi poſt dimidii anni ſpacium ueritas cognoſcetur? Aut quis uidit unquam ſpinas oſſa, ſimul etiam ligna me comediſſe? Erant enim ſpinæ roſarum, in longitudine unius palmæ, cum alijs uariis innumero rebus immiſſæ. Inſuper (ut in prima parte operis) ex illius famulæ reductę ad pręſentiam in Briſiaco confeſſione patuit maiora damna fidei circa hāc hereſim maleficarum ab obſtetricibus inferri, quod etiam quarundam confesſio quę poſtmodum incineratę fuerunt luce clarius demonſtrauit. Nam in diocœſi Baſilienſi, & oppido Danni quędam incinerata faſſa fuerat, ultra quadraginta pueros necaſſe per modum talem, ut quando ex utero egrediebantur, acum capitibus eorū per uerticem uſq; in cerebrum infixit. Altera denique in diocœſi Argentinenſi, pueros abſq; numero puta quia de numero non conſtabat ſe interemiſſe faſſa fuerat, taliter deprehenſa. Nam ubi ex uno oppido in aliud, cauſa obſtetricandi uix mulierem quandam uocat officio ſuo completo, dum ad propria redire uolebat, ubi portam oppidi exiuit, caſu brachium pueri recente nati ex linteo quo pręcincta erat, cui & inuolutum brachium fuerat, ad terram cecidit, quo uiſo ab his quæ infra portam ſedebant, dum illa ptæteriſſet, leuatam è terram, ut putabant, peciā carnis cautius intuebantur, & cum non peciam carnis, ſed brachium pueri per articulos membrorum agnouiſſent, conſilio cū pręſidentibus habito, & inuento quod infans ante baptiſmum deceſſerat, brachioq; careret, malefica capitur, quæſtionibus exponitur, & crimē detegitur, ſicq; ut prædictū eſt, abſq; eius numero, ſe infantes interemiſſe

cognouit.

cognouit. Qua autem de cauſa utique præſumendū quòd ad inſtantiam malignorum ſpirituum etiam eis interdum inuitis, talia facere coguntur. Nouit enim diabolus quod ab introitu regni cœleſtis propter pœnam damni, aut originale peccatum tales pueri ſequeſtrantur. Vnde etiam diutius finale iudicium protrahitur, ſub quo ęternis cruciatibus deputabuntur, cum eo tardius numerus electorū completur, quo completo mundus conſumabitur. Et) ut in præmiſsis tactum eſt,)ſuaſu dæmoniorū ex huiuſmodi membris unguenta earum uſibus accommoda, conficere habent. Sed & hoc horrendum facinus ſilentio prætereū dum in deteſtationem tanti criminis non eſt. Nam ubi infantes non interimunt, tamen illos dæmonibus execrādo per hunc modum offerunt. Nato enim infante, obſtetrix ubi puerpera malefica per ſe non exiſtit, tunc quaſi quid operis pro infantis refocilatione actura ipſum extra cameram deportat, & ſurſum eleuans principi dæmoniorū, ſcilicet, lucifero & omnibus dæmonibus immolāt, & hoc in loco coquinæ ſuper ignem, Et (ut quidam retulit) cum perpendiſſet uxorem ſuam tempore partus quod præter conſuetum modum puerperarū nullam ad ſe ingredi mulierem permittebat, niſi duntaxat filiam propriam, quæ obſtetricandi officium gerebat, cauſam huiuſcemodi experiri uolēs, latēter ſe illo in tēpore in domo occultabat. Vnde & ordinem ſacrilegii, & diabolicæ immolationis, modo prædicto perpēdit, cum eo ꝙ ut ſibi uidebatur per appendiculi inſtrumentū in quo ollæ ſuſpendūtur, infans non fultus humano auxilio, ſed dæmones, ſurſum uehebatur, unde mente conſternatus, cum & horrenda uerba per dæmonum inuocationem, & alios ritus nephandiſſimos perſenſiſſet, ſubito ut infans baptizaretur acrius inſtetit, & cum ad aliam uillam, in qua parochialis erat, eccleſia deferendus eſſet, & per pontem ſuper flumen quod iam pertranſire haberet, ille euaginato gladio ſuper filiam quæ infantem gerebat, irruit, dicens, aliis duobus ſibi adiunctis audientibus: Nolo ut infantem per pontem deferas, quia aut per ſe pontem gradietur tu in flumine ſub

mergeris

me geris. Qua perterrita cum aliis quæ aderant mulieri bus, & an ne compos eſſet rationis inquirentes, (res enim geſta cunctos alios latebat, demptis duobus uiris ſibi cō iunctis. Tunc ille: Peſſima mulierum arte tua magica pendiculum infantē feciſti, fac & iam ut nullo deferente pōtem pertranſeat, aut in flumine te ſubmergeam. Sicque coacta, puerum ſuper pontem poſuit, & arte ſua dæmonē inuocans, ſubito ex altera parte pōtis infans cernitur. Bap tizato ergo puero, & ad propria rediens, cum iam per te ſtes filiam de maleficio conuincere poterat, prout primum facinus oblationis minime probare potuiſſet, eo q́ð ipſe unicus illi ſacrilego ritui interfuiſſet, apud iudicem poſt tempus purgationis filiam cum matre accuſantur, & pariter incinerantur. & facinus de ſacrilega oblatione, quod per obſtetrices fieri ſolet, detegitur. Sed hic dubium oritur. Quid ne operis aut efficacię talis ſacrilega oblatio in huiuſmodi pueris efficere ualeat. Ad quod dici poteſt quod ſicut triplici ex cauſa dæmones efficiūt, ita & ad tria nephandiſſimi hæc ei deſeruiunt. Nam primo ex ſuperbia eorum quæ quia ſemper aſcēdit, iuxta illud: Superbia eorum qui te oderunt aſcendit, ſemper quærunt quantum poſſunt diuinis rebus & cærimoniis ſe conformare, ut ſic ſub ſpecie boni apparētis facilius decipiant. Sic enim & uirgines, pueros, mares, uel fœminas expetunt, a magis ubi in ſpeculis uel unguibus maleficorum furta ſublata, uel alia occulta habent manifeſtare, licet per corruptos idem oſtendere, canantur, ſed tamē ut fingat ſe falſe caſtitatem amare, quam tamen odit cum caſtiſſimam uirginem ſummè odit, eo quod caput eius contriuit. Gen. 3. Vnde ſic animas maleficorū & eius credentium per infidelitatis uitium, ſub ſpecie uirtutis decipiunt. Tertio ut ipſa perfidia maleficarum amplius in ſuis augmentum creſcat, dum a cunabulis ſibi dicatas maleficas ſeruant. Ex his efficit hęc ſacrilega obligatio tria in puero. Primo, quod ſicut exterior oblatio fit in rebus ſenſibilibus Deo, puta in uino, pane, terrę frugibus, & hęc in ſignum debitæ ſubiectionis & honoris, iuxta illud Eccleſ.

25. Non

25.Non apparebis in cõſpectu Domini Dei tui uacuus, quæ etiam res aliis poſtmodum prophanis uſibus nullo modo applicari debent,nec poſſunt.Vnde & 10.q.1. Damaſ.Papa.diſ.Oblationes quę intra eccleſiam offeruntur ſacerdotibus tantummodo pertinere,ſic tamen ut non ſolum eas in ſuos uſus conuertat,ut fideliter diſpenſent partim ad ea quæ ad cultum diuinum pertinet,& partim etiã in uſus pauperum conuertat.Ita & talem puerum diabolo in ſignum ſubiectionis & honoris oblatum,diuinis uſibus applicari dignæ & fructuoſæ ſubiectiõis cauſa pro ſe quàm pro aliis quomodo eſt poſſibile hoc a catholicis fieri?Quis enim dicere poteſt materna ſcelera ſeu aliena peccata quo ad punitionem non redũdare in filios,fortasſis ille qui dictum propheticum attendit. Filius non portabit iniquitatem patris, ſed quod de illo paſſu.Exo.20.Ego Dominus zelotes uiſitans peccata patrum in filios,uſque in tertiam & quartam generationem ? Eſt enim hæc utriuſque ſententia,ut prima intelligatur de pœna ſpirituali in iudicio poli ſiue Dei,& non in iudicio fori. Et eſt pœna quæ principaliter tãgit animã,ſiue ſit pœna dãni,ut priuatio gloriæ,ſiue pęna ſenſus,id eſt,cruciationis ignis infernalis.His enim pœnis nũquam punitur aliquis ſine culpa propria,uel contracta,quantum ad originale, uel commiſſo quantum ad actuale peccatum.Secunda uero auctoritas,quia intelligitur de imitatoribus paternorum ſcelerum,ut Gratianus exponit,1.q.4.§.quibus. Vbi etiam dat alias expoſitiones,ideo aliis pœnis quibuſcunque in iudicio Dei punitur quis non ſolum pro culpa ſua commiſſa,uel committenda,ut ſcilicet euitetur, ſed etiã pro culpa alterius.Nec ualet ſi dicatur quod tunc punitur ſine cauſa & ſine culpa,quæ debet eſſe cauſa pœnę, quia iuxta regulam iuris,ſine culpa niſi ſubſit cauſa nõ aliquis puniendus,unde & dicere poſſumus quod ſemper ſupereſt cauſa etiam iuſtisſima,licet nobis ignota. 24.q.4.Auguſtinus & ſi ſuper actionem facti profunditatẽ iudiciorum Dei penetrare non poſſumus,uerũ tamen,uerum ſcimus eſſe,quod dixit,& iuſtum eſſe quod fecit. Eſt tamen

diſtinctio

diſtinctio in pueris oblatis,eo quod loquendo de innocẽtibus qui non per matres maleficas,ſed per obſtetrices dęmonibus offeruntur, & rapiuntur occulte, vt dictum eſt ſupra ab amplexibus & vtero honeſtę matris, quod tales innocentes non adeo deſeruntur, vt imitatores efficiantur tantorum ſcelerum,ſed imitatores paternarum uirtutum,hoc piè credendum eſt.Secundum quod efficit hæc, ſacrilega oblatio eſt,quod ſicut in oblatione qua homo ſeipſum Deo offert in ſacrificium recognoſcit Deũ ſuum principium & finem,quod quidem ſacrificium dignus eſt omnibus ſacrificiis aliis exterioribus ab eo impenſis,iuxta illud,Sacrificium Deo ſpiritus contri. &c. Et hoc quò ad principium creationis & finem glorificationis,ita & ipſa malefica puerum offerens diabolo,eius animam & corpus tanquam ſuo principio & fini damnationis æternæ commendat,vnde & non niſi miraculosè a ſolutione tãti debiti liberari poterit.Solet quædam hiſtoria,immo & plures recitari, de pueris ex materno vtero dæmonibus improuiſe,& ex aliqua paſſione & commotione mentis à matribus oblatis,& qualiter cum maxima difficultate in adulta ætate à dæmonum iuriſdictione quàm diuina permiſsione ſibi vſurpant liberari poterunt, de quibus liber exemplorum beatiſſimæ virginis Mariæ refertus noſcitur ſpecialiter & de illo qui per ſummum pontificem dum liberari à vexationibus dæmonum non poterat, miſſus tandem ad quendam virum ſanctum in Orientalibus partibus degentem,cum magna adhuc difficultate per interceſſionem ipſius glorioſiſsimæ virginis,ab illa iuriſdictione ereptus fuit. Vnde ſi in vltionem vnius improuiſæ non dico oblationis,ſed exhibitionis, ubi mater ex indignatione duntaxat ſuper copulam carnalem viro exhibẽdam cum dixiſſet maritus,ſpero inde fructum prouenturum,& illa replicans.Sit fructus ille diabolo datus, tanta ſeueritas diuinæ punitionis patuit,quanta creditur ſæuire vbi tanta diuinæ maieſtatis cernitur offenſa. Tertium quod hæc ſacrilega oblatio efficit,eſt habitualis inclinatio ad huiuſmodi maleficia hominibus, iumentis, &

terræ frugibus inferenda. Huius ratio aſsignare poteſt ex his quæ ſecundum Tho. in 2. q. 108. ſuper punitionem tēporalem, qua aliqui propter alienas culpas puniūtur deducuntur. Dicitur enim ꝙ quia filii ſunt ſecundū corpus, res quædā patris, & ſerui & animalia, res dn̄orum. Et cū aliquis ſit puniendus in rebus ſuis oībus, ideo & filii pluries pro parētibus. Et differt hæc ratio ab illa quæ ſupra tacta fuit de peccatis patrum, quia Deus uiſitat in filios uſq; in tertiam & quartam generationem, quia (ut ibi tactū eſt) hoc intelligitur de imitatoribus paternorum ſcelerum. Hęc aūt ratio concludit de punitione filiorum pro parentibus, ubi non imitantur paterna ſcelera in actu per mala opera, ſed tantū in habitu, ſic enim & filius natus ex adulterio Dauid mortuus fuit quàm citius, & animalia Amalechitarū iuſſa ſunt interfici, quamuis & huiuſmodi ſit rō myſtica, ut habetur. 1. parte. q. 4. §. paruulos. Ex quibus omnibus non inconuenienter dicitur ꝙ huiuſmodi pueri ſemper ad maleficia perpetrandi uſq; in finem uitæ inclinantur. Sicut enim Deus ſuam oblationem ſanctificat, ut ſanctorum geſta demonſtrant, ubi parentes ſobolē ex eis procreandam Deo dicaſſent, utique & diabolus ſuam oblationem inficere non ceſſat ex ueteri & nouo teſtamēto quaſi innumera poſſent geſta deduci. Sic. n. plures patriarchæ & prophetæ, ut Iſaac, Samuel, Samſon. Sic etiam Alexius, Nicolaus, & alii innumeri, gratiis plurimis ad ſanctitatem uitæ fuerunt prouenti. Experientia denique demonſtrat ſemper filias maleficarum cum conſimilibus, tā quam imitatrices maternorum ſcelerum eſſe diffamatus, immò & totam quaſi progeniem eſſe infectam. Et huius quidem & omnium prędecentium ratio, quia ſuperſtitē ſemper habent relinquere, & in augmentum illius perfidiæ ſummis conatibus ex pacto cum dæmone inito tendere. Vnde enim cōtingere poſſet ꝙ ſæpiſſime repertum eſt puellas impuberas, ut octo uel decem annorum tempeſtates & grandines concitaſſe, niſi ex tali pacto ſub tali oblatione ſacrilega diabolo per matrem maleficam infantem execraſſe, nec enim per ſe pueri talia ex fidei abnegatione

prout adultæ maleficæ principio facere habent, efficere poſſent, cum nec alicuius fidei articuli fortasſis notitiam habent è quibus geſtis aliqua in medium producamus. In partibus enim Sueuię, dum quidam uillanus ſegetes in cã pis cum filia paruula, uix octo annorum conſpicere decre uiſſet, & propter ſiccitatem terræ pluuiam apud ſe rumi nans, & conferẽs optaſſet, dicens: Heu qñ ueniet pluuia? Puella audiens uerba patris, ex ſimplicitate animi dixit, Pater, ſi pluuiam deſideras, faciam quod cito ueniet. At pa ter. Vnde hac tibi, noſcis ne pluuiam procurare? Reſpõdit puella utique & nedum pluuiam, ſed & grandines, & tem peſtates concitare ſcio. Et pater: Quiſnam te docuit? Reſpondit mater mea, uerum quod mihi inhibuit ne alicui indicarem. Tunc iterum pater: Et quomodo te docuit? Reſpondit, me miſit uni magiſtro, quem omni hora ad quæ cunque petita habere poſſum. At pater. Vidiſti ne illum? Reſpondit, uidi interdum uiros introeuntes & exeũtes ad matrem, & cum interrogaſſet quidnam eſſent, reſpondit. Sunt noſtri magiſtri quibus etiam te tradidi & commiſi, magni fautores, & diuites, territus pater, anne illa hora grandinem excitare poſſet, inquiſiuit. Et puella. Vtique ſi modicum aquæ habuero faciã. Tunc pater puellam per manum ad torrentem deduxit. Fac, inquit, ſed tantummo do ſuper agrum noſtrum. Tũc puellam manum in aquam miſit, & in nomine ſui magiſtri, iuxta doctrinam matris mouit. Et ecce tantummodo pluuia agrum illum perfu- dit, quod cernens pater, fac, inquit, & grandinem, ſed tan- tummodo ſuper unum ex agris noſtris. Quod cum iterum puella feciſſet, pater de experientia certificatus, uxorem apud Iudicem accuſauit, quæ capta & conuicta, incinera ta fuit, & filia reconciliata & Deo dicata, amplius illa effi cere, non potuit.

Sequitur ſuper modum quo iumentis maleficæ uaria nocumenta inferunt.

CAP. XIIII.

VTique a fortiori cum apoſtolus dicat. Nunquid Deo cura eſt de bobus, uolens per hoc innuere, quod licet omnia ſubſint diuinæ prouidentiæ, tam homines, quàm iumenta, utroſque iuxta modulũ ſuum ſeruans, ut Pſal. ait, Filii tamen hominum ſub regimine & protectione aliarum amplius gubernantur. Si inquam, homines diuina permisſione, per maleficos affligunt, innocentes, iuſti, & peccatores, parentes denique in filiis, quæ res ſunt pertinentes ad eos. Cum etiam iumenta terræ fruges, ſimiliter de rebus hominum exiſtunt, utique & ſuper illos uaria nocumenta poſſe à maleficis inferri nemo dubitare diuina permisſione concurrente præſumat Sic enim Iob à diabolo percuſſus cuncta iumenta perdidit, Sic denique nec minima reperitur uillula, ubi mulieres mutuo uacas inficere, lacte eas priuare, & ſæpisſime interimere non ceſſant. A minimo autem nocumento inchoando, quod de priuatione lactis æſtimari poteſt. Si de modo quo id efficere ualeant quæritur. Reſponderi poteſt quod quia ſecundum Albertum. 3. de animalib. Lac de natura ſit menſtrui in quolibet animali, ſicut etiam fluxus alius in fœmina ubi nõ reſtringitur talis fluxus aliqua infirmitate, tunc reſtringitur aut aufertur interdum maleficiali opere. Ex conditione autem naturali lac reſtringitur poſt conceptum fœtum. Ex infirmitate uero accidentali, ſicut pluries ex comeſtione alicuius herbę quæ ex natura lac reſtringere habet, & uaccam atterare, ex maleficio autem talia procurant uariis modis. Quædã enim nocturnis temporibus & ſacratioribus, utique ex in

ductione

ductione diaboli, ob maiorem offenſam diuinæ maieſta tis, in quocunque angulo domus ſuæ ſe collocant, urceũ inter crura habentes, & dum cultrum uel aliquod inſtru mentum in parietem aut columnam infigunt, & manus ad mulgendum apponunt, tunc ſuum diabolum qui ſem per eis ad omnia cooperatur inuocant, & quod de tali uacca, ea tali domo, quæ ſanior, & quæ magis in lacte a-bundat, mulgere affectat proponit, tunc ſubito diabolus ex mammillis illius uaccæ lac recipit, & ad locum ubi malefica reſidet, & quaſi de illo inſtrumento fluat repo nit. Hæc quidem populo prædicãdo nemo propterea ex eis informatur, quia quantumcunque quis dæmonem in uocare, & per nudã inuocationem hæc ſe poſſe efficere æſtimaret, ſeipſum deciperet, quia caret fundamento il-lius perfidiæ, quia ſcilicet omagiũ nõ præſtitit, & fidẽ nõ abnegauit. Hæc ideo poſui, cũ plures hęc & alia quę po ſita ſunt, æſtimant populo nõ eſſe proponẽda ꝑꝑ pericu lũ informationis, cũ ſit impoſsibile aliquẽper prædicato rẽ poſſe informari rõne tacta. Potius aũt ſunt in deteſta tionẽ tanti criminis, & ut iudices in ultionẽ tãti ſceleris, ſ. fidei abnegationis, amplius inardeſcant ſunt prædicãda licet non ſemper, plus ẽt ponderant ſeculares huiuſmodi tẽporalia dãna cũ magis terrenis implicãtur affectioni-bus q̃ ſpiritualibus, unde & cum eis talia poſſe fieri affir mantur in punitionem ipſorum amplius ſeruiunt, ſed ta men aſtutiã diaboli quis explicare poteſt? Noui illos in quadam ſocietate cõſtitutos, qui dum tempore Maii bu tirum maicum comedere affectarent, eis in itinere exiſtẽ tibus, & in prato circa to rrentem cõſedentibus, unus ex eis quo pacto cum dęmone per antea ſiue tacito ſiue ex preſſo inito dicit, Ego optimum butirum maicum procu rabo. Et ſtatim depoſitis ueſtimentis & torrentẽ intrãs nõ ſtando ſed ſedente contra aquę fluxũ dorſum uerte-bat, & cæteris cõſpicientib. ipſe dũ certa uerba protuliſ ſet, & aquam manibus poſt tergum nouiſſet, poſt paulu-lum butirum formatum ad modum quo uillanæ tẽpore Maii uendere in foro ſolẽt, in magna quantitate apporta-

uit,& aliis guſtantibus,optimũ fuiſſe butyrũ affirmarunt. Qua ex re colligitur,primo hunc de ſua practica fuiſſe certum, uel quia mere maleficiis per expreſſum pactum cum dæmone initum, uel quia per tacitum pactum nouit ſibi diabolum ad uota affuturum. Siquidem primum tunc nõ indiget diſcuſſione, quando uerus maleficus fuerit. Si aũt ſecundum,tunc uſus ſuffragio diaboli fuit,eo ꝙ ſibi oblatus & execratus à matre,uel obſtetrice fuerit. Quod ſi quis obiiceret diabolum fortaſſe apportaſſe butyrum ſine aliquo pacto tacito uel expreſſo, ac etiam abſque oblatione aliqua. Reſpondetur ꝙ nunquam aliquis utitur ſuffragio diaboli in conſimilibus operibus ſine eius inuocatione, quia ipſo facto,cum quis dæmonis auxilium petit, contra fidem ut apoſtata agit,iuxta determinationem doctoris in 2.ſenten.di.8.ſuper difficultatem. Vtrum auxilia dæmonum uti ſit apoſtata re a fide. Nam cum aliis doctoribus Albertus magnus licet concordat, tamen magis expreſſe dicit quod ſemper in talibus eſt apoſtaſia uerbi uel operis. Si enim inuocationes, coniurationes, fumigationes,& adorationes fiant, tunc apertum pactum initur cum dæmone abſq; hoc; uidelicet quod aliquis corpus & animã cũ fidei abnegatione,in toto uel in parte tradat, quia per hoc quod ipſum inuocat, iam committit apoſtaſiam uerborum apertam,ſi autem nõ ſit inuocatio uerborum, ſed ſolũmodo fit opere ſimplici, quia ſcilicet tales opus facit quod non niſi dæmonum auxilio effectum ſortire poteſt. Tunc ſiue faciat illud inchoando in nomine diaboli, ſiue per alia uerba ignota, ſiue abſq; omni uerbo. Illa tamen intentione,ut dictum eſt,tunc ſubdit Albertus, eſt apoſtaſia operis, quia illud opus expectatur à dæmone. Cum autem expectare aliquid à dæmone,uel aliquid percipere uel ipſum ſemper eſt fidei contumelia, & ideo apoſtaſia. Vnde & hoc concluditur, quod quocunque modo præfatus magus hoc procurauit, ut quia per pactum tacitum uel expreſſum procurauit. Et uериſimiliter ſi abſque pacto expreſſo quod tunc ut maleficæ facere ſolent per tacitum & occultum pactum, uel ex ſe, uel à matre,aut obſtetrice

initum talia effecit. Et dico ex ſe, quia tantũmodo opus exercuit, effectum a diabolo expectans. Secundum quod colligitur ex illa uel conſimili practica, eſt ꝙ qa diabolus nouas rerum ſpecies condere non poteſt. Ideo ubi tam ſubito naturale butyrum ex aqua prorupit, hoc uirtute dęmonum, non aquam in lac mutando, ſed uel butyrũ alibi ex loco repoſito accepit, & illi ad manus tradidit, uel ex lacte naturali hoc ex naturali uacca recipiendo, & ſubito ut ſic coagulando in naturam butiri, quia quod ars mulierum per ſpacium temporis efficit butirum formando, hoc ipſe in breuiſſimo tempore efficere nouit, & tũc ſibi obtulit. Ad idem reducitur modus quo aliqui ſuperſtitioſi uinũ aut talia neceſſaria non habentes, nocturnis temporibus tantummodo flaſconem aut aliud uaſculũ recipiunt, & dum per uicum aliquem incedunt, ſubito uas uino impletum reportant. Tunc enim diabolus uinum naturale ex aliquo uaſe recipiendo illi flaſconem impleuit. Super modum autem quo animalia & iumenta malefici interimunt, dicere oportet quod ſicut homines, ita & iumẽta uel tactu & uiſu, uel uiſu tantum, uel ubi ſubter limen oſtii ipſius ſtabuli, uel ubi ſolent adaquari, maleficiũ aliquod ſeu inſtrumentum maleficii reponunt. Sic enim & iſtæ in Rauenſpurg incineratæ. De quibus ut infra patebit ſemper ad inſtantiam dæmonum ubi meliores equi, aut pinguiora iumenta erant, maleficiare habebant. Et dum interrogatæ fuiſſent per quem modum talia efficerent, reſpondit una nomine Agnes, quod ſubter limen oſtii ipſius ſtabuli certas res occultarent. Et interrogata cuiuſmodi res, reſpondit. Diuerſarum ſpecierum animalium oſſa. Et ulterius, In cuius nomine hoc facerent interrogata, reſpondit. In nomine diaboli & omnium aliorũ dæmoniorum. Sed & altera nomine Anna, quæ dum uni ex ciuibus ſucceſſiue uigintitres equos maleficiaſſet, quia uector erat. Vltimatim dum uiceſimumquartum emiſſet, & ad iam extremã paupertatem deueniſſet, uector ſtans in oſtio ſtabuli, dixit ad maleficã quæ in oſtio domus ſuæ ſtabat. Ecce iam emi equum, promitto Deo & ſuæ matri

ſi equus ille moritur, quod ego manibus meis propriis te interficiam, ſicque territa malefica, equum ſibi intactum reliquit. Dum autem capta & interrogata fuiſſet per quem modum talia effeciſſet, reſpondit ſe nil aliud niſi foueam feciſſe, qua facta diabolus certas res impoſuiſſet ſibi innotas, qua ex re colligitur, quod tantummodo aut manum, uel uiſum apponere habent, & hoc ut quoquo modo malefica cooperetur, alias enim diabolo ſæuiendi in creaturas facultas non permitteretur, ubi malefica non concurreret ut prius tactum eſt, & hoc cõtingit propter maiorem offenſam diuinæ maieſtatis. Sæpiſſime etiam a paſtoribus uiſa ſunt, quod certa animalia in campis dum tres aut quatuor ſaltus in aerem feciſſent, ſubito in terram collapſo interierunt. Et hoc utique dæmonum ad inſtãtiam mãleficarum uirtute, In diocœſi Argentinenſi inter oppidum Fieſſen & montem Ferrerium, quidam prædiues aſſeruit ſibi & aliis ultra quadraginta iumenta in bobus & uaccis, in alpibus fuiſſe maleficiata, & hoc infra anni ſpacium, non peſte aut aliqua infirmitate præcedente. Et pro interſigno dixit, quod peſte aut alia caſuali infirmitate moriunt̃ non ſubito, ſed paulatim, & ſucceſſiuè deficiunt. Illud autem maleficiũ ſubito abſtulit omnem uigorem, ita quod ab omnibus iudicabantur illa maleficiis fuiſſe interempta. Verum talem annotaui numerum, æſtimo tamen quod ampliorem expreſſit, hoc tamen ueriſſimum quod in partibus, & præcipuæ in alpibus plurima nocumenta aſſeruntur maleficiari, quod genus etiam maleficij undique diffuſum noſcitur Aliqua ſimilia infra in capitulo de remediis adhibendis contra maleficia iumentorum diſcutientur.

Super modum quo grandines & tempeſtates concitatę ac etiam fulgura ſuper homines, & iumenta fulminare ſolent.

CAP. XV.

Denique quod dæmones & ſui diſcipuli talia maleficia in fulminibus, & grandinibus & tempeſtatibus concitare poſſint, & hoc accepta poteſtate a Deo, quo ad dæmones ſeu eius permiſſione, quò ad ipſius diſcipulus ſacra ſcriptura Iob. 1. & 2. teſtatur, ubi accepta poteſtate a Deo ſtatim dæmon procurauit, ut Sabei quinquaginta iuga boum, & quingentas aſinas auferent, & deinde ignis de cœlo deſcendens ſeptem milia camelorum conſumeret, tandem etiam ſeptem filii, & tres filiæ per uehementem uentum, & lapſum domus occuberent, & ſemper pueri, id eſt, famuli multi, uno qui nuntiaret, dempto interierunt, denique ulcere peſſimo ſancti uiri corpus percuteretur, & uxor & tres amici eius ut ipſum uexarent grauiter procurauit, ubi & S. Thom. in poſtilla ſua ſuper Iob ita, loquitur, Neceſſe eſt confiteri quod Deo permittente, dæmones poſſunt perturbationem aeris, inducere uentos concitare, & facere ut igni de cœlo cadat, quamuis enim natura corporalis non obediat ad nutum angelis, neque bonis, neque malis ad ſuſceptionem formarum, ſed ſoli Deo creatori, tamẽ ad motũ localem naturæ corporalis nata eſt ſpirituali naturæ obedire, cuius iudicium in homine apparet, nam ad ſolum imperium uoluntatis quæ ſubiectiuè eſt in anima, mouentur membra, ut opus a uoluntate diſpoſitum, proſequantur, quæcunq; igitur ſolo motu locali fieri poſſunt hæc per naturalem uirtutem, non ſolum boni, ſed etiam mali facere poſſunt, niſi diuinitus prohibeãtur. Venti aũt

& pluuiæ,

& pluuiæ, & alia huiuſmodi aeris perturbationes, ſolo motu uaporũ reſolutorum ex terra & aqua fieri poſſunt, unde ad huiuſmodi procreanda, naturalis uirtus dęmonis ſufficit. hæc. Tho. Mala enim quæ noſtris exigentibus in mũdo fiunt, Deus uelut per ſuos tortores iuſtè per dæmones ſolet infligere, unde & gl. ſuper illud Pſal. 104. Vocauit famẽ ſuper terrã & omne firmamentum panis contriuit, dicit ſic, Hæc mala permittit Deus per angelos malos qui talibus præpoſiti ſunt. Vocat ergo famem, id eſt, angelum fame præpoſitum. Poſſent & illa quæ ſupra notata ſunt circa quęſtionem, An ſemper malefici circa maleficia inferenda habent concurrere cum dæmonibus, ubi de triplici nocumẽto, & quomodo interdum dæmones ſine maleficis mala nocumenta inferunt, cum maleficis autẽ dæmones plus affectant hominibus nocere, quòd eo cum Deus amplius ꝑ hoc irritatur, inde eis maior facultas puniendi & affligendi conceditur. Deſeruiunt & illa quæ doctores ſuper 2. ſen. diſt. 6. An locus ſit incõuenienter deputatus malis angelis in aere caliginoſo mouẽt, quia cũ tria conſiderantur in dæmonibus, natura, officium & culpa. Sicut naturę correſponderet cœlum empyreum culpæ uero inferius, ita eorum officio cum tortores ſint & miniſtri, ut ſupra tactum eſt, in punitionem malorum, & exercitium bonorum competit aer caliginoſus, ne uidelicet nimis nos infeſtarent ſi in mũdo inferiori circa nos habitarẽt, unde & in aere & circa ſpheram ignis actiua paſſiuis coniungere ſciunt, ubi a Deo permittuntur, & ignem de cælo cadere; ſeu fulgura fulmina reprocurant. Narratur in formicario de quodam capto per Iudicem, dum interrogaretur quomodo grandines & tempeſtates cõcitãdas procederẽt, & an facile hoc eis foret procurare, reſpõdit. Faciliter grandines procuramus, ſed ad libitum lædere non ualemus, propter cuſtodiam bonorum angelorũ, unde addidit, Eos tãtummodo lædere poſſumus qui Dei deſtituti ſunt auxilio. Et qui ſigno crucis ſe muniunt, illos lædere non poſſumus. Eſt autem hic noſter modus. Primo uerbis certis in campis, principem omnium dęmoniorum

iorum imploramus,ut de ſuis mittat aliquem, qui à nobis deſignatum percutiat. Deinde ueniæ certo dæmone eidem in biuio pullum nigrum immolamus,eundem in alto proiiciendo in aere quo à dæmone ſumpto obedit, & ſtatim aerem concitat,attamen non ſemper in loca deſtinata a nobis, ſed iuxta Dei uiuentis permiſſionem,grandines & fulmina proiicit. Narratur etiam ibidem de quodam actore ſeu hęreſiarcha, maleficorū Stafus dictus, qui in Bernenſium territorio & locis adiacentibus conſtitutus,publicè de hoc gloriari audebat, quod quandocunq; uellet, ipſe in omnium æmulorum oculis uelut murem facere uellet, & dilabi manibus inimicorum ſuorum lętalium, & ita etiam capitalium ſuorum inimicorum manibus ſæpius euaſiſſe. Diuina tamē iuſtitia cum terminum ſuæ malitiæ facere uoluit, per hoſtes ſuos in ſtupa quadā prope feneſtram quandam ſedere, dum cautè explorabatur a ſibi inſidiantibus, gladiis & haſtis inopinatè transfixus,ob ſua facinora miſerabiliter obiit, ſuperſtitem tamē diſcipulum,qui in hoppo uocabatur reliquit,qui & ſupra dictum Stadio,de quo in capitulo ſexto mentio fit,& magiſtrum fecit. Sciuerunt hi duo quando eis placuit,tertiā partem fimi feni uel frumenti,aut cuiuſcunque rei de uicino agro, nemine uidente, ad proprium agrum deferre, grandines uiuaciſſimas & auras læſiuas cum fulminibus procurare, in aſpectum parentum infantes prope aquam ambulantes in ipſam nullo uidente proijcere ſterilitatem,in hominibus & iumentis efficere occulta,aliis manifeſtare in rebus & corporibus modis quibuſcunque lædere, ictu fulminis nonnunquam quem uellent interimere, & multa alia peſtifera procurare,ubi & quando Dei iuſtitia hæc fieri permiſit. Ad ea tamen quæ per nos reperta ſunt expedit diſcurrere.In diocœſi namq; Conſtantienſi, ab oppido Rauenſpurg ob uigintiocto miliaria teutonicalia uerſus Saltzburgam,grando ſæuiſſimus excitatus, cunctas fruges,ſegetes& uinetas adeò in latitudine unius miliaris contriuerat, quod tertius annus uix iudicabatur fru giferus in Vinetis.Vnde res geſtatum per notarium inqui

ſitionis innotuiſſet,& quod propter clamorem populi in quiſitione opus eſſet,dum certi per maleficia immo om nes penè oppidanæ talia contigiſſe iudicarent.Quare con ſulib.ad id conſentientibus per quindenam iuxta iuris for mam,ſuper hereſim duntaxat maleficarum à nobis inqui ritur,non ad duas duntaxat perſonas prę aliis, quæ tamē in paruo numero non erant diffamatę peruenitur, nomen vnius Agnetis balneatricis alterius Anna de mindel heim,quibus captis,& ſeorſum ad diſtinctos carceres poſitis,ignorante penitus vna de altera,ſequenti mane balneatrix quęſtionibus leuiſsimis a rectore ſeu ciuium ma giſtro fidei zelatore Gelte cognominato, & ab aliis ex conſulibus ſibi adiunctis in præſentia notarii exponitur, & licet maleficium taciturnitatis indubiè penes ſe habuiſ ſet,de quo & ſemper iudicibus timendum eſt,eo quod in primo aggreſſu,non iam muliebri,ſed uirili animo ſe innoxiam affirmabat,diuina tamen fauente clementia, ne tantum facinus impune tranſire,ſubitò liberè & à vincu lis abſolutè,licet in loco torturę,& cuncta flagitia ab ea perpetrata detexit. Nam a notario inquiſitionis inter rogata ſuper articulos & depoſitione teſtium, circa nocumenta hominibus & iumentis illata,ex quibus iam vio lenter reddebatur tanquam malefica ſuſpecta, cum nemo teſtis de fidei abnegatione ac carnali ſpurcitia cum dæmone incubo aduerſus eam depoſuiſſet,eo ꝙ illa ſecre tiſsima,attamen ubi poſt nocumenta animalibus & hominibus illatā uti rea reſpondiſſet,cętera omnia de fidei abnegatione,& ſpurcitiis diabolici cum incubo dęmone peractis,interrogata publicè fatebatur,aſſerent ſe vltra de cem.& octo annos illi incubo cum omnimoda fidei abne gatione ſuccubuiſſe,quibus expletis, vbi ſuper grandinē præfatam,an ne aliquid de illo ſciret inquireretur.Reſpō dit quod ſic.Et interrogata qūo & qualiter. Reſpondit, In domo eram,& hora meridiei demon me accerſiuit & ut ſuper campum ſeu planiciem Kuppel (ſic enim nomi natur) paululum aquę mecum deferendo, me transferre iniunxit, & dum interrogaſſem quidam operis in aqua

explere uellet, pluuiam ſe uelle cauſare reſpondit, portã ergo ciuitatis exiens, ipſum dæmone ſub arbore ſtantem reperi. Interrogata autem à Iudice ſub qua arbore. Reſpondit. Sub illa ex oppoſita illius turris, ipſam denotando, & interrogata quid ſub arbore egiſſet, reſpondit: Dæmon ut foueam paruam foderem, & illi aquam infundere iniunxit. Et interrogata an ne pariter conſediſſent, reſpondit, me ſedente ipſe dæmon ſtabat. Interrogata demum quibuſne uerbis aut modis aquam mouiſſet, reſpondit, digito quidem moui, ſed in nomine ipſius diaboli, & omnium aliorum dæmoniorum. Et rurſum iudex, quid actum fuiſſet de aqua. Reſpondit; diſparuit, & ſurſum in aere diabolus duxit. Et demum, an ne aliquam haberet ſociam interrogata, reſpondit ex oppoſito ſub talia arbore, aliam captã maleficã, Annam uidelicet mindelhim nominando, conſodalem habui, quid autem egerit ignoro. Et finaliter interrogata balneatrix de interuallo temporis ab aquæ aſſumptione uſq; ad grandinẽ, reſpondit: Tanta dilatio fuit, quouſq; ad domum perueniſſem, ſed & hoc mirabile, cum ſequenti die altera quæſtionibus leuiſſimis expoſita primo fuiſſet, utpote digito uix à terra eleuata, poſt liberè ſoluta, præfata omnia non diſcrepando in minimo, nec quo ad locũ, prout altera faſſa fuerat, quia uidelicet ſub tali arbore, & alterã ſub alia, nec quo ad tempus, quia hora meridiei, nec quo ad modum, quia per motionem aquæ in foueam immiſſæ, in nomine diaboli & oĩm dæmoniorum, nec quo ad interuallũ temporis, quia dum eius diabolus aquam accepiſſet, in ſublime eleuãdo regreſſa ad domum, ſuperueniſſe grandinem affirmabat, ſingula detexit, ſicq; tertia die incineratur, & balneatrix contrita & confeſſa, plurimum ſe Deo commẽdauit, afferens ſe libẽti animo mori, ut dæmonis iniurias poſſet euadere, crucem in manibus tenendo & amplexando, quàm tamen altera ſpernebat, quæ etiam ultra uiginti annos incubum dæmonem cum omnimodã fidei abnegatione habuerat, primam in multis maleficiis, hominibus, iumẽtis, & terræ frugibus illatis excedens, uti proceſſus ad conſu-

latum

latum repoſitus demonſtrat . Sufficiant iſta, cum reuera quaſi innumera circa huiuſmodi maleficia illata recitari poſſent.Sed & de ictu fulminis,quòd ſępisſime aut homines ſolum,aut cum beſtiis,aut cum dęmonibus & horreis conſumpſerint,licet occultiorem & magis ambiguam uideatur habere causã , eo quòd alia diuina permisſione ſępe contingant abſq;maleficarum uidelicet coo peratione, tamen ubi ſpõte ex earum fasſionibus talia eas feciſſe ſeu procuraſſe repertum eſt,ſuper quæ etiam uaria acta & geſta præterea quæ ſupra tacta ſunt deduci poſſent, ratio etiam ſuffragatur cũ ea facilitate qua grandines, ſic & fulmina procurare poſſunt,in mari etiam tempeſtates, ideo omnis ambuiguitas tollitur.

Super tres modos quo uiri & non mulieres reperiuntur maleficii infecti per tria capitula, & primo de ſagittarijs maleficis.

CAP. XVI.

VLtimum ad præſens genus maleficij,quo uiri inficiuntur in tribus ſpeciebus . Notandum eſt primo de grauitate criminis, quo ad maleficos ſagitarios in ſeptem horrendis maleficiis:nam primo ſacratiori die dominicæ pasſionis, ſexta uidelicet feria Paraſceuen,ut fertur,infra miſſarum ſolemnia, habent ſacratisſimam crucifixi imaginem tela quaſi ad metam ſagittando,O quanta crudelitas & iniuria Saluatoris ? Secundò,licet ſub dubio uertitur , an aliam apoſtaſiam uerbo, ultra illam apoſtaſiam operis habẽt cum dæmonibus inire, tamen quocunque modo fiat, maior contumelia non poteſt à Chriſtiano irrogari fideli, cum certum ſit quod ſi infidelis conſimilia perpetraret, nullius forent efficaciæ,

in nullo etiam tanto complacere aduerſario opere po-
teſt. Vnde miſeri talis fidei catholicę ueritatem, & efficacia
etiam potius perpendere deberent, qua etiā de cauſa De-
us huiuſmodi flagitia iuſtè permittit. Tertio quod tres
aut quatuor iactus totidem tela habet infigere, & ex cō
ſequēti tot ſecundum eundem numerum homines qua-
libet die poterit interimere. Quarto, quod ſic de præmiſ
ſis certificantúr a dæmonibus, quod tamen corporali ui
ſu illum occidendum prius habent conſpicere, & cordis
uoluntatem ubi ex integro illum ad interimendum fle-
ctunt, talis quocunque loco incluſus ſe tueri nō poterit,
quin tela emiſſa feratur, & per diabolū ei infigatur. Quin
tò, quod ſub tali certitudine ſagittam emittere ualēt, ut
in caſum quo denarium à capite per ſagittam deponere,
abſque capitis læſione uoluerint, hoc ipſum efficere ua
leāt, ſimili modo & per bombardam quantumcunq; ma
gnam. Sexto quod ſuper hæc efficienda, homagium tale
cum corporis & animæ perditione diaboli pręſtare ha-
bent, ſuper quibus aliqua geſta in medium producamus.
Nam princeps quidam Reni Barbarus cognominatus eo
quod barbam nutriebat, cum ante annos ſexaginta ad un
ctis ſibi terris Imperialibus, quoddam caſtrum Lenden-
brunen, propter rapinas quas caſtrenſes inde faciebant
obſidendo circumuallaſſet, habuit in ſuo comitatu quen
dam huiuſmodi maleficam, Punker nomine, qui in tātū
caſtrēſes moleſtabat, quod uno dempto, omnes ſucceſſi
uè ſagittis interimit, talemq; modum ſeruauit, ut eum
quem intuitus fuiſſet, quocunque ſe diuertiſſet, per emiſ
ſam ſagittam lętaliter uulneraret, & occideret, talesq́ue
tractus quolibet die tres duntaxat, in ſua poteſtate habe
bat, eo uidelicet quod tres ſagittas imagini Saluatoris in
fixerat, cur autem diabolus ternarium numerum prę a-
liis eligit, ęſtimari poteſt quod in abnegatione ſanctiſſi-
mę trinitatis hoc efficiat, illis autē tribus emiſſis tracti-
bus, nō niſi in ſortē ut cæteri ſagittas emittebat. Occidit
demū ut cū quidam ex caſtrenſibus deridendo ad ipſum
clamaſſet. Punker nonne circulum in porta pendentem
illæſum

illæſum permittes, & reſpondente illo ab extra nocturno tempore, nō, ſed ipſum die captionis caſtri auferam, hoc idem quod prædixit adimpleuit, nam omnibus ut præmiſſum eſt, dempto uno interemptis, caſtrum capitur, & ipſe circulum domui ſuæ in Rorbach Vvormatien. diœceſis appendit, & ſic appenſum in hodiernum diem cernitur, qui etiam poſt à ruſticis quibus plurimū moleſtus erat, quodam ſero cum foſſoriis eorum inſtrumentis occiditur, & in peccatis ſuis moritur. Fertur denique de ipſo quod quidam de optimatibus dum artis ſuæ experientiam certam capere uoluiſſet, eidem proprium filium paruulum ad metam poſuit, & pro ſigno ſuper biretum pueri danarium, ſibiq; mandauit ut denarium ſine biretto per ſaggittam amoueret, cum autem maleficus id ſe facturum, ſed cum difficultate aſſereret, libentius abſtinere, ne per diabolum ſeduceretur in ſui interitum, uerbis tamen principis inductus, ſagittam unum collari ſuo circa collum immiſit, & alterum baliſtæ ſupponens denarium bireto pueri ſine omni nocumento excuſsit, quo uiſo, dum ille maleficū interrogaſſet, cur ſagittam collari impoſuiſſet, reſpondit, Si deceptus, per diabolum puerum occidiſſem, cum me mori neceſſe fuiſſet, ſubito cum ſagitta altera uos transfixiſſem, ut uel ſic mortem meam uindicaſſem. Et quidem licet diuina permiſsione mala huiuſmodi in probationē & caſtigationem fidelium fieri ſinit, ex aduerſo tamen in confortationem & gloriā fidei potiora miracula clementia Saluatoris operatur. Nam in diocœſi Conſtantienſi, prope caſtrum hohemzorn, ac monaſterium monialium, eccleſia quædam iam de nouo cernitur cōſtructa, in qua huiuſmodi imago Saluatoris cum ſagitta infixa, ac cruore effuſo cernitur, cuius miraculi ueritas tali ordine patuit. Miſer enim quidam dum iuxta ordinem prænotatū, ſuper tres aut quatuor tractus baliſtæ ad interiorum aliorum à diabolo certificare cuperet, in biuio quodam imaginem crucifixi ſagitta petit, & modo quo uſq; in præſens cernitur, transfixit, & dum cruor miraculoſus erumperet, miſer immobiliter diuina uirtute egreſſu percuſſus

figitur,

figitur, & ubi a prætereunte quodam, cur ibi fixus maneret interrogaretur, miſer caput agitabat, brachiiſque ac manibus quibus baliſtam tenebat,ac toto corpore tremens,nil reſpondere poterat,& alter hinc inde circũſpiciens,dum imaginem crucifixi intuetur,& ſagittam cum cruore effuſo ſpeculatur,Peſſime,inquit,nequam imaginem Domini noſtri transfixiſti,& alios conuocans,attẽdite inquit,ne fugam capiat, dum tamen ut præmiſſum eſt,ſe de loco mouere non poterat,ad caſtrum concurrit, & rem geſtam narrauit,qui concitè deſcendunt,& miſerum in eodem loco perſiſtentem reperiunt, & inquirentibus de caſu,dum crimen faſſus fuiſſet, ex contactu publicæ iuſtitiæ dé loco mouetur, & dignã pro commiſſis ultionem per miſerabilem mortẽ recepit. Sed heu quod cogitatu horribili exiſtit, nec his humana peruerſitas terretur,ut a ſimilibus flagitiis ſe contineat.Nam in curiis optimatum undique ut fertur, tales ſuſtentantur de ſuis flagitiis publicè in contemptum fidei, & grauem offenſionem diuinæ maieſtatis, & contumeliam noſtri redemptoris gloriari,& ſe iactari de talibus permittuntur, unde & tales utique & receptatores, defenſores & fautores,nedum hæreticorum, ſed apoſtatarum à fidei iudicandi ſunt,& pœnis plectendi ſubſcriptis,& hoc eſt ſeptimum.Nam primo ipſo iure excommunicati ſunt, & fauentes clerici,ab omni officio,& beneficio deponuntur, & priuantur,nec ad illa reſtituuntur abſque ſpeciali apoſtolicæ ſedis indulto.Idem præfati receptatores poſtquã fuerint publicati, ſi in excommunicatione ſteterint per annum animo pertinaci,uelut hæretici ſunt condemnandi,quæ ſingula ſic probãtur.Nam in can.ut inquiſitionis parag.prohibemus. lib. 6. tangitur de non impediendo directe uel indirecte proceſſum,iudicium diocœſanorum & inquiſitorum in cauſis fidei,ubi tangitur prædicta pœna infligenda poſt annum,nam dicitur primo, Prohibemus diſtrictius poteſtatibus, dominis temporalibus, & rectoribus,eorundem Officialibus &c.ſi cui placet capitulum perlegat.Denique quod & ipſi malefici cum eo

rum receptatoribus, ſint ipſo iure excommunicati, patet de ipſis hæreticis maleficis in cap. ad abolendam, in princ. & in can. excõmunicamus, primo & præſertim & breuius in cap. excommunicamus 2. de hęreſi, ubi ſic dicitur. Excommunicamus & anathematizamus uniuerſus hæreticos, catharos, paterinos, & infra alios, quibuſcũq; nominibus cenſeantur, &c. Et nota ſuper quibuſcunque nominibus de credentibus autem & receptoribus, & cæteris ſupra dictis habetur in ca. excommunicamus. 1. parag. credẽtes, ubi ſic dicitur. Credentes pręterea receptatores, defenſores & fautores talium excommunicationi decernimus ſubiacere, &c. & in c. excomm. 2. tanguntur plures pœnæ quas incurunt infra annum, cum ipſis clericis, ubi ſic dicitur, Receptatores, fautores & defenſores, excommunicationi, decernimus ſubiacere, ut poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ex tunc ipſo iure ſit infamis, nec ad publica officia ſeu conſilia, nec eligendos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimonium admittantur, ſint etiam inteſtabiles, ut nec teſtandi liberam habent facultatem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedant, nullus præterea ipſi ſuper quocunque negotio reſpondere cogatur. Quod ſi forte iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam proferantur, ſi fuerit aduocatus, nullatenus eius patrocinium admittatur, ſi tabellio, inſtrumenta confecta nullius ſint momenti, ſed cum auctore dannato damnentur, & in ſimilibus idem præcipimus obſeruari. Si uero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur, ut in quo grauior eſt culpa maior exerceatur uindicta. Si qui tales aut poſtquã ab eccleſia, fuerint denotati euitare contempſerint, excõmunicationis ſententia uſque ad ſatisfactionem idoneã procellantur. Sane clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos Chriſtianæ præſument tradere ſepulturæ, nec eleemoſynas aut oblationes eorum recipiant, alioquin ſuo priuentur officio, ad quod nequaquam reſtituãtur abſque indulto ſedis apoſto

licæ

licæ ſpeciali. Sunt denique & aliȩ pœnæ quamplures ſuper prædictos, etiamſi non perſiſtant per annum animo pertinaci, ſuper eorum uidelicet filios & nepotes, quo ab epiſcopo & inquiſitori poſſunt priuari, ſeu priuatos denūciari dignitatibus perſonatibus, & omnibus honoribus ac beneficiis eccleſiaſticis, & officiis publicis quibuſcunque, iuxta canon. ut commiſ. §. priuandi de hæred. lib. 6. Intelligitur tamen ſi impœnitentes extiterint, ut in cap. ſtatutum, Fœlicis eod. lib. & titu. Item quod etiam ipſorum filii uſque ad ſecundam generationē, ſunt priuati omni beneficio eccleſiaſtico, & officiis publicis, ut in c. quęcunque. §. hęretici. eo. lib. Intelligendum tamē qui per paternam & non per maternam lineam deſcenderent, & etiam de impœnitentibus, ut in allę. c. ſtatutum. Item quod illis, ſupple credētibus receptatoribus, defenſoribus, & fautoribus eorum ſit appellationis & proclamationis beneficium interdictum, patet in c. ut inquiſitionis eo lib. ubi tamen archidiaconus ſuper ca. eo. intelligitur poſtquā per ſnīam eſſe tales ſunt declarati, tunc nō poſſunt, ante aūt ſentētiā, ſi in aliquibus aggrauātur, ſeu indebite fatigātur, appellare poſſunt, plura alia poſſent deduci, ſed iſta ſufficiant. Pro ampliori tamen præmiſſorū intelligentia, aliqua ſunt diſcutienda. Primo quid ſi princeps uel ſecularis poteſtas iuxta prænotata geſta ad deuaſtationem alicuius caſtri iuſto bello aliquem huiuſmodi maleficum ſecum recipiat, & eius aſſiſtentia tyrannidem malorum cōpeſcat, nunquid totus exercitus ut fautores, & receptatores talium ſunt iudicandi, & prædictis pęnis mulctandi? Reſpondendum uidetur quod quia propter multitudinem rigor iuſtitię eſt temperandus, di. 40. cōſtitueretur. Ideo licet principalis & eius aſſeſſores, & conſiliarii talia fouētes, omnino ſint ipſo iure pœnis præfatis, innodati, ubi moniti ab eorum ordinariis nō deſtiterint cū iam ut receptatores, fautores iudicantur, unde & ipſis pœnis ſubiiciūtur, reliquus tamen exercitus cum abſque eorum conſilio & fauore talia fiāt, immo pro defenſione reipublicæ ſua corpora exponere ſunt parati, licet fortaſ

ſis in factis maleficis complacentiam habeant, tamen cẽſuram illam excommunicationis euadunt, licet ream illum in eorum confeſsione agnoſcere habeantur, debita cautione accepta ſuper omnimoda huiuſmodi deteſtatione in perpetuum à confeſſori abſolui, & quantum in ipſis eſt ab eorum finibus huiuſmodi maleficos expellere. Si uero quæritur, à quibus poſsint præſidentes ubi reſipiſcant abſolui, an ab eorum ordinariis, aut inquiſitoribus. RESPONDETVR utique abſolui poſſunt & ab ordinariis ac aliis inquiſitoribus ſi reſipiſcant; habere in cap. ut officium in prin. de hæreſi lib. 6. ubi ſic dicitur, ut officium & infra, contra hæreticos, credentes receptatores, fautores, & defenſores eorum, nec non contra infamatos de hæreſi uel ſuſpectos, ſecundum ſanctiones canonicas, hominum metu, diuino timore poſtpoſito procedatis, ſi uero aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata, redire uoluerit ad eccleſiæ unitatẽ, iuxta formam eccleſiaſticæ abſolutionis beneficium impendatis. Si deniq; inſtatur quãdo dicetur princeps uel alius reſipiſcere, reſpondetur quando maleficium propter iniuriam creatori illatam præueniendum tradit, unde & uti ipſum à dominio tantummodo expellat, non eſt malefici ſeu hęretici manifeſtè deprehendi in hæretica prauitate, ut ſupra patebit pœna debita, & ut de præteritis doleat & tales nunquã de cętero fouere, uti catholicum decet principem, firmiter in animo ſuo ſtatuat. Quod ſi quæritur cui tradendus & quo ordine puniẽdus, & an ut manifeſtè deprehenſus in hæreſi ſit iudicandus. Ad primum ſpecialis tangetur difficultas in principio tertię partis, an uidelicet eorum punitio tantummodo ad Iudicem ſecularem & nõ eccleſiaſticum pertineat, manifeſtum eſt enim per cap. ut inquiſitionis. §. prohibemus, lib. 6. quod poteſtatibus & dominis temporalibus interdicitur, ne de crimine hæreſis quoquo modo iudicent abſque epiſcoporum ſeu inquiſitorum, aut ſaltem alterius eorundem licentia, ſed quia ratio quæ ibi aſsignatur circa maleficos nõ uidetur habere locum, quia dicitur ibi quod ideo nõ debent iudicare,

care,eo quod crimen hęreſis eſt mere eccleſiaſticum,maleficorū autem crimen non uidetur merè eccleſiaſticum, ſed etiā ciuile,propter damna temporalia, quicquid autē ſit,ut infra patebit,licet Iudicis eccleſiaſtici ſit cognoſcere & iudicare,tamen Iudicis ſecularis eſt exequi & punire, ut patet extra de hære.ca.ad abolendum,& ca. urgentis,& cap.excommunicamus utrique. Vnde & Iudex ſecularis ſi tradet talem Ordinario ad iudicādum; habet tamen per ſe eundem punire,poſtquam ab epiſcopo ſibi traditur aut relinquitur,uel etiam ex cōſenſu epiſcopi ſecularis Iudex utrunque facere poteſt,ſcilicet,iudicare & punire.Nec ualet ſi dicatur ꝙ tales malefici non ſunt hæretici ſed potius apoſtatæ,quia cum utrunque contingat circa fidem,tamen ſicut hęreticus circa illam tantūmodo dubitat,& hoc in toto uel in parte,ita & apoſtatæ malefici ratio etiam per ſe dictat,cū enim grauius eſt corrumpere fidem,per quā eſt anima uitaq; falſare pecuniam per quam uitæ corporali ſubuenitur.Vnde ſi falſarii pecuniæ uel alii malefactores,ſtatim per ſeculares poteſtates iuſti morti traduntur,multo magis tales hæretici & apoſtatæ ſtatim quod conuincuntur poſſunt iuſte occidi. Vnde & per hæc eſt reſponſio ad ſecundum,quo ſcilicet ordine,& à quo Iudice ſit puniēdus,ſed clarius de illo tractabitur in tertia parte operis circa modos ſententiandi qualiter deprehenſis manifeſte in hæreſi ſit ſententiandus,circa 8.& 12.modum,& ſuper dubium,quid ſi pœniteret,an adhuc eſſet occidendus Reuera.n.ſi hæreticus ſimplex,relapſus quantumcunque pœniteat,eſt occidendus in c.ad abolendam allegato,& hoc rationabiliter ſecundum Thomam cum per hoc prouidetur bono communi,quia ſi hæretici reuerſi ſæpe recipiētur,ut in uita conſeruarentur,& aliis temporalibus bonis,poſſet hoc eſſe in pręiudicium ſalutis aliorum, tum quia ſi relaberetur alios inficeret, tum etiam quia ſine pęna euaderēt.alii ſecurius in hæreſim relaberentur,ex relapſu etiam ipſorum prę̨ſumitur de inconſtantia eorum circa fidem, & ideo iuſtè occidendus. Quare & hic dicere oportet, quod ſi propter ſuſpitio-

nem ſolam inconſtãtiæ dictus eccleſiaſticus Iudex relapſum habet tradere curiæ ſeculari ad occidẽdum, a fortiori igitur ſi nõ uelit tradere apoſtatam aut maleficã quãcunque curiæ ſeculari propter pœnitentiam,& eius conuerſionem,tamen relinquere habet talem & nõ impedire,cum Iudex ſecularis propter damna temporalia ipſorum maleficum uult occidere ſecũdũ leges,licet eccleſiaſticus Iudex prius habeat pœnitentem maleficum abſoluere ab excommunicatione quã propter hæreſim maleficarum incurrit cum & hæreticus ſit excommunicatus iuxta ca.excõmunicamus.1.& 2 ad gremium eccleſię recipere,ut ſpiritus ſaluus fiat,ut dicitur 11.q.3. audi. Aliæ rationes aſſignantur inferius circa quæſtionem primam tertiæ partis,ſufficiant iſta ad præſens, tantummodo aduertant animarum rectores,quam dura & diſtricta exigetur ab eis ratio à tremendo Iudice,cum reuera iudicium duriſſimum iis qui pręſunt,ac ubi tales in iniuriam creatoris uiuere permittunt.Sequitur de duobus aliis maleficorum generibus,nam ad idem genus maleficii reducuntur & illi qui per incantationes & carmina ſacrilega arma quæcunque incantare ſciunt,ut eis nullo modo nocere ualeant,unde nec etiam uulnerari poſſunt, hi enim diuerſificantur:Nam aliqui ſunt qui cum pręd ctis ſagittariis maleficis concordant,in eo quod etiam circa imaginem crucifixi & cõtumelia ei illata,talia adiſcunt,gratia exempli,qui uult ut non ualeat lædi in capite aliquo ferro aut ictu,habet caput imaginis auferre,qui circa collũ, auferat collum qui circa brachium auferat, ſeu comminuat brachium & ſic continenter.Interdum ſupra cingulum,aut infra interdum ex toto comminuunt,& in huius ſignum uix inter decem imagines in biuio aut in campis repoſitas una integra reperitur.Aliqui uero ſunt qui certa brachia ſecum deferunt,aliqui uerbis interdum ſacris, aut etiam ignotis talia procurant,inter quæ hæc æſtimatur diuerſitas.Nam primi licet in contumeliã fidei circa dehoneſtationẽ imaginis Saluatoris cum præfatis maleficis ſagittariis concordant,unde & ueri apoſtatæ reputã-

di

di & iudicandi,ubi fuerint deprehēſi,alio tamē reſpectu ſagittariorum,nec etiam in malum proximi manifeſtū, prout in tuitionem proprii corporis ſupra cingulum uel infra,aut etiam totius corporis ſeruire uidentur,ideo tā quam hæretici pœnitentes & non relapſi,ubi ſunt male fici conuicti & pœniteat,ſunt iudicandi,& iuxta octauū modum pœnitentiandi cū adiuratione & incluſione ,ut in tertia parte operis tangetur. Pro ſecundis uero qui ꝑ carmina arma incantare nituntur,& ſuper illa nudis plā tis incedere,& ſimilia exercere.Incantatores enim dicū tur iuxta Iſidorum 8.ethi.qui artem aliquā uerbis peragunt,diſtinguendum,quia interdum incantationes fiūt per uerba ſacra,aut per carmina ſcripta ſuper infirmos, & hæ quidē incātationes licitè fieri poſſunt ſeptē cōditionibus ſeruatis,ut inferius patebit circa modos curādi maleficiatos infirmos.Incātationes aūt quæ fiūt ſuper arma per aliqua uerba,aut ubi talia carmina ſcripta deferuntur,hoc iudiciū attendendū quod ſibi ſunt nōīa incognita.Itē caracteres & ſignaturæ,aliæ præter ſignaculū crucis,tunc talia ſunt omnino refutanda,& attēdendi ſunt homines pie a talium crudelitate , quod ſi deſiſtere nollēt,tunc tanquā leuiter ſuſpecti ſunt iudicandi,de qui bus in ſecundo mō ſententiādi inferius patebit,nō enim tunc carent ſcrupulo hæreticæ prauitatis, immo quia ta lia omnino opere & auxilio dæmonū habent fieri,cuius ut ſupra patuit,qui auxilio utitur,apoſtata à fide iudica tur,licet etiam propter ignorātiam & emendationis gra tiam,minus quàm cum ſagittariis maleficis ſit agēdum. Et quia plurimum communiter cernitur apud clientes & mercatores ſecum deferre huiuſmodi carmina & benedi dictiones,quæ incantationis ſpeciem habere uidētur,expedit omnino ſiue in foro pœnitentiæ per confeſſorē ſiue in foro contentioſo per eccleſiaſticum iudicē huiuſmodi eliminare cū tacitum pactum propter uerba ignota,& caracteres ſignati cū dæmone initur,& dæmō occul te ſe ingerit,& optata procurant,ut tādem ad peiora aliciat,unde ubi in foro cōtentioſo talis debet adiurare iux

ta ſecundum modum ſententiandi, ubi in foro conſcientiæ confeſſor debet carmina inſpicere,& ſi nolit omnino proijceret,debet tamen nomina ignota & caracteres delere,reliqua uero,ut euãgelica uerba,& ſignacula crucis permittere.Super quibus omnibus & præcipue ſuper maleficos ſagittarios notandum,quia ſupra tactum eſt,an ut manifeſte deprehenſi in hæretica prauitate iudicandi ſint,de qua materia etiam prius tactum eſt in prima quæſtione primæ partis.Et quidem quòd ſic patet ibidem, nã ut dicit Bernardus in glo.ordinaria in ca.abolendã.§.p ræſenti . & uerbi deprehenſi. tribus modis de iure,quis pro manifeſte depræhenſo in hæretica prauitate habetur,puta facti euidentia , ut in ſimplici hæreſi quando publicè prædicant hæreſim.ff.de ritu nup.palam.§.ulti. uel legitima probatione per teſtes,uel ex ſua confesſione. Et eiuſdem Bern.glo.in c.excommunicamus , 2.ſuper uerba deprehenſi publice , ita quod notorium ſic illis eſſet quia condemnati ſunt. Ad idem uidetur facere ſuper ca.ſuper quibuſdam extra de ueris ſignis , prout patuit in prima quæſtio. primæ partis huius operis. Ex quibus patet quod malefici ſagittarij ſimiliter,& alia arma incantantes, pro manifeſte depræhenſi in hæretica prauitate per aliquod pactum expreſſum cum dæmone initum propter manifeſta ipſorum opera,quæ non niſi diabolica uirtute fieri poſſunt habendi ſunt.Patet & ſecundo , quia eorum fautores,receptatores,& defenſores,ut manifeſte tales ꝑ talibus habendi ſunt,& pœnis præſcriptis manifeſte ſubiacere,ita quod non iam ſub dubio, aut tãquam ſuſpecti receptatores leui aut graui , uel uiolentia ſuſpitione iudicandi,prout plures alij exiſtere poſſunt, unde & ſemper grauiſſime contra fidem delinquunt,& ſemper mala morte à Deo percutiuntur. Nam ut fertur quidam princeps cum conſimiles foueret maleficos , & cum his quandam ciuitatem in certis negotijs indebite aggrauaret , dum hoc ſibi à quodam familiari obijceretur, ille omni timore Dei poſtpoſito , reſpondit: Det Deus quod in hoc loco moriar , ſi iniuſte à me illi aggrauentur , ad

quæ

quæ uerba ſubito diuina ultio ſubſecuta, ſubitanea mor te expirauit, reuera in uindictam non tam iniuſtæ aggra uationis, quantum & fautoriæ hæreſis. Patet & tertio quod prælati quicunque & rectores, ubi huiuſmodi flagitiis, & eorum auctoribus & fautoribus, iuxta omnē paſſibilitatem non reſiſtunt, etiam tanquam manifeſti fautores, & quod præſcriptis pœnis manifeſte ſubiacere debeant iudicantur.

MODVS TOLLENDI, ET *curandi maleficia.*

QVAESTIO SECVNDA, Principalis ſecundæ partis.

VTRVM licitum ſit maleficia per alia maleficia, uel per aliqua illicita tollere. Et arguitur quod nō, quia uti auxilio dæmonum non eſt licitum, ut ſupra patuit in 2. ſenten. diſt. octaua, à doctoribus communiter determinatur, quia uidelicet eſt apoſtaſia a fide, & quidem quod ſine auxilio dæmonum non poſsit diſſolui. Probatur, quia aut diſſoluitur humano artificio, aut diabolica, aut diuina potentia. Non primum, quia inferior poteſtas non poteſt infringere ſuperiorem, cum nihil agat ultra ſuam uirtutem, non etiam diuina, quia hoc eſſet opus miraculoſum, & cum illa Deus ad ſuum nutum operatur, & non ad inſtantiam hominum, ſic & Chriſtus matri petenti, miraculum de ſubuentione neceſſitatis uini, ut doctores exponūt, quod hoc miraculum conuerſionis deſiderabat Chriſtus. Reſpondit: Quid mihi & tibi mulier, ſcilicet commune, in opere miraculoſo? Apparet etiam quod rariſſimè liberantur quantumcunq; diuinum auxilium, & ſuffragia ſanctorum implorant, ergo non niſi auxilio dæmonum liberari

rari poſſunt, quod tamen non eſt licitum quærere. Præte rea hoc quod communiter tolleratur, in uſu practicatur, licet ſit illicitum, ſed hoc communiter practicatur quod tales maleficiati currunt ad mulierculas ſuperſtitioſas, à quibus ſæpiſsime liberantur, & non per ſacerdotes aut exorciſtas, ergo practica oſtendit quod auxilio dæmonũ maleficia tolluntur, cuius tamen auxilium quærere cum ſit illicitum, etiam non eſt licitum maleficia tollere, ſed patienter ſufferre. Præterea ſecundum Thomam & Bona uenturam, in 4. diſt. 34. de impedimento maleficiati, male ficium eſt ita perpetuum, quod non poteſt habere huma num remedium, quia ſi haberet remedium, nõ eſt homi ni notum uel licitum, in quibus uerbis dant intelligere, quod ſit quaſi infirmitas incurabilis, & ꝑpetue inhærẽs, unde ſubdunt, licet Deus præſtare poſsit remediũ dæmo nem cogendo, & dęmon deſiſtendo ille curaretur, tamen curatio non erit humana, ergo niſi Deus diſſoluerit, ꝑ ſe non eſt licitum eius diſſolutionem quòcunq; modo quę rere. Præterea in eadem diſt. & q. dicunt quod etiam per aliud maleficium adhibere remedium eſt illicitum, unde dicunt & ſi poſſet per aliud maleficium adhiberi reme- dium, nihilominus reputaretur perpetuum, licet amoue- retur maleficium, quia nullo modo eſt licitum per malefi cium inuocare dæmonis auxilium. Præterea exorciſmi eccleſiæ non ualent ad reprimendum dæmones ſemper, quo ad oẽs moleſtias corporales, hoc Dei iudicio exigẽ te, ſemper tamen ualent contra illas dæmonũ infeſtatio nes contra quas principaliter ſunt inſtitutæ, ſicut contra obſeſſos, uel circa pueros exorcizandos. Præterea non oportet quod ſi propter peccatũ diabolo ſit poteſtas in aliquẽ data, ceſſante peccato ceſſat poteſtas, quia interdũ ceſſante culpa, remanent peccata, ex quibus uerbis uidẽ tur præfati duo doctores ſentire, quod non ſit licitũ ma leficia tollere, ſed permittere illa, ſicut permittuntur do mino Deo, qui illa tollere poteſt ad ſuum placitũ. In cõ trarium eſt, quod ſicut Deus & natura nòn abundant in ſuperfluis, ita nõ deficiunt in neceſſariis, quare & neceſ

ſario

ſario fidelibus contra huiuſmodi inſultus dæmonũ ſunt data non ſolum remedia præſeruatiua, de quibus in principio hui us ſecundæ partis tactum eſt, uerũ etiam remedia curatiua cum alias non ſufficiẽter fidelib. à Deo pro uiſum eſſet, & opera diaboli uiderentur fortiora operibus Dei. Præterea gloſa ſuper illud Iob 61. Non eſt poteſtas ſuper terram, &c. dicit omnia humana ſuperat, & ſi meritis ſanctorum ſubiacet, unde & meritis ſanctorũ uirorũ in hac uita ſubiacẽt. Præterea Auguſtinus de morib. eccleſiæ, nõ eſt angelus cũ inhæremus Deo mente noſtra potentior, nam ſi poteſtas uirtus in hoc toto mundo, ſublimior eſt mens Deo inhærens, unde ex talib. diſſolui poſſunt opera diaboli. Reſpõſio. Hæ ſunt duæ ſolẽnes opiniones ſibi inuicem, ut uidetur contrariantes. Sunt enim quidã theologi & canoniſtæ inuicẽ concordãtes, quod licitum eſt maleficia tollere etiam per opera ſuperſtitioſa & uana. Et huius opinionis ſunt Scotus Hoſtien, & Goffre. & communiter omnes canoniſtæ. Aliorũ theologorum opinio & præcipue antiquorum, & quorũdam modernorum, ut Thomæ, Bonauenturę, Alberti, Petri de palude, & aliorum multorũ, quod nullo modo ſint facienda mala ut eueniant bona, & quod potius homo mori debet quam in talia conſentire, ut ſcilicet per opera ſuperſtitioſa & uana liberaretur, ſed quia unica diſtinctione poterunt eorũ dicta concordari, uidendæ ſunt priu s eorum ſententiæ, nam Scotus in ſuo 4. diſ. 34. de impedimento maleficiali ſiue de frigidis & maleficiatis, reputat fatuitatem aſſerere. quod etiam per uana & ſuperſtitioſa nõ debeant maleficia tolli, dicit enim nec in hoc eſt infidelitas aliqua, quia deſtruens non aſſentit operib. diaboli, ſed credit eum poſſe & uelle fatigare, dum durat tale ſignum, quia ex pacto nõ aſſiſtit ad hoc niſi dũ illud durat. Et ſic deſtructio illius ſigni, imponet finem tali uexationi, unde & dicit quod eſt meritorium opera diaboli delere, & quia loquitur de ſignis, ponamus exemplum. Sunt quædam mulieres quæ tali ſigno notant maleficas, ut ſi uacca ubertate lactis ex maleficio priuatur,

tur, tunc urceum lactis ſuper ignem appendunt, & certis uerbis ſuperſtitioſis inſiſtẽdo, urceum cum baculo percutiunt, & licet flaſculũ mulier percutiat, tamen omnia uerbera diabolus ad dorſum maleficæ defert, per quæ ſic diabolus cum malefica fatigatur, facit tamẽ illa diabolus ut percutientem catholicam ad peiora alliceat, unde periculoſum non exiſtit, alios non uideretur opinio tanti doctoris habere difficultatem, poſſunt & alia exempla adduci. Hoſtienſis ad idem in ſumma copioſa de frigidis & malefi. & ti. de impotentia communẽ in glo. ſuper ca. literæ. §. mulierem autem. dicit quod in hoc defectu recurrendũ eſt ad remedia medicorum. Et licet quædam remedia cõtra hæc ſcripta uana ſeu ſuperſtitioſa uideantur, tamen cuilibet auctori in ſua arte credendum eſt, ſed & ſatis tollerare poteſt eccleſia retundere uana uanis. Vbertinus denique in ſuo quarto præfata diſtinctione ijs utitur uerbis. Poſſunt maleficia aut per orationes, aut per artẽ per quam facta ſunt deſtrui. Ad idem Goffre. in ſumma ſuo eo. ti. ¶ Maleficium non poteſt ſolui ſemper per illũ qui fecit, uel quia eſt mortuus, uel quia neſcit delere ipſum, uel quia maleficium eſt perditum, ſi autem ſciretur, licitè poſſet ſoluere, & loquitur contra illos qui dicebant quod per maleficia non poſſet copulæ carnali præſtari impedimẽtum, eo quod nullum tale eſſet perpetuum, unde non dirimeret matrimoniũ iam contractum. Præterea illi qui fuerunt moti aſſerere quod nullum maleficium ſit perpetuum, mouebantur his rationibus, quia putabant omne maleficiũ poſſe moueri, uel per aliud maleficiũ, uel per exorciſmos eccleſiæ, qui ſunt ordinati ad reprimendum uim dœmonum, uel per ueram pœnitentiam, cum diabolus nõ habeat poteſtatẽ niſi ſuper peccatores. Vnde quo ad primũ cõcordabant cum opinione aliorũ ꝙ ad minus per ſuperſtitioſa poſſint tolli. Contrariæ autẽ opinionis eſt ſanctus Thomas in ſuo 4. præfata diſt. ſic inquientis: quod ſi maleficiũ non poſſit reuocari niſi per aliquid illicitum, ut per dæmonis auxilium, uel huius, & ſi ſciretur poſſe ſic reuocari, nihilominus perpetuũ iudicatur, quia

reme-

remedium nõ eſt licitum. Ad idem Bonauentura, Petrus, Albertus, & communiter omnes theologi, ubi cum breuiter tangunt dęmonis auxilium tacite uel expreſſe inuocandum, uidentur ſentire quod per nil aliud niſi per licitos exorciſmos, uel per ueram pœnitentiam ut in can. Si per ſortiarias allegatur, tangitur remoueri debeant, moti ut apparet rationibus in principio quæſtionis annotatis. Et quia tantos doctores in eorum dictis quantum poſſibile eſt expedit concordare, & hoc unica diſtinctione fieri poteſt. Ideo notandum, quod maleficium aut tollitur per alium maleficum ſimul, & per aliud maleficium; aut tollitur, non quidem per maleficum, ſed per maleficiales ritus & illicitos, & hoc iterum dupliciter, quia uel per illicitos & uanos ritus inſimul, uel per uanos & non illicitos. Primum remedium eſt omnino illicitum tam ex parte auctoris q̃ & ipſius remedii, ſed tñ quia fit dupliciter, quia aut cũ nocumẽto illius qui maleficiũ intulit, aut ſine nocumẽto, fit tñ ꝑ maleficiales ritus & illicitos, tunc cõprehenditur ſub ſecũdo mõ uidelicet ubi maleficiũ tollitur, nõ per maleficiũ aliũ, ſed per maleficiales ritus & illicitos, tũc iterũ illicitũ iudicatur, licet non tãtũ ſicut primũ. Vnde ſummariѐ dicere poſſumus ꝙ per tria & tribus modis remediũ redditur illicitum, quando. ſ. tollitur per maleficũ aliũ, & ꝑ maleficia alia, uidelicet uirtute dæmonis alicuius. Secundo, qñ non per maleficũ ſed honeſtam ꝑſonã tollitur, ſic tñ ꝙ ſuperſtitioſis remedijs maleficiũ quod uni perſonæ aufertur, alteri infertur, & hoc iterum illicitum. Tertio quãdo aufertur ſine eo quod alteri infertur, utitur tamen dæmonum inuocatione expreſſa uel tacita, tunc iterũ illicitũ, & ſecundum hos modos dicitur a theologicis ꝙ potius mors ſit præeligẽda, q̃ in talia cõ ſentire. Aliis uero duobus modis ultimis tollere maleficiũ põt eſſe uel licitũ, uel nõ uanũ, ſecundum canoniſtas, & quod tollerari poſſunt, ubi remedia eccleſiæ prius attentaſſent, ut ſunt exorciſmi eccleſiæ, ſuffragia ſanctorũ implorata, aut uera penitẽtia nihil effeciſſet, & ut clarior habeatur intellectus de ſingulis, ſunt aliqua geſta & acta

per nos reperta recitanda.Romæ tempore Nicolai Papæ epiſcopus quidam ex Alemaniæ patribus certa expediturus negotia aduenerat,cuius nomen occultare ordo charitatis poſtulat,licet iam uniuerſæ carnis debitum perſol uerit.Hic quandam iuuenculam adamando , & ipſam ad ſuam diocœſim deſtinare , cum duobus famulis ac rebus aliis,& clenodiis diſpoſuiſſet,iuuencula auiditate fœminea,ſuper clenodia quæ prætioſa erant decepta, modum excogitare cœpit,ut ea in itinere exiſtente,epiſcopus maleficiis interiret,iamq; habebat in ſua clenodia poſſeſſio ne,& ecce ſequenti nocte epiſcopus ſubito infirmabatur, & ne fortaſſis ueneno intoxicatus eſſet,à medicis percunctatur,& a famulis dolenter dubitatur, tam ingens enim calor inerat pectori,ut non niſi gargariſmis per aquã frigidam continuè haberet refocillari. Tertia igitur die cũ iam nulla ſpes uitę haberetur,uetula quædam ingreſſum ad epiſcopum inſtanter petiit,& quod cauſa ſuæ ſanitatis aduenifſet,aperuit.Ingreſſa igitur epiſcopum alloquitur, & ſanitatem promittit,dummodo ſuis acquieſcere ſuaſionibus uelit.Epiſcopus uero quidnam foret,cui acquieſcere pro recuperanda ſanitate q̃ ſumme affectabat, ubi inquirit,uetula reſpondit,Ecce hęc infirmitas maleficio uobis accidit,& non niſi per aliud maleficium liberari po teritis,ut uidelicet ipſa malefica quæ uobis intulit,moria tur,& eadem ueſtra infirmitate inficiatur. [Stupefactus epiſcopus & quod alio modo liberari non poſſet ubi per ſenſit, nil tamen temerè uolens agere,Papã cõſulere per ſupplicationem decreuit.At Pontifex cum eũ tenerrimè diligeret,& quod non niſi per mortem maleficę liberari poſſet,cũ didiciſſet,annuit, ut inter duo mala minus per mitteretur,& ſuper hoc ſupplicationem ſignauit , unde denuo uetula accerſita,& tam ipſe quam ſummus ponti fex in mortem maleficæ conſentirent,dummodo priſtinę ſanitati reſtitueretur diſſeruit,ſicq; quod uetula abſceſſit & quod ſequenti nocte liberaretur promiſit,& ecce circa medium noctis,ubi ſe ſanum & ab omni infirmitate libe ratum perſenſiſſet,nuntio miſſo quidnam de iuuẽcula foret,

ret,perſcutatur, & ecce aderat quæ ipſam circa mediam noctem in latere matris dormientem infirmatam fuiſſe ſubito affirmabat,qua in re dabatur intelligi quod eadē hora & momenti infirmitas epiſcopum relinquendo,maleficam iuuēculam per aliam maleficā uetulam inuaſit, & ſic ſpiritus malignus a læſione epiſcopi ceſſando,ipsū ſanitati per accidens reſtituere uidebatur, cū tamen proprię ſanitatem non immitebat,quā tamen occupare Deo permittente poterat,& propter pactum cum malefica altera initum,quæ fortunæ alterius inuidebat, ipſæ dæmō magiſtram iuuenulam inficere habebat, & bene æſtimati poteſt illa duo maleficia non per unum dæmonem duabus perſonis,ſed à duobus dæmonibus duabus maleficis ſeruientibus,fuiſſe inflicta,ne in iſto dæmones ſibi inuicem contrariantur,cum ſemper in perdtrionem animarū quàm ſummè,& concorditer affectant,ſingula operātur. Epiſcopus denique cum pietatis cauſa ipſam uiſitare proponeret,cameram ingrediens horribilibus maledictionibus ſuſceptus fuit,exclamando. Tu cum tua quę te talia docuit,& te liberauit,maledicamini in æternū,& epiſcopus emolire eius animum ad pęnitentiam , & quod oēm offenſam ei remiſiſſet ubi tentabat,illa uultum auertēdo clamabat.Exeas maledictæ,hic nulla ſpes ueniæ, ſed animam meam omnibus dæmonibus commendo,& miſerabiliter interiit,& epiſcopus cū gaudio ad propria remeauit.Vbi etiam notandum , quod quia priuilegium unius nō facit legem communem,ideo diſpenſatio Papæ in hoc caſu non arguit omnibus ſic licere.Ad idem refert Nider in ſuo formicario,dicit enim,Modus tollēdi maleficium aut ſe uindicandi in maleficio talis practicatur interdum modus.Venit enim aliquis læſus in ſe uel in ſuis, ad maleficam ſciſitans ſcire malefactorem , tūc malefica plumbū liquefactum aliquoties fundebat in aqua,,quouſq; opere dæmonis in plumbo imago aliqua uideretur.Qua uiſa malefica quęſiuit ab explorante,in qua parte uis lædi maleficum tuum,& in eodem uulnere eum agnoſcere?cuūq; explorato locum eligeret,ſtatim malefica in eadē parte

imaginis

imaginis quę in plumbo relucebat, fixuram uel uulnus per cultrum poſuit,& locum ubi reum inueniret indicauit,nomen tamen nullatenus manifeſtauit,ſed experientia teſte maleficus per omnia lędi reperiebatur;ſicut ſua imago plumbea demonſtrabat,hęc inquam remedia, & ſimilia iudicātur illicita,quamuis humana fragilitas ſub ſpe ueniæ cōſequendæ à Deo,ſæpius his inuoluitur, plus æſtuans pro ſanitate corporis quàm animæ. Secundū uero remedium,de ipſis maleficis maleficia diſſoluentes ſub expreſſo pacto cum dęmone inito,abſq; nocumēto perſonæ,& quidem de eis quid agendum ſit,& qualiter cognoſcuntur infra ſe in ſexdecimo modo ſententiandi patebit, hæ enim quamplures exiſtunt,& ſemper infra unum aut duo miliaria teutonicalia reperiūtur in quo ſpacio quicquid aliæ maleficæ lędunt,hoc illæ curare uidentur,quas etiam curationes aliquæ ſimpliciter quo ad omne tempus,aliquæ uero tantum a proxima angaria lęſos maleficiis curare ſe iactitant,aliquæ uero nō niſi in conſenſum maleficæ quæ maleficium intulit, curare poſſunt, & hæ notantur ſuper expreſſum pactum cum dæmone initum propter hoc quod occulta manifeſtare ſolēt illis qui cauſa ſanitatis recuperandæ ipſas accedunt,ipſis enim cauſas ſuæ calamitatis ſubito manifeſtant,dicentes, quod propter rixas cum uicina, uel alia muliere, aut uiro habitas, læſa fuerit in ſe uel in ſuis attinentibus, quæ etiā ad hoc cultādum ſua flagitia interdum peregrinationes uel alia pietatis opera iniungunt,quas quidem accederet pro recuperanda ſanitate,tanto pernitioſus exiſtit,quanto prę illis qui ſolum per pactum tacitum uidentur in contumeliam fidei amplius delinquunt. Hi enim dum ex una parte ſanitatem corporalem Deo præponūt,ex altera parte ſibiipſis in uindictam criminis uitam Deo percutiēte abbreuiant.ſic enim in Saul diuina ſæuit ultio, cum primo magos & ariolos abſtuliſſet de terra,poſtea cōſuluit, unde & in bello occiſus cum filiis fuit,primo Reg.28.& culpa tangitur,primo Paralip.10. propter hoc etiam Ochoſias infirmus mori habuit.4.Reg.1,tales etiā uiſitatores

male-

maleficarum infames,unde nec ad accuſationem d ebent admitti,ſecundo quæſtionum,octauo. Quiſquis nec,&c. Item tales ſecundum leges debent pœna capitis plecti,ut in prima quæſtione operis tactum eſt. Sed heu Domine Deus cũ omnia iudicia tua iuſta ſunt, quis liberabit pau peres maleficiatos, & in continuis doloribus eiulantes. peccatis noſtris exigentibus, inimicus nimis præualuit, ubi ſunt qui licitis exorciſmis illa opera diaboli diſſoluere ualeant? Hoc unicum ergo ſupereſſe uidetur remedium,ut Iudices,eorum inſultus ad minus refrenant, uariis pœnis, auctrices maleficas caſtigando, unde & infirmis facultas uiſitandi maleficas imputabitur, ſed heu nemo percipit corde, omnes quæ ſua, non quæ Ieſu Chriſti ſunt quærentes. Illa enim malefica in Richshoffen,de qua ſupra mentio facta eſt, adeo aſsiduis frequentabatur pro recuperanda, uidelicet ſanitate maleficiatis, quod Comes caſtri Thelonei lucrum habere uoluit,ita quod quilibet maleficiatus in ſe, uel in ſibi attinentibus,denarium unum in introitu portæ ſoluere habebat. Vnde & magnum exinde ſe habuiſſe prouentum aſſeruit,teſte etiam experientia didicimus plurimas tales maleficas per diœceſim Conſtantienſem exiſtere, non quod ipſa præ aliis dioceſibus ſit infecta, cum hoc genus infidię ſerpit per omnes dioceſes, & heu totũ mũdum infeciſſe uidetur,ſed quia ipſa diocœſis amplius elaborata fuit,& quidam Hengſt nomine repertus qui maiorem concurſum & quotidianum a maleficiatis pauperculis habere cernitur,quẽ etiam cõcurſum ſic oculis noſtris perſpeximus in uilla quadam Eningẽn,ꝙ ſine dubio ad quæcunque loca beatiſſimæ uirginis,ſiue Aquiſgrani ſiue ad hæremitas tantus pauperum concurſus nõ exiſtit ſic ad eundem ſuperſtitioſum hominem,nam hyemali & frigidiſſimo tempore dum pro abundãtia niuium omnis uia regia & publica obſtruitur,adhuc a circuniacentibus terris ad duo uel tria milliaria,cum magnis hominũ fatigationibus frequentatur, quibuſdam remedia percipiẽtibus,aliis uero minime, ut reor ꝙ nõ æque omnia ma-

leficia diſſolui propter uaria ut ſupra tactum eſt obſtacula poſſunt,& hi quidem ſub expreſſa dæmonum inuocatione maleficia diſſoluentes quo ad ſecundum remediũ illicitum,non tamen ſicut primum. Tertium uero remedium quod quibuſdam cæremoniis ſuperſtitioſis practicatur; non tamen in nocumentum alicuius perſonæ aut per manifeſtos maleficos agitatur experientia teſte, per hunc modum. IN ciuitate Spirenſi mercator quidam forenſis hunc caſum ſibi accidiſſe propoſuit. In partibus inquit,Sueuiæ,in caſtro quodam nobilium me degente,quadam die dum peracto prandio, aſſociatus duobus domicellis, ſolatii cauſa ſuper pratum incederem, quædam mulier obuiando dum à remotis adhuc incederet, & a duobus domicellis agnita fuiſſet, unus eorum ad me hæc uerba protulit,munias a te ſigno crucis,& ſimiliter ad idem alius ab alio latere hortabatur. At ego cauſam huius timoris inquirens,reſponderunt. En peior malefica totius prouinciæ iam nobis obuiam dat,ipſa enim ſolo uiſu maleficare homines nouit. Tunc ego ſtomachando & nunquam tales timuiſſe me iactitabam ecce uix uerba compleui,& me grauiter in pede ſiniſtro læſum perſenſi,ita ut ſine graui dolore de loco figere pedem non potui aut greſſum,unde & alii concito è caſtro per nuntium mihi equum deſtinandum ad illud reducunt,doloribus autem per triduum augmentatis. Præfatæ incolæ intelligentes maleficio me infectum, quendam ruſticum ad ſpacium unius miliaris accedunt, & caſum proponunt,quem nouerant per artem quandam maleficia tollere,qui cũ cito ueniens,& pedem proſpiciens, ſi,inquit,ex uobis contigit,aut naturale defectu, experimentum capiam,& ſiquidem ex maleficio accidit, cum Dei adiutorio curabo, ſin autem remediis naturalibus opus erit inſiſtere. At ego. Si abſque ſuperſtitione & cum adiutorio curari potero,libens acceptabo,quoniam cum dæmone nihil commune habere uolo,nec eius adiutorio affecto,ad idem & ipſe uillanus reſpondit, ſe non uelle niſi licita remedia,& cum Dei adiutorio adhibere & cu

rare,dummodo experientia didiciſſet hoc per maleficiũ mihi contigiſſe,ad quæ duo aſſenſi, ille plumbum ut ſupra de alia maleficia tactum eſt, liquefactum in cocleari ferro ſupra pedem tenuit,& in ſcutella aqua plenam fudit,& ſubito diuerſarum rerum ſpecies proruperunt , ac ſi ſpinæ uel pili,aut oſſa & ſimilia fuiſſent intromiſſa. Iam,inquit,uideo quod infirmitas hæc non ex naturali defectu,ſed maleficio uobis contigit. At ego quomodo talia ex plumbo liquefacto ſcire poſſet dum inquirerem.Ecce,inquit,ſeptem ſunt metalla ex ſeptem planetis,& quia Saturnus dominatur plumbo, eius proprietas eſt,ut ſi plumbum ſuper maleficium aliquod fuſum fuerit,per ſuum influxum maleficium demonſtrabit , & bene inquit actum eſt , ut cito remedium adhibeatur , quod tot diebus uos uiſitare habeo , quot ſub maleficio ſtetiſtis,& interroganti quot dies elapſi fuiſſent, iam triduo faſſus ſum,unde & ipſe ſingulis diebus per triduum me uiſitando,& pedem inſpiciendo ſolum & tangendo, & cuncta uerba penes ſe ruminando, integræ ſanitati fugato maleficio me reſtituit. Hic certe modus actorem non monſtrat maleficum , ſed modum ſuperſtitioſum. in eo enim quod Dei adiutorio & non opere diaboli ſanitatẽ promiſit,& hoc quod Saturni influxum ſuper plũbum tanquam ex eius dominio cauſatum allegauit,irreprehenſibilis extitit,& potius commendandus fuit. Sed qua uirtute maleficium fugatur,& ſpecies rerum in plũbo cauſauit,ſibi dubio relinquitur , nam cum maleficiũ nulla uirtute naturali poſſit amoueri , licet mitigari ualeat,ut inferius de obſeſſorum remediis patebit , potius uidetur quod per aliquod pactum , ad minus tacitum , cum dæmone initum hoc practicauerit,& dicitur hoc pactum tacitum,quando ad minus auctor tacitè in aſſiſtentiam diaboli conſentit, per quem modum innumera ſuperſtitioſa opera practicantur , licet differenter quo ad diuinam offenſam , cũ in uno opere maior ſit creatoris offenſa quàm in altero.In eo enim quod de ſanitate procuranda certus fuit,& in eo quod tot diebus quot ſub in

firmitate extiterat, ipſum uiſitare habuit, nec aliquibus medicaminibus naturalibus uſus fuit, & tamen iuxta præmiſſa ægrotum ſanitati reſtituit, non tam ſuſpectus, quàm ut manifeſte deprehenſus, ad minus licet non ſuper expreſſum initum cum dæmone pactum, tamen iudicatur, & tanquam pro conuicto haberi, & pęnis ad minus in ſecundo modo ſententiandi infra contentis, ſed puniri debet cum adiuratione ſolenni, niſi leges quæ in contrarium ſentire uidentur ipſum ſuſtentarent, in quo caſu qui ordinarium ſit faciendum in ſolutione argumentorum patebit poſtea. Quartum uero remedium tollerandum, & de quo canoniſtæ ad minus intendunt cum certis theologis, dicitur uanum tantum & præciſa puta, quia ſolum ſuperſtitioſum, & non ſub aliquo pacto expreſſo, uel tacito, ex intentione & propoſito practicantis operatum & d eo ad minus quia fortaſſis ſi uelint etiam tertiũ remedium huic quarto adiungere, potius uidentur nobis eorum aſſertioni cedere quàm contentionibus deſeruire & hoc quidem remedium uanum ſuperius exemplificatum de mulieribus quæ urceolum ſuper ignem poſitum percutiunt in finem, ut erat malefica quæ uaccam uerbe rante lactes priuauit, licet fortaſſis talia in nomine diaboli facere habebant, aut fortaſsis ſine eius expreſſione. Ad idem poſſunt & alia earum geſta adduci, nam interdum ubi uaccas huiuſmodi læſas ad paſcua emittere uolunt, explorare etiam ipſam maleficam, nituntur tũc bracam uiri, uel aliud immundum ſuper caput, aut deorſum uaccæ, & hoc potius feſtiuis diebus & ſacratiorib. ipſam uaccam cum baculo fortaſſis iterum ſub tali, ut ſupra expreſſione percutiendo expellunt, & tunc uacca recto tramite ad domum maleficæ properat, & cornua in eius oſtium uibrat cum magno euilatu, continuè pulſando, & hæc utiq; diabolus in uacca operatur tã diu quo per alia maleficio ſedebatur. Reuera & ſecundum præfatos doctores alias ſint tollerãda, non tamen meritoria, ut quidam aſſerere conantur exiſtunt, cum enim iuxta apoſtolum omnia, q̃ in uerbo aut opere facimus, in nomine Domi-

ni

ni noſtri Ieſu Chriſti facere præcipimur, licet ibi non ſit expreſſa dæmonis inuocatio, & tamen eius nominis expreſſio,& iterum licet ibi non ſit intentio per actum aliquod tacitũ uel expreſſum talia facere, quia fortaſſis dicet uolo hoc facere,ſiue diabolus intromittat ſe,ſiue nõ ipſa temeritas qua diuinum timorẽ poſtponit, Deum offendit,unde & diabolo poteſtatem talia faciendi permittit,inducendi ergo tales ſunt ad pœnitentiam, & hortandi ut potius deſiſtant,& ad remedia infra ſcripta,ut ſuperius etiam in parte tacta,per uſum uidelicet aquæ benedictæ & ſalis exorcizatę,&c.recurrant.Simili modo iudicãdum de illis quibus dum aliquod iumẽtum maleficio interimunt,& explorare maleficum aut etiã ſi naturali defectu uel maleficio ſit interemptum,ubinituntur ad loca ubi cadauera beſtiarum exorcitantur properant, & inteſtina cadaueris ſuper terram trahendo uſque ad domũ deferunt,non autem intro domum per oſtium ſuper,ſed ſub limine domus ad coquinam trahunt,& igne facto ſuper cratem inteſtina ponunt,& tũc ut ex relatu talia practicatum ſæpiſſimè informati ſumus ſicut inteſtinæ calefiunt & ardent,ita inteſtinæ maleficæ calore & dolorib. crucientur aduertunt, ergo illi exploratores ut oſtiũ domus optime ſit obſtruſum,eo quod prę doloribus malefica ad introitum habebit carbonem de igne auferre ,& tunc omnis cruciatus effugatur,repertum deniq; ſæpius nouimus ubi introitum habere non poterant, ex tunc dẽſiſſimis tenebris domum intus & extra uallabat,cum cõmotione tã horribili & ſtrepitu,ut ex ruina domus omnes ſe tandem interimere putarent , niſi oſtium aperiretur. Ad idem etiam certe experimenta reducuntur,nam certi uolentes multitudine mulierum in eccleſia exiſtentium experiri maleficas,quæ etiam ſine eorum conſenſu eccleſiam diuinis peractis exire non ualeant, tali experimento inſiſtunt. Nam die dominica ſolutaria iuuenum ſungia ſeu pinguedine porci,ut moris eſt,pro reſtauratione fieri perungunt,& ſic ubi eccleſiam intrant,tandiu maleficæ exire eccleſiam non poterunt,quo ad uſq; explora

tores aut exeunt, aut illis licentiam ſub expreſſione ut ſu pra exeundi concedant. Simile fit etiam per certa uerba quæ annotare non expedit, ne quis per diabolum ſeducatur. Nam nec iudices aut præſidentes his infallibilem fidem aut opinionem accommodare debent, niſi talis perſona alias plurimum eſſet diffamata, cum ſub tali prætextu ille mille artifex etiam innoxias infamare poſſet. Vnde potius auertendi ſunt homines à talibus experimentis, & ſalutares pœnitentiæ iniungendæ, licet interdum tollerantur. Per hoc patet reſponſio ad argumenta quę concludunt maleficia non eſſe tollenda, quia primis duobus modis omnino illicitum eſt tollere tertium remedium ſecundum leges, & ſi tolleratur tamen non paruam ſuper eccleſiaſticus Iudex debet habere aduertentiam. Nam quod leges uidentur tollerare, patet. C. de maleficis: l. eorum, ubi ſic habetur. Alii autem qui faciunt id ne labores hominum uentorum grandiniſque lapidatione ſternuntur, non pœna, ſed præmio digni ſunt. Et Antonius in ſumma de legibus in quib. ius canonicũ & ciuile diſcrepant, hoc idem allegat, ex quo uidetur quod concedunt leges pro conſeruatione frugum & iumentorum, & in omnem euentum poſſe certos homines talia practicantes nõ ſolũ tollerare, ſed & pręmiare. Erit ergo eccleſiaſtici Iudicis eis aduertere, ſi tãmodo iuxta mentem legis contra grandines, & aeris temperiem modis congruis, ut inferius patebit, aut etiam quibuſdam ſuperſtitioſis procedit, & tunc dum inde nullum ſequitur fidei ſcandalũ etiam tollerare, ſed reuera hoc nõ erit iuxta tertium ſed quartum modum & quintum de quo cõſequẽter tractãdum erit eccleſiaſticis & licitis remediis, inſerendo interdum de ſuperſtitioſis ad quartum modum pertinentibus, & hoc per capitula ſequentia.

Remedium eccleſiaſticum contra incubos,& ſuccubos dæmones.

CAP. I.

QVIA uero in præcedentibus capitulis primæ quæſtionis ſuper modos maleficandi homines, iumenta & terræ fruges tacta ſunt, ante omnia ea quæ ipſæ maleficæ erga proprias perſonas practicant, qualiter uidelicet innoxias iuuenculas in augmētum ſuæ perfidiæ alliciunt, qualis etiam modus ſit profitendi earum,& omagii præſtandi, qualiter etiam infantes proprios aut alienos dęmonib. offerūt, & quomodo localiter transferantur. Hęc inquam & ſimilia remediare quia non eſt poſsibile, niſi ut per ſuos Iudices de medio tollantur, aut ad minus in exemplum omnium futurorum puniantur, ideo de huiuſmodi remediis nō ad præſens, ſed in ultima parte operis, ubi uiginti modi procedēdi & ſententiandi contra ſuper maleficarum perſonas deducentur tractabitur. Ad præſens tantum ſuper remedia contra earum maleficiales effectus tendere oportet, & primo qualiter homines maleficiati remediantur, demū qualiter beſtiæ, & ultimo qualiter fruges terrę conſeruātur. De hominibus uero maleficiatis quo ad incubos dæmones uel ſuccubos, quia ſunt in triplici genere, ſed earum quæ ſe uoluntariè dæmonibus incubis ſubiiciunt, ut ſunt maleficę, quia de ſuccubis quo ad uiros nō ita uoluntarie practicatio reperitur, cum ex naturale uigore rationis quo uiri mulieribus præminent, talia plus abhorrent, eſt & eorū qui à maleficis cum incubis aut ſuccubis contra eorum uoluntatem inuoluuntur, & eſt tertiū genus ad hoc pręcipuè uirginū quarundā quę contra earū omnino uoluntatem ab incubis dęmonibus moleſtantur de quibus etiam ſæpe pręſumitur quod à maleficis ſic maleficiantur, puta quia dęmones ad inſtantiam maleficarū ſicut ſępiſsime alias infirmitates immittere ſolent, ita &

incubos illis perſonis ſe facere habēt,ut uel ſic eos ad ſuā perfidiam allicere ualeant,demus exempla. Eſt in ciuitate Confluentiæ pauper quidā ſic maleficiatus,quod in præſentia uxoris omnem actū uenereum prout uiri cum mulieribus agere ſolēt,etiam repetitis uiribus per ſe exercet, nec ab illis ad inſtantiam & eiulatum mulieris auerti poteſt,quia uno aut tribus actibus expletis uerba replicat, uolumus iterum de nouo inchoare,cum tamen nulla perſona corporali uiſu cernatur ei ſuccumbere, fitq; ut poſt diutinas huiuſmodi uexationes pauper ille colliſus in terram omnibus uiribus deſtituitur,& dum poſt aliquarum uirium recuperationem interrogatur quomodo & qualiter iſta ſibi contingant, & an ne perſonam ſuccūbantē habuerit. Reſpondere ſolet ſe nihil uidere, ſed ita mente captiuatum ut omnino abſtinere non ualeat, & quidem ſuper hoc maleficium mulier quædā plurimum habetur ſuſpecta quod ei intulerit,eo ꝙ illi pauperi minata fuerit per uerba contumelioſa,quod ipſum propter diſplicētiam ſibi factam expedire uellet, ſed leges & executores iuſtitiæ nō adſunt qui ſaltem ſuper diffamiam & grauē ſuſpitionem,in uindictam tanti criminis procederent putantes neminem debere condemnari,niſi qui confeſſione propria,aut trium teſtium productione legitima conuincatur,quaſi indicia facti, aut euidentia ſuper graues aut uiolentas ſuſpitiones nullas mereantur pœnas de quibus tamen modis ſententiandi inferius ut præmiſſum eſt patebit. De ſecundo uero genere quo puellę ab incubis dæmonibus moleſtantur,etiam noſtris temporibus, refert nimis longum foret,cum hiſtorię certæ de ſimilibus exiſtunt refertæ. Sed cum quāta difficultate talia remediare poſſint patere poteſt ex iis quæ Tho. Brabantinus circa finem operis ſui de apibus,de quadā in hunc modū refert, Vidi,inquit,& ex confeſſione audiui uirginem quandam in religioſo habitu quę primo dixit ſe nunquam in concubitū conſenſiſſe,per hoc tamen dat intelligere ſe cognitam fuiſſe,at ego non credēs artaui eam rationibus & duris cōminationibus,ſub periculo animæ ſuæ tandem cū

lacrymis

lacrymis confeſſa eſt,ſe prius corruptam mẽte quàm cor pore,& cum pòſtea doleret quaſi ad mortem,cõfiteretur omni die cum lachrymis non potuit tamen ingenio, ſtudio,uel arte ab incubo dæmone liberari,nec ſigno crucis nec aqua benedicta,quæ tamen ſpecialiter ad fugandos dæmones ordinantur nec etiam ſacramento Chriſti cor poris,ipſis quoq; angelis terrifico,donec poſt plures annos oratione & ieiunio piè Lucardis fugaretur. Et eſt credibile(ſaluo meliori iudicio)quod poſtquam de peccato ſuo dolens confitebatur, potius eis concubitus dæmoñis pœna culpæ quàm culpa fuit. Hæc etiam cum in uigilia Pentecoſten quærularetur apud Chriſtinã in ualle Duciſſę brabantiæ, monialem deuotam quę mihi hoc retulit,quod nõ auderet communicare propter dæmonis importunam uexationem,compatiens dixi ei Chriſtina, Vade quieſce ſecura,communicatura cras Dominico cor pori, in me enim recipiam pœnam tuam. Recedens illa gaudens dormit in pace, ad orationem de nocte, ſurgit mane cum omni trãquilitate ſacramenta ſuſcepit. Chriſtina autem ſuſceptam in ſe pęnam non ponderans ueſpere quieti ſe dans, audit in ſtatu ſuo quaſi procellã commouentem ſe,& inquietius agitantem,nec ſuſpicans dæmonem,arrepto colo fugare nititur quicquid eſſet,de cumbit iterum,ſed pauida uexata ſurrexit, & hoc pluries tandem ſenſit,& uidit euerſis fere ſtraminibus quod dę monis nequitia uexaretur,Dimiſſo ergo lecto noctem du cit in ſomnem,& orare uolens dæmonis cruciabatur inſultu,& ut dixit,nunquam talia paſſa fuerat. Vnde prædictæ mulieri mane,Renuntio,inquit,renuntio pęnæ tuę uix ſiue uitæ diſcrimine, uiolentiam tentatoris peſſimi quaſi.Qua ex te perpenditur difficile eſſe huiuſmodi remediare ſiue maleficio ſiue abſque eo contingat.Sunt tamen adhuc aliqua per quę fortaſſis ipſi dæmones fugantur,de quibus & Nider in ſuo formicario. Licet enim ut ibi fertur quinque modis ualeant puellę & uiri liberari, uidelicet per ſacramentalem confeſsionem, & ſanctam exercitationem in crucis conſignatione,uel angelica ſalu

tatione

tatione,tertio per exorciſmorum applicationem,quarto per certi loci mutationem,& per cautam ſanctorum excommunicationẽ,& ex pręmiſſis patuit quod prima duo moniali non profuerunt,non tamen propterea obmittẽda ſunt,quod enim uni eſt remedium non propter hoc ſequitur quod & alteri,ita ecõuerſo.Nam & incubos ſępe per orationẽ dominicam,aut aquæ aſperſionem,uel etiã per angelicam ſalutationem fuiſſe repulſos hiſtoriæ tradunt.Refert enim Cæſarius in dialogo ſuo,quod ſacerdos quidam poſtquam ſe ſuſpenderet eius concubina monaſterium intrauit,& per incubũ ad luxuriam procata eſt, quem tamen per crucis conſignationem repulit,& per aquę benedictæ aſperſionem,licet ſtatim poſtea rediit. Quando autem angelicam ſalutationem dicebat, longe uelut ſagitta diſparuit & receſſit, ſed interdum rediit, licet prope ea accedere non auderet.Item de tertio,uidelicet per ſacramentalem confeſſionẽ,patet per eundẽ Cęſarium qui dicit quod concubina antedicta cum iam cõfeſſa eſſet pure,in toto de relicta eſt ab incubo.Refert idẽ quod quidam uir in Leodio paſſus incubum confeſſione ſacramentali finita totaliter liberatus eſt. Ponit inſuper exemplũ de quadam incluſa, quã incubus nec oratione, nec confeſſione,nec propter aliud ſpirituale exercitiũ reliquit quin eius lectum aſcenderet,ſed cum ad informationem cuiuſdã uiri religioſi diceret, benedicite,ſtatim eam dæmõ reliquit.De quarto uidelicet loci mutatione dicit,qui prius quod filia cuiuſdam ſacerdotis ſtuprata ꝑ incubum,& facta ex dolore frenetica,trans Rhenumq́; elongata,ab incubo dimiſſa eſt,ſed pater eius quia à loco filiã diſpoſuerat, à dęmone percuſſus eſt adeo ut moreretur in triduo. Fit & mentio de quadam quæ per incubũ crebro in lecto uexata proprio,cũ ſociam deuotam petiit ut loco uexatæ iaceret,quod cũ feciſſet, tota nocte quaſdã inquietudines grauiſſimas ſenſit,& prior tunc quieta fuit.Notatur etiã a Guilhelmo quod incubi plus uexare uidẽtur mulieres & puellas pulchros crines habẽtes,ideo quia aut curæ aut ornatui crinium incubunt huiuſmodi,

aut

aut quia per crines uiros inflammare cupiunt uel cōſueuerunt,aut quia in eis inaniter gloriãtur,aut quia diuina bonitas hoc ꝑmittit,ut terreãtur mulieres uiros inflammare per ea quæ etiam dæmones inflãmari uiros uolũt. De quinto,de excommunicatione quæ fortaſſis aliquando eadem eſt exorcizationi patet in legẽda ſancti Bernardi.In Aquitania ſi quidem mulier ab incubo ſex annis incredibili abuſu libidinis uexata,audiuit ſibi incubũ ne ad uirum ſanctum qui uenturus erat appropinquaret minantem.Nihil,inquit,tibi proficiet,ſed eo recedente tuus crudeliſſimus ero perſequutor,qui hactenus tuus amator extiti.Quæ cum uirum ſanctum Bernardum inuocaret,reſpondit,Tolle meũ baculum,& lecto tuo infige,& faciat malignus quod poteſt.Hoc cum feciſſet, dæmon camerã fœminæ nõ eſt auſus intrare,ſed foris minabatur atrociſſime,ſe eam uelle perſequi,Bernardo recedente.Quo per fœminam audito,cõuocat populum beatus Bern.omnes iubet accenſas candelas geſtare in manibus,& dæmonem cum uniuerſo qui aderat cœtu excõmunicauit,ac ne ad illam uel aliam deinceps acceſſum habeat,interdixit,& ita ab illa pœna liberata eſt. Verum hic notãdũ ꝙ poteſtas clauium conceſſa Petro & ſuis ſucceſſoribus,quia ſonat ſuper terrã & tantũ pro uiatorib. hęc iuriſdictionis poteſtas ſit,in remedium eccleſię conceſſa,mirũ uidetur,ꝙ & aereæ poteſtates hac iuriſdictione ualeant arceri. Sed dici poteſt ꝙ quia perſonæ quæ à dæmonib⁹ moleſtãtur ſunt ſub iuriſdictione Papę & clauium , non mirũ ſi per indirectum huiuſmodi poteſtates uigore clauium arceãtur,ſicut etiam indirecta animas poteſtate clauium à pœnis purgatorii ignis abſoluere poteſt,non obſtante ꝙ poteſtas illa ſonat ſuper terrã,& animæ ſunt ſub terra. De poteſtate ẽt clauiũ cõceſſa capiti eccleſiæ.ſ.uicario Chriſti,non eſt tutum diſputare,cum notum ſit quod tãta poteſtas ſit à Chriſto eccleſiæ & eius uicario cõceſſa,quãta puro homini concedi à Deo potuit,& hoc in utilitatem eccleſiæ.Piè etiam æſtimari põt ꝙ ſi ægritudines a maleficis uirtute dæmonũ inflictæ excõmunicarentur cũ ipſis

male-

maleficis auctoribus,& dæmonibus,non adeo in ipſos in firmos ſæuirent,& ꝙ citius liberarentur adhibitis ſuper hoc & aliis exorciſmis licitis. IN PARTIBVS deniq; A thiſis uulgaris eſt narratio ſimul & aliis in locis, ꝙ dū di uina permiſſione locuſtę uolātes cū ingenti multitudine uinetas,frontes,ſegetes,& cuncta uirentia eradicarēt,huiuſmodi excōmunicatione & maledictione fugatæ,& ſu bito intereptæ fuerunt.Quod ſi ſancti uiri quis aſcribere uelit,& non uirtuti clauium,ſit in nomine dn̄i,unum pro certo habemus,ꝙ nec uirtus miraculorū,nec poteſtas cla uium gratiā gratū facientem de neceſſitate pręſupponūt cum utrunq; ex gratia gratis data procedat.Eſt & iterum notandum, quod ubi nullum prædictorum remediorum iuuat,quod tūc ad exorciſmos licitos ſit recurrēdum,de quibus inferius patebit,quia etſi hi ad fugādum dæmo nis nequitiam non ſufficient,tunc reuera talis uexatio dęmo nis eſt pęna pro peccatis ſatisfactoria,ſi prout oportet ſu ſtineatur in charitate, ſicut & alia mala huiuſmodi quæ nos ſic præmunt,ut ad Deum ire compellant. Verum ēt ad uertendum quod interdum aliquę in ueritate per incu bu m non uexantur,ſed tantummodo ita ſe uexari putāt, & hoc quod mulieribus præcipue & non uiris,cum alias ſint timidæ, & mirabilium formarum in imaginatione ſuſceptiuæ. Vnde & Guihelmus ſæpe allegatus. Multæ inquit,de apparitionibus fantaſticis,ex morbo melanco lico in multis fiunt & in mulieribus maxime ſicut appa-ret de ui ſionibus & reuelationibus. Et cauſa in hoc eſt, ut norunt medici ipſa,nam muliebrium animarum eo ꝙ lōge faciliaris & lenioris impreſsionis ſunt quàm animę uiriles,& ſubdit ibidem, Scio me uidiſſe mulierem quæ credebat ſe agnoſci ab ītus a diabolo,& talia incredibilia ſe ſentire dicebat.Nunquam etiam impregnatæ ſibi uidē tur mulieres ab incubis,& intumeſcunt uehementer uen tres.earum,& cum partus tempus aduenerit,ſola emiſsio ne multe uentoſitatis detumeſcunt.Nam de ouis formi-carum in potu ſumptis,incredibilem uentoſitatem & tu multum in uentre generant hominis,Similiter de granis

catapuciæ

catapuciæ,& de granis arboris quæ dicitur nigra pinus, conſimilia in uentre fiunt facillimum eſt autem dæmoni ſimilia & maiora in uentribus hominum procurare.Hæc addita ſunt,ut non facillime quis mulierculis fidem adhibeat,ſed illis duntaxat ſuper quibus experimenta fidem fecerunt,ut de illis qui didicerunt in propriis lectis, uel alio modo condormientibus per experientiam talia uera eſſe.

Remedia pro illis qui circa uim generatiuam maleficiuntur.

CAP. II.

LICET mulieres in maiori numero ſint maleficæ quàm uiri,ut in prima parte operis oſtenſum eſt,tamen uiri plus maleficiuntur.& huius ratio eſt,quia cum Deus pius permittit ſuper actum uenereum,per quē primum peccatum diffunditur, quam ſuper alios actus humanos,ſicut & per ſerpētes quæ magis incantationibus deſeruiunt quam alia animalia,eo quod diaboli primum inſtrumentum, & cum actus ille uenereus plus & faciliori modo poteſt maleficiari in uiro q̃ in muliere,ideo & quidē patet quod tactum eſt, nā cum quinque modis dæmon in generatiuam potētiam poteſt agere, & illi modi citius procurantur in uiris. Remedia adhibenda ſuper unumquenq; modum iuxta poſſibilitatem ſunt deducenda,& ille, qui uitiatus eſt in tali potentia,attendat ſub quo modo ſuũ maleficium contineatur. Sunt autē quinque modi iuxta Petrum de Palude in ſuo 4.diſt.34.in proceſſu huius maleficii.Nam dæmō ex hoc quod eſt ſpiritus,habet poteſtatem ſuper creaturam corporalem,Deo permittente,& ex conditione naturę ſuæ, præcipuè ad motum localem,ut illum prohibeat, uel ut promoueat.Vnde per hanc poteſtatem poſſunt corpora

uiri & mulieris impedire, ne ſibi appropinquant, & hoc directe uel indirectè. Directe quãdo unum elongaret ab altero, uel non ſineret ad alterum appropinquare. Indirecte, quando aliquod impedimentum procuraret, uel quã do ſe interponeret in corpore aſſumpto, ſicut cuidam iu ueni pagano acciderat, qui idolum deſponſauerat, & nihilominus contraxerat cum quadam iuuencula, nec pro pter hoc poterat eã cognoſcere, ut ſupra patuit. Secũdo modo ubi hominem inflammaret erga unam, & refrigeraret erga aliã, & hoc poſſet occulte procurare per applicationem quandam herbarum aut aliarum rerum quas optime nouit ad hoc ualidas. Tertio modo ubi æſtimationẽ uiri aut mulieris turbaret, qua redderet unã perſonam alteri exoſam, quia ut ſupra patuit in prima parte operis, poteſt in imaginationẽ imprimere. Quarto modo reprimendo uigorem membri qui ad fructificationẽ neceſſario requiritur, ſicut & motum localem cuiuſcunque organi reprimere poteſt. Quinto prohibendo miſſionem ſpirituum ad membra in quibus eſt uirtus motiua, quaſi intercludẽdo uias ſeminis, ne ad uaſa generationis deſcẽdat, uel ne ab illis uiis recedat, uel ne excidatur, uel emittatur. Quod ſi quis dicat, neſcio ſub quo modo maleficiũ mihi illatum contineatur, unũ ſcio quod generatiua potentia erga uxorem meam careo. RESPONDERI põt ſi potens eſt ad alias mulieres, nõ autẽ ad propriam, tũc ſub ſecũdo modo, quia de primo modo certificaretur ſuccubum dæmonem, id eſt, quod per dæmones incubos & ſuccubos deluderetur. Item ſi uxorem nõ habet exoſam & tamen non poteſt ipſam agnoſcere ſed bene alias, tũc iterum manet ſub ſecũdo modo, ſi autem habet exoſam, & non poteſt agnoſcere tunc ſub ſecundo & tertio modo cõtinetur. Item ſi nõ habet exoſam, uellet aũt cognoſcere, ſed nõ habet uigorem membri, tũc ſub quarto modo. Si uero habet uigorem mẽbri, ſed nõ haberet exciſionẽ ſeminis, tunc ſub quinto modo. Modus ergo curãdi patebit, ubi declaratur ſi æqualiter in charitate & extra charitatem exiſtẽtes his maleficiati ualeant, & quidẽ quod

non

non dempto quarto modo,qui tamē rariſſimè, accidere enim poteſt qui in gratia & charitate exiſtit, ſic declaratur,tamē lectori præſupponitur quod loquimur de actu coniugali inter matrimonialiter coniūctos,quia aliasimplicaretur,cum omnis actus uenereus extra matrimoniū eſt peccatum mortale,& nō niſi ab his qui extra charitatem exiſtūt,exercetur.Nam cum aſſerere oporteat ex totius ſcripturæ ſacræ traditione, quod dæmones magis ꝑ mittūtur à Deo ſæuire in peccatores quā in iuſtos, licet legatur ipſum iuſtiſſimum Iob fuiſſe percuſſum , hoc tñ non fuit ſingulariter ſuper potentiam generatiuā,nec ēt directe,ideo dicere oportet quod quibuſcunq; talia maleficia inter matrimonialiter coniunctos contingūt,ſignū eſt quod uel ambæ perſonæ,uel altera,extra charitatem exiſtat,& quidem fundamentum huius ex ſcripturis deducitur autoritate & ratione,nam angelus dixit Thobię. In illos qui libidini uacant, accipit dæmoniū poteſtatē, effectus demonſtrauit,ubi ſeptem uiros uirginis Sarę occiderat.Item Caſſianus colla. patrum diffinit beatus Antonius , nullatenus poſſe dęmonem mentem cuiuſq; vel corpus inuadere,niſi eam prius deſtituerit omnibus cogitationibus ſanctis,ac ſpirituali contemplatione uacuam nudamq; rediderit,hæc uerba utique applicari poſſunt ſuper maleficium corporis uniuerſaliter ſuper totū corpus,cum Iob tali maleficio percuſſus,nō tamen nudus diuina gratia fuit,ſed particulariter quando uidelicet particulare maleficiū ratione alicuius peccati accidit corpori,& hoc quidem nō poteſt eſſe niſi peccatum incontinētiæ,ratio.Nam ut dictum eſt propter fœditatem illius actus,& quia per ipſum primū peccatū diffunditur, Deus plus permittit ſuper ipſum ꝗ̄ ſuper alios humanos actus, ergo & inter matrimonialiter coniunctos,ubi diuino auxilio propter peccatum deſtituuntur,amplius circa illam uim generatiuā maleficiari à Deo permittūtur. Quod ſi quæritur cuiuſmodi ſint illa peccata,dici pōt quod peccata incontinentiæ quæ inter cognatos cū uaria ſint,iuxta illud Hierony.& habetur in textu, Adulter eſt in pro-

priã amator ardentior,ſimul, & huiuſmodi amatores, plius in prædictis maleficiuntur. Remedia ergo eccleſiaſtica ſunt duplicia, unum in foro contentioſo, alterũ in foro conſcientiæ practicantur. Primum ſi in iudicio allegatur impotentia ex maleficio illata, tunc diſtinguẽdum eſt,quia talis impotẽtia,aut eſt tẽporalis,aut eſt ꝑpetua. Si temporalis, non impedit, tunc autem præſumitur eſſe temporalis, quando infra ſpacium trium annorũ cohabitantes,& quantũ poſſunt operã dantes,ſiue ꝑ eccleſiaſtica ſacramenta,ſiue per alia remedia ſanari poſſunt.Si uero nõ ſanentur aliquo remedio, ex tunc præſumitur eſſe perpetua.Item aut præcedit matrimonii contractionẽ & conſumationem, & ſic impedit contrahendum, & dirimit iam contractum,& ſequitur matrimonii cõtractionem ſed nõ conſummationem, & eſt communis modus maleficiandi uiros qñ ſpernunt amaſias, tunc enim quia ſperabant ſe matrimonialiter copulare & defraudantur, inferunt maleficia uiris,& ne aliis commiſceri ualeãt,in tali enim caſu ut dicũt aliqui dirimit matrimonium iã contractum,niſi ſub cõtinentia cohabitare uelint,ut Maria & Ioſeph.& habẽt pro ſe can.dicitur enim.23.q.1.ꝙ coniugiũ confirmatur officio.ſ.carnis,ut dicit gl.& parũ poſt dicitur,Anteq̃ confirmetur impoſſibilitas officii ſoluit uinculũ cõiugii.Aut ſequitur matrimoniũ cõfirmatũ & tunc uinculũ matrimoniale nõ dirimit,plura alia à doctorib. notatur,ſed quia nõ præciſe ſunt præſentis ſpeculationis,notãtur aũt in uariis ſcriptis doctorũ,ubi de maleficiali impedimento tractant,ideo hoc eſt ſuperſedẽdũ tãtũmodo.Si quis difficultaret qũo actus ille poſſit impediri reſpectu illius mulieris,& nõ reſpectu alterius.Reſpõdit.Bon.hoc eſt,uel quia ſortilegus ad hoc reſpectu ꝑſonæ determinatæ diabolũ inuitauit,uel qa Deus reſpectu ꝑſonę cuiuslibet impedire nõ permittit.Occultũ iudiciũ Dei hic latet,ut ĩ uxore Thobiæ,qualiter aũt diabol⁹ hoc facere poſſit,patet ex p̃miſſis, dicit tñ hic Bona.ꝙ impedit gñeratiuã,nõ impedimẽto intrinſeco lædẽdo organũ ſed extrinſeco impediẽdo uſum,& eſt impedimẽtũ artificiale

cialē & nō naturale & ita poteſt impedire ad unā,& nō ad alias,uel tollēdo exercitationē cōcupiſcentiæ ad illā uel aliā,& hoc ꝑ uirturē propriā,uel ꝑ herbā,uel ꝑ lapidē,uel per aliquā creaturā occultā,& ſatis concordat cū dictis Petri.Remedium uero eccleſiaſticum in foro conſcientiæ traditur 33.q 8.Si per ſortiarias ubi ſic dicitur, Si per ſortiarias atq; maleficās artes nonnunquam occulto iuſto Dei iudicio permittente,& diabolo præparante concubitus ſequitur.Hortandi ſunt quibus iſta eueniūt ut corde contrito,& ſpiritu humiliato Deo,& ſacerdoti de omnibus peccatis ſuis puram confeſſionem faciant,& profuſis lachrymis,& largioribus eleemoſynis & orōnibus atque ieiuniis Domino ſatisfiāt. In quib. uerbis notatur ꝙ tantummodo propter peccata & extra charitatē exiſtentibus talia contingunt,ſequitur & per exorciſmos ac cætera eccleſiaſticę medicinæ munimina miniſtri eccleſiæ tales quantum annuerit dominus qui Abimelech & domum eius Abraę orationibus ſanauit,ſanare procuret.Vnde ſummariè dicere poſſumus,quod quinque ſunt remedia quæ talibus ſic maleficiatis licitè applicari poſſunt,uidelicet ſanctorū aliquorū limina peregrinatio,& ibidē peccatorum ſuorum cū cōtritione uera cōfeſsio,ſigni crucis,& oratiōis deuotæ multiplicatio,per uerba ſobria licita exorcizatio,quæ qualiter fieri debet inferius patebit.Et cauta maleficii oblatio facit ad hoc qđ ſupra de Comite tactum eſt,qui cum per triennium ſibi matrimonialiter copulatā uirginem,cognoſcere nō potuiſſet.

Remedia contra maleficiatos ſuper amorem uel odium inordinatum.

CAP. III.

SICVT maleficium in potentia generatiua ita, & philocaptio,& odium, in uoluntate cauſantur, expedit primo de eius cauſa,& tandem quantum poſ-

ſibile eſt de eius remediis tranſcurrere. Philocaptio igitur ſeu amor inordinatus unius ad alterũ, triplici ex cauſa oriri poteſt. Aliquando ex ſola incautela oculorũ, aliquando ex tentatione dæmonum, ſolũ aliquando ex maleficio nigromanticorum, & maleficarum, ſimul & dęmonum. De primo dicitur Iacob 1. Vnuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus & illectus, deinde concupiſcentia cum conceperit parit peccatum, peccatum uero cũ cõſummatum fuerit generat mortem. Sic Sichẽ cũ uidiſſet Dinam exeuntẽ ad uidendum mulieres regionis illius, adamauit eam & rapuit, & dormiuit cum ea, & conglutinata eſt anima eius cum ea. Et Gen. 34. ſecundum gl. infirmæ animæ ſic accidit, quando poſtpoſitis propriis aliena negocia curat, ſeducitur conſuetudine, & fit una unitate cõſenſus cum illicitis. De ſecundo ꝙ oriatur ex tẽtatione dæmonũ principaliter. Sic Aman ſororem Tamar ſpecioſiſſimam adamauerat, & deperierat in ea ualde, ita ut propter amorem eius ægrotaret. 2. Reg. 14. non enim in toto tam corruptus eſſe potuit mente, ut in tantum facinus ſtupri proſiliret, ſi non grauiter a diabolo tentatus fuiſſet. De hoc etiam genere amoris refertus eſt liber ſanctorum patrum, qui refert omnem tentationẽ & carnalis amoris ſibi in heremis ſubtraxiſſe, quidã tamen ultra quàm credi poteſt, amore mulierum tentabantur aliquoties, unde & 2. Cor. 12. Apoſtolus dicit. Datus eſt, mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſathanæ, qui me colaphizet. ubi gl. tentando per libidinem datus eſt mihi ſtimulus. aiunt quidam tentatio autem cui non conſentitur non eſt peccatum, ſed materia exercendæ uirtutis, hoc intelligitur de tentatione quæ ab hoſte non a carne, quia peccatum eſt ueniale etiam ſi ei non conſentiatur, de his uaria exempla leguntur in uariis locis. De tertio quod amor hereos proueniat ex maleficiis dęmonum & maleficarum, poſſibilitas huius maleficii ſupra in quęſtionibus primę partis, an dæmones per maleficas mentes hominũ ad amorem uel odium immutare, & incitare ualeant, ad longum deducitur, per uaria etiam geſta, & acta à nobis

reperta

reperta cõprobatur,immo inter omnia maleficia nimiũ propter ſui generalitatem reputatur. Quod ſi quæritur: Petrus philocaptus amore talis,&c. neſcitur an primo, ſecundo aut tertio modo Reſpondetur odium inter con iugatos cum crimine adulterii,& ſi operatione dæmonum fieri poſſit,ubi tamen fiſco carnalis concupiſcentiæ amoris quis adeo inuoluitur & ſuccenditur,ut nulla con fuſione ueibis,plagis, aut factis,ac deſiſtendum cogi ualeat. Item ubi quis ſæpe pulchriorem dimittit uxorem & turpiſſimæ adhæret. Item ubi nocturno tempore nec quieſcere ualent,ſed ita dementãtur,ut per deuia quæq; incedere habeant.Optimates, prelati, & alii diuites ſæpiſſime his miſeriis inuoluuntur.Et quidem hoc tempus muliebre de quo Hildegardus(ut Vin.in ſpe.hiſto.refert) prædixit quod non tandiu durabit,quãtum hucuſq; pręſtitit:cum iam mundus plenus ſit adulterii, præcipue in optimatibus,& quid opus ſcribere de remediis,qui remedia abhorrent, tamen nt pio lectori ſatisfiat aliqua breuiter tangamus. Super phylocaptionem ſine maleficio. Auicenna ſeptem remedia ponit quando uidelicet perſonam ęgrotare facit,ſed parũ iſta noſtræ ſpeculationi niſi quantum myſticæ animæ languẽti deſeruiunt. dicit.n. lib.3.quod ex uariatione pulſus & ad nominationem amati cum ibi radix ægrotationis habetur,tunc ſi lex ſuſtinet fiet copula per matrimonium,quia ſic ſanatur cũ obeditur naturæ. Aut fiat applicatio medicinalium, de quibus ibidem tractat & docet.Aut ut egrotus amorem ſuum de dilecto per licita remedia ad aliud diligendum cõuertat,quod priori præeligere debet,& ita fugere pręſentiam quia ſic diſtrahitur animus.Aut etiã ſi corrigibilis eſt tribuletur hortetur ꝙ opus amoris eſt maxima miſeria, uel dirigãtur ad ipſum,qui quantũ cum ueritate & Deo poſſunt uituperent corpus & diſpoſitionẽ dilecti,& mores cũ transfiguratione facierũ turpi ſeu difformi,Vel ſaltim ultimo ut occupentur in rebus arduis,& diſtracti uis officiis.Reuera ſicut animalis homo ꝑ huiuſmodi remedia ſanatur,ad ſpiritualẽ ſingula capiendo interiorẽ

hoīem reformāt, obediatur legi mēti potius q̄ naturę cō uertit amorem ſuum ad certas delicias recordetur, q̄ mo mentaneum ſit, q̄ delectat, & æternū quod cruciat, quærat delicias in illa uita, ubi ſic inchoantur quod nunquā finiūtur, cuius qui amator eſſe uoluerit, & iſtam perdet, & illam modo inueniet, & æternis ignibus deputabitur, ecce tria dāna irrecuperabilia ex amore hereos prouenientia. Super philocaptionem uero ex maleficio remedia in præcedenti capitulo tacta, non inconuenienter & hic applicari poſſunt, præcipuè aūt exorcizatio per ſacra uerba quam ſibiipſi facere taliter maleficatus poteſt. Quotidie angelum ſanctum ſibi ad cuſtodiam a Deo deputatū inuocet, puta cōfesſione ſanctorum limina, præcipuè aūt beatisſimæ uirginis frequenter, & ſine dubio liberabitur. Sed quam uituperabile ut barbari homines donis naturalibus, & uirtutum armis abiectis, ſeipſos tueri renuunt cum puellulæ ſæpisſimè inuicta infirmitate huiuſmodi maleficia his armis propulerunt, in quorum commendationem unum è multis in medius producamus. Fuit in rurali uilla quadā prope Lindaruā Conſtan. diocœſis, uirgo adulta, facie pulchra, & elegātior moribus, in huius aſpectu captus quidā uir leuis moribus clericus, inferre ſolo nomine utinā non ſacerdos, qui uulnus ſuæ mentis ultra cælare, non ualens, uenit ad laboratorium dictæ uirginis & honeſtis uerbis ſe rethe dæmonis exhibens, primo tandem ad amorem ſui uirginem auſus eſt uerbis duntaxat prouocare animo, quod illa diuino inſtinctu percipiēs, in tacta mēte & corpore reſpōdit uiriliter. Domine cū uerbis talibus domū meā nolite frequētare, alioqn repulsā ſuſtinebitis, uerecūdia mediāte. Çui ille, Etſi me diligere modo renuis uerbis dulcibus monita, non poſt modicū coacta operibus me amabis, tibi promitto. Erat uir ille ſuſpectus incantator, & de maleficio. Sed uerba hæc uirgo pro uento habuit, nec ſcintillam amoris carnalis ad uirum in ſe ſenſit pro tunc, ſed euoluto non multo tempore, imaginationes amoroſas de uiro illo prædicto cœpit habere, qd' illa præcipiens diuinitus inſpirata, ad ma-

trem

trem miſericordiæ cõfugit,& pro auxilio a filio impetrã do deuotiſſime implorauit,& ſtatim honeſtam ſocietatem requirens peregrinari cœpit ad locum heremitarũ, ſic enim nominatur eccleſia in honorem ipſius genitricis miraculoſe conſecrata in præfata diocœſi. In qua ſacra mentaliter confeſſa, ne in ea aliquid inuenire poſſet malignus ſpiritus,& ad ipſam matrẽ pietatibus precibus fuſis,protinus omnis ceſſauit hoſtis machinatio, ita ut eã poſtmodum nunquam tangeret.Superſunt tamen adhuc & barbati uiri a maleficis mulierculis importune ſuper huiuſmodi ſollicitati,quaſi nequaquam a philocaptione earum ſe continere poſſent,qui tamen uiriliter reſiſtẽtes quantum ſe ultro pulſare illecebri imaginaitonibus ſentiret, tantum etiam per præſidia præmiſſa cuncta machinamenta diaboli ſuperẽt.Et uere ſpeculum huius pugnę quidam iuuenis prædiues in oppido Ysbruck, qui quãtũ amaleficis pulſatus fuit,nec calamo exarari quis poſſet, ſemper uirilem animum gerens,per præfata remedia intactus euaſit,quare & merito concluditur præfata remedia contra huiuſmodi morbum eſſe certiſſima, ita quod certiſſime ita liberantur quicunque his armis utũtur, & ꝙ de amore inordinato,hoc & de odio inordinato,cũ oppoſitum eadem ſit diſciplina, intelligendum eſt, licet æqualis in modo maleficandi cum ſit differentia,etiam aliud remedium illa perſona quæ odio habetur requirere debet ipſe enim qui odio habet & in corde defert,non de facile ſi adulter eſt,ad amorem uxoris etiam per quaſcũque peregrinationes flectitur.Et quia relatu maleficarũ compertum eſt quod per ſerpentes huiuſmodi maleficia ad odium procurantur,eo quod dum primum inſtrumentum erat diaboli, & in ſui maledictionem recipit inimicitiam inter ipſam & mulierem,ideo & tales inimicitias ex ipſis procurare ſatagunt,ponendo pellem aut caput ſerpẽtis ſub limine oſtij cameræ aut domus,unde & omnes anguli domus ſunt perquirendi & innouandi,quo ad inhabitationes quantum poſſibile eſt,uel alienas inhabitare domos.Et quidem cum dictum ſit quod ſeipſos maleficiã

ti exorcizare,ualeant,intelligitur quod uerba ſacra,bene dictiones & carmina,ſecum deferre in collo poterunt,ſiquidē legere, aut ſeipſos benedicere neſcirent, quæ tamē qualiter facienda ſint in ſequentibus patebit.

Remedia ſuper eos quibus uirilia membra præſtigioſa arte auferuntur, & ubi interdum in beſtiales formas homines tranſmutantur.

CAP. IIII.

SVPER eos qui præſtigioſa arte illuduntur,& ſe uirili membro carere,aut in beſtiales formas tranſmutatos eſſe putant, quibus remediis ſubleuari ualeāt,ex præmiſſis ſatis euidenter elicitur. Nam cum tales omnino diuina gratia diſtituunt̄,qđ principium in maleficiatis exiſtit fundamentum,non poſſibile ut ferro manente in uulnere, emplaſtrum curatiuū ante omnia recōcilietur.Demum quia ut ſupra in ſecunda parte operis,in capitulo ſeptimo tactum eſt,talia membra uunquam in ueritate euelli,aut ſegregari à corporibus,ſed tantummodo præſtigioſa arte occultari ad ſēſus, tactus & uiſus, patuit etiam qđ huiuſmodi illuſiones in gratia conſtitutis non ita faciliter, nec actiue nec paſſiuè contingunt,ut uidelicet eis membra auferantur, aut qđ in eorum uiſiua potentia quaſi aliis ſint ablata deludantur, ideo & remedium in eodem capitulo exprimit̄ cum ipſo morbo,ut uidelicet quātū poſſibile,ſit cum ipſa malefica amice ſe componant. Super eos denique qui in beſtiales formas ſe tranſmutatos eſſe putāt,ſciendum quod hoc genus maleficiis, nō ita in occidentalib⁹ ſicut orientalibus regnis practicatur,intellige quo ad ſecundas perſonas,licet quo ad proprias maleficarū perſonas,hoc ſæ-

pius

pius apud nos uiſum fuerit, ipſas uidelicet maleficas in effigijs animalium oculis intuentium ſe obieciſſe, ut ſupra capitulo octauo deductum, quare & remedia quæ in terra parte operis deducentur, ſuper exterminium uidelicet maleficarum per ſeculare brachium forent applicanda. Et quidam quomodo oriētales huiuſmodi illuſiones remediare ſolēt, ſic deducitur. Nā ex militalibus fratribus ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, in Rhodis ueridica relatione plura de his percepimus. Prȩcipue autē quod in ciuitate Salamina regni Cypri talis caſus accidit. Nam cum ibi portus ſit maris, & nauis quædam onuſta mercimoniis applicando peregrinis nauim exeuntibus, ut quiſq; uictualibus ſe muniret, iuuenis quidam ex eis robuſtus domum cuiuſdam mulieris extra ciuitatem ſupra littus maris ſituatam acceſſit, & an oua haberet ad uendendum à muliere ſciſcitabitur. At mulier cernens iuuenē robuſtum forenſem & alienum à patria, unde minor de eo ſuſpitio apud intraneos ſuper eius perditionē oriri poſſit, expectą inquit paululum, & iuxta optata ſingula recipies, & dum morā faceret clauſa & interiori parte domus iuuenis ab extra, ut eum quam totius expediret ne nauem cū negligere contingeret, clamare cœpit, tunc mulier aliqua oua attulit, iuueni tradidit, & in caſu ſuo nauem neglexiſſe & ad eam rediret, ſibi iniunxit. Veloci igitur curſu ad nauē quæ in litore maris erat, properauit, & ante ingreſſum eo quod nec dū alij ſocij omnes cōuenerant oua comedere & ſeipſum reficere ſtuduit. Et ecce poſt horam mutus effectus, & quaſi mente deſtitutus: ut poſt ipſe referre ſolitus erat, de ſeipſo admirans quidnam ſibi accidiſſet conijcere non poterat, uolens ergo nauim intrare ab immorātibus baculis uerberatus repellitur, cū ctis acclamantibus, ecce ecce quidnam in aſino, maledicaris beſtia, non & tu nauim intrabis? Repulſus ſic iuuenis & uerba illorum qui ipſum aſinum affirmabant, intelligens apud ſe ruminabat, & quod maleficio mulieris infectus eſſet cogitare cœpit, præcipue in eo quod nullum uerbum formare poterat, cum tamen ipſe omnes intelli-

gebat. & dum rurſum nauim aſcendere tentaret grauiori bus cæſus uerberibus, ipſum amaro corde remanere, & receſſum nauis conſpicere opus erat. Huc illucq; diſcurrens cum omnes ipſum aſinum æſtimabat, neceſſe erat ut tanquam beſtia ab omnibus tractaretur, compulſus igitur ad domum mulieris redijt, cui ad placitum pro cõſeruatione uitæ ſuæ ultra triennium ſeruit, nil operis faciens manibus, niſi neceſſaria domus in lignis & bladis apportans, etiam quæ exportanda erant tanquam iumẽtũ de portabat, hoc conſolationis relicto, ut licet ab omnibus alijs ut iumentum reputaretur, ab ipſis tamen maleficis coniunctim uel diuiſim morantibus ut uerus homo humanitus cõuerſando in inceſſu ſtatu & habitu agnoſcebatur. Quod ſi quæritur, quomodo onera ſibi tanquam iumẽto imponebantur. Dicendum quod ſicut narrat Auguſtinus de mulieribus ſtabularijs quæ hoſpites cõuertebant in iumenta onera portantia lib.18.cap. 17.de ciuitate Dei, & de patre Prçſtãtii qui ſe caballũ ſeu equum fuiſſe & annonam cũ alijs animalibus baiulaſſe narrauit, vtique ex illis actis de præſenti iudicamus, ita quod triplex deceptio præſtigioſa arte fiebat. Prima quo ad homines iuuenem non ut hominem, ſed ut aſinum intuentes, quod qualiter dęmones faciliter procurare poſſunt ſupra.8.cap.patuit. Secundo, quod illa onera non fuerunt illuſoria, ſed ubi uires iuuenis excedebant dęmõ inuiſibiliter deferebat. Tertio, quod ſibij pſi dum inter alios conuerſabatur, iuuenis etiam iumentum uidebatur in imagine duntaxat & potentia, quæ ſunt affixe organis corporalibus, non autem in ratione, quę nõ adeo erat ligata, quin ſe hominem ſciebat, ſed arte magica deluſum ſit tanquam beſtia æſtimaretur, ſicut & de Nabuchodonoſor ibidem exẽplificatur. Triennio igitur ſic elapſo in Quarto, ſcilicet, dum quodam die ante meridiem ciuitatem præfata intraſſet, & mulier à longe ſequeretur, contigit quandã eccleſiam in qua diuina celebrabantur, iuuenem ſic maleficiatum præterire audiens, Nolam cam panię cum more latinorum & non græcorum, in illo re-

gno

gno diuina peraguntur pro eleuatione corporis Chriſti ad eccleſiam ſe conuertit,& intrare dum propter uerbera & expulſionem non auderet, à foris genua & crura poſteriora in terram fixit, & anteriores pedes, id eſt manus, ſimul iunctas eleuans, ex capite aſinino ut putabatur, ſacramentum in eleuatione intuetur. Quod prodigium dum certi ianuenſes mercatores conſpexiſſent, mirãtes aſinum ſequentur, & inter ſe de miro opere conferentes, ecce malefica cum baculo aſinum inſequitur, & quia ut præmiſſum eſt, huiuſmodi maleficia illis in partibus plurimum practicantur, ad inſtantiam mercatorum per Iudicem aſinus cum malefica capitur, interrogata & quæſtionibus expoſita, crimen fatetur, & ut addomum redire ualeat, iuuenem reſtituere ſuæ formæ promiſit, dimiſſa igitur ad domum regreſſa, iuuenis ad priſtinam formam reducitur, & ipſa denuo capta, debitam ultionem pro commiſsis ſuſcepit, & iuuenis ad propria cum gaudio remeauit.

Remedia contra obſeſſos ex maleficio.

C A P. V.

Vod interdũ ex maleficio dæmones quoſdã homines ſubſtãtialiter inhabitãt, ſupra c.9. ſatis patuit quibus & de cauſis, quia non ſolum pro grauidus criminibus proprijs, imo interdũ pro proprio ſuo maiori merito, aliquãdo ꝓ alieno leui delicto, aliquando pro ſuo ueniali peccato, aliquando pro graui alieno peccato, & aliquãdo pro alieno facinore proprio, pro quibus etiam diuerſę diuerſimode poſſidẽtur, quidã plus, alii minus, ut etiam Nider ĩ ſuo formicario recitat non mirum ſi maleficio, ſeu ad inſtantiam maleficę demon Deo permittente, hominẽ ſubſtãtialiter modo quo ibi declaratur, quod uidelicet per ſubſtãtiam ſit intelligẽ dum

dum inhabitet. Quibus autem remediis liberari poſſunt, quòd uidelicet per exorciſmos eccleſiæ,& cum hoc uera contritione,uel etiã confeſſione,ubi pro mortali quis eſſet obſeſſus,patuit ex ibidem deductis, &ex illius ſacerdotis Bohemi liberatione,ſed quòd ultra hæc duo remedia etiã tria alia ualeant ſuffragaria,uidelicet Euchariſtiæ ſacra communio,ſanctorum locorum applicatio,uel bonorum oratio,& excommunicationis abſolutio,præfati doctoris diſcurſu,quem etiã deducere expedit, cum omnes neceſſariorum tractaturum habent. Nam de ipſa ſacra cõmunione Caſſianus colla.abba.'prima loquitur in hæc uerba communionem ſacroſanctam nequitiæ ſpiritibus, traditam à ſenioribus,noſtris, nunquam meminimus interdictam, quinimo etiã ſi poſſet eis quotidie impartiri eam etiam debere cenſebant, quæ ad purgationem ac tutelam corporis animæq́; peruenire credẽda eſt,& quę ab homine percepta eum qui in membris eius inſidet ſpiritum, ſeu in ipſis latitare conatur quodam exurens fugat incendio,hoc namque modo curatum,abbatem andronicum nuper aſpeximus,inſultabit offenſo, cum eum à cœleſti medicina uiderit ſegregatum, tanto enim durius & frequentius attentabit affligere,'quãto eum à ſpiritali remedio ſenſerit longius abdicatum,Hæc Caſſianus.Et iterum de eiſdem ibidem dicit: Duo hic credere immobiliter oportet. Primo, quod ſine Dei permiſſu nullus ab eis ſpiritibus omnino tentatur. Secundo, qđ omnia quę nobis à Deo inferuntur,ſiue triſtia ad præſens, ſiue læta uideantur,uelut à pijsſimo patre clementisſimoq́ue medico pro noſtris utilitatibus irrogantur. Et idcirco eos uelut pedagogos traditos humiliari, ut deſcendẽtes ab hoc mũdo uel purgationes ad uitam aliam transferantur, uel pœnali uigore,plectantur,qui ſecundum apoſtolum traditi ſunt in præſenti,ſathanæ,in interitum carnis, ut ſpiritus ſalui fiat in die domini noſtri IESV CHRISTI. Sed hic oritur dubitatio cum Apoſtolus dicat, probet ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, quomodo poſſunt obſesſi non habentes uſum rationis cõmunicare.Reſpondit

dit ſanctus Tho.de hoc in.3.parte.q.80.ſic diſtinguendũ de omnibus amentibus.Aliquid inquit dicuntur,nõ habere uſum rationis dupliciter .Vno modo quia habent debilem uſum rationis , ſicut dicĩ non uidens qui male uidet.Et quia tales poſſunt aliquam deuotionem cõcipere huius ſacramenti,non eſt eis hoc ſacramentum denegandum .Alio modo dicuntur aliqui nõ habere uſum rationis,quia ſic a natiuitate permanſerunt,& ſic talibus non eſt hoc ſacramentũ adhibendum :quia in eis nullo modo præceſsit huius ſacramenti deuotio.Aut non ſemper caruerunt uſu rationis , & tunc ſi prius quando erant ſuæ mentis compotes,apparuit in eis huius ſacramenti deuotio debet eis in articulo mortis hoc ſacramẽtũ exhiberi, niſi forte timeatur periculum uomitus uel expuitionis. Vnde legitur ex Cõcilio Carthaginẽſi,& habetur.26.q.6 Is qui in infirmitate pœnitentiã petit,ſi caſu dum ad eum inuitatus ſacerdos uenit oppreſſus infirmitate innotuit, uel in freneſim cõuerſus fuerit,dent teſtimoniũ qui eum audierunt.Et ſi continuo creditur moriturus.Reconcilietur per manus impoſitionẽ,& infundatur ori eius eucha riſtia. De baptizatis qui corporaliter ab immundis ſpiritibus uexãtur,eſt eadem ratio,& de aliis amentibus.hæc Tho.Addit tamen in 4.diſt.9.quod demoniacis non eſt denegãda cõmunio,niſi certum ſit pro aliquo crimine à diabolo torqueri .cui ſic Petrus de palude addit in hoc caſu pro excommunicandis ſunt habendi,qui traditi ſunt ſathanæ.Ex quibus liquet ꝙ ſi aliqui ſunt poſſeſsi à dæmone,etiam propter ſua crimina, habentes tamen lucida interualla, & rationis uſum poſtea cõteruntur de peccatis ſuis,uel debite confitẽtur tales cum ſint abſoluti coram Deo,nullatenus ſũt à communione diuiniſsimi ſacramẽti euchariſtiæ ſequeſtrandi . De ſanctorum applicatione, uel deuota oratione, quomodo per hęc obſeſsi etiam potenter liberantur legẽda ſanctorum refertæ ſunt .Merita enim ſanctorum,martyrum,confeſſorum,uirginum, exigunt,ut hi ſpiritus nequam ſanctorum in patria exiſtentium,oratione & interceſsione,uincantur,quos ſancti in

uia

uia uicerunt.Similiter uiatorũ deuotæ orationes libera tionem obſeſſorũ obtinuiſſe ſæpe legũtur. Vnde ad hoc hortatur Caſſia.ut ſup.Si inquit haberemus hanc ſenten tiam,imò fidem quã ſuperius comprehendi,& ut omnia per dñm fieri pro utilitate animarũ & diſpenſari uniuer ſa,non ſolum nequaquã deſpiciemus eos: ſed etiã pro eis tanquã pro membris noſtris inceſſanter orabimus, eiſq; totis uiſceribus ac pleno cõpatiemur affectu. De ultimo modo abſoluendi aliquẽ ab excõmunicatione.Sciendum quod nec iſtæ cõmunis eſt,nec fortelicitus,niſi habẽti au thoritatẽ & ſpecialẽ reuelationẽ,uel probabilitatẽ quod poſſeſſus quis ſit propter excõmunicationẽ eccleſię,ſicut Apoſtolus.1.ad Corinth.5.excommunicatum a ſe & ad plebem Corinthum fornicariũ tradidit ſathanæ in interi tũ carnis, ut ſpiritus ſaluus fieret ĩdie domini noſtri Ieſu Chriſti,id eſt, ut glo.dicit uſq;ad illuminatio nem gratię, contritionis, uel ad iudicium .Et ſpeudo doctores qui fidem perdiderant, uidelicet Himeneum & Alexandrũ tra didit ſathanæ , ut diſcerent nõ blaſphemare.1.Thim.1. Tantæ enim poteſtatis erat Apoſtolus,dicit glo.tantam que gratiam habebat ut recedentes à fide ſolo uerbo tra deret diabolo.Vnde ſanctus Tho.in 4.diſt.18. ubi magiſter tres effectus excõmunicationis tradit :eoſdem ſic de clarat idẽ doctor. Ex hoc ipſo inquit ꝙ aliquis ſuffragijs eccleſiæ priuatur triplex incommodum incurrit, per tria quę quis ex ſuffragiis cõſequitur.Valet enim ad augmen tum gratię eis qui habent,uel ad merendum ei qui nõ ha bet.Et quantũ ad hoc magiſter dicit ꝙ gratia ſubtrahitur per excõmunicationẽ, ualet etiam ad cuſtodiã uirtutis & quantũ ad hoc dicit ꝙ proctetio ſubtrahitur, nõ quod omnino a Dei prouidentia excludantur: ſed ab illa quæ filios eccleſiæſpecialiori modo cuſtodit,ualent etiam ad defendẽdum ab hoſte, quantũ ad hoc dicit quod diabolo maior poteſtas ſæuiendi in ipſum datur, & corporaliter & ſpiritualiter .Vnde imprimitiua eccleſia quando opor tebat per ſigna hoĩes ab fidem inuitare, ſicut ſpiritus ſan ctus uiſibili ſigno manifeſtatur,ita excõmunicatus cerpo

rali

rali uexationi a diabolo innoteſcebat. Nec eſt inconueniens ſi illé qui nõ eſt deſperatus hoſti datur, quia nõ datur ei quaſi damnandus, ſed quaſi corrigendus, cum in poteſtate eccleſiæ ſit ex eius manu ipſum eripere cũ uoluerit. Hæc Thom. Vbi tamen exorciſta ad cautelam obſeſſum abſoluat, non uidetur incõueniẽs. Sed ſubdit Nider quod cauendum eſt ualde exorciſtæ, ne de ſuis uiribus faciliter præſumat. Aut iocum & ludum ſerioſo Dei operi intermiſceat. Aut ſuperſtitioſum uel ſuſpectum aliquid de maleficio adiiciat. Alioquin pœnam uix euadet ut declaratur per exẽpla. Nam de primo refert beatus Greg. 1. dialogo de quadam quæ contra conſciẽtiam ſuam à marito petente obtinẽti debiti redditionẽ in uigilia dedicationis eccleſiæ ſancti Sebaſtiani, & quia contra conſcientiam eccleſiæ proceſſioni ſe immiſcuit, poſſeſſa eſt publice furiebat. Quo uiſo ſacerdos eiuſdem eccleſiæ, de altari ſyndonẽ tulit eãque cooperuit, ſed & hunc ſacerdotem repente diabolus ſimul inuaſit. Et quia ultra uires uoluit quicquam præſumere, cõpulſus eſt in ſua uexatione cognoſcere quis eſſet. Hæc Greg. De ſecundo, ut nullus de officio exorciſtatus ſanctum ordinem concernens locum faciat. Refert. Nider ſe uidiſſe in conuentu Colonienſi fratrem uerbis ſatis iocoſum, ſed in gratia expelli dæmones famoſum. Hic cum in terminis conuentus Colonienſi dæmonem in obſeſſo corpore artaret. Iam dæmon petiuit a fratre locum recedendi, quo gauiſus frater ait in ioco. In cloacam meam uadas. Exiit igitur dæmõ nocte, cum frater uentrem purgare uellet, dæmon eum tam dire torſit prope cloacam, ut uitã cum difficultate ſaluaret. Sed & hoc præcipuè cauendum ut obſeſſi etiam per maleficas ad præſidiam maleficarum non ducantur, unde & de præfata fœmina Greg. infert. Cum inquit propinqui eam carnaliter amantes, atque amando perſequẽtes ad obtinendum ſalutis remedium maleficis tradidiſſet & per eas ad fluuium ducta & in aquam merſa multis incantationibus agitata fuiſſet, dum unus dæmon expelli debuit legio ſubintrauit, & eorum diſtincti uocibus iam

clamare

clamare cœpit:unde conſanguinei tandem confitētes & de hoc dolētes eam præſentarunt ſancto epiſcopo Fortunato,qui diuturnis orationibus & ieiuniis , cum ex integro ſanauit.Sed quia dictū eſt debere exorciſtas cauere, ne ſuperſtitioſum ne ſuſpectum aliquid de maleficio adijciant. Dubitare exorciſta poſſet. An certas herbas & petras etiam non benedictas adhibere poſſet? Reſponſio Si benedictę ſunt herbæ,tanto melius,ſi uero nō ut herba quædam,quæ alias nominatur fuga dęmonis,uel etiā naturas lapidum,ſi quis adhibeat nō erit ſuperſtitioſum: dummodo credat quod non directe de ſui natura dæmones compellunt,quia tunc incideret in errorem , quod ſimili modo alijs herbis aut uerbis poſſent cogi ,ut errore nigromanticorum fatetur putātes ſe efficere per naturales & inditas talium uirtute.Vnde ſanctus Thom. in 4. diſt.7.ar.ult.Non eſt,inquit,credendum aliquibus uirtutibus corporalibus dæmones ſubiacere , & ideo non coguntur inuocationibus & factis quibuſdam maleficis, niſi inquantum per hoc fœdus cum eis initur ſecūdum qđ dicitur Eſaiæ.18.Percuſſimus fœdus cum morte , & cum inferno fecimus pactum. Et illud Iob.40.An extrahere poteris Leuiathan hamo & ſequentia uerba ſic finaliter exponit ſuper Iob dicens:Si quis recte conſiderat omnia præmiſſa uidentur pertinere ad pręſumptionem nigromanticorum confutandam,qui nituntur cum dæmonibus pactum inire,ac eos ſibi iniicere,uel qualitercunque conſtringere. Oſtenſo ergo quod homo non poteſt ſua uirtute diabolum ſuperare,concludit dicēs. Pone ſuper eum manum tuam , ſubaudi ſi potes , ſuperatur tamen uirtute,diuina,unde ſubdit memēto belli,quo ſcilicet, ego pugno cōtra eum,& poteſt dici quod ponitur præſens pro futuro,ſcilicet,pugnabo in cruce , ubi capietur Leuiathan per hamum,ſcilicet,per diuinitatem occultatam ſub eſca humanitatis ęſtimans ſaluatorem purum hominem.Vnde etiā poſtea.41.dicitur.Non eſt poteſtas ſuper terram quæ ei poteſt comparari,per hoc inquit ſignatur quod nulla uirtus corporalis,poteſt adæquari poteſtati

dæmonis,

dæmonis, quæ eſt poteſtas purè ſpiritualis. Hæc de Tho. Sed quia indirectè à dæmone obſeſſus, poteſt uirtute melodiè, ut Saul per cytharam Dauid, uel herbæ uel corporalis rei alterius ſibi à naturali proprietate in exiſtenti releuari. Ideo applicari poſſunt quod quidem poſſe fieri authoritatibus & rationibus deducitur. Nam 26.q.7. dæmonium ſuſtinenti dicitur, licet petras uel herbas habere ſine incantatione & ſunt Hieronymi uerba. Item magiſter in hiſto. tractans illud Thobiæ. Cordis particulam, ſcilicet, de piſce quam cępiſti, ſi ſuper carbones ponas, fumus eius exterret omne genus dæmoniorum, ſiue à uiro, ſiue à muliere, ita & ultra non accedat ad eos dicit, Nec ſuper hoc mirari debemus, cum fumus cuiuſdam arboris aduſtæ eandem uim habere uideatur, quamuis etiam ſpiritualem in ſe contineat ſenſum, ſcilicet, de futuro ſpiritualis orationis. Ad idem Albert. ſuper Lucam 9. & Nicolaus de Lyra. 1. Regum. 16. imo & Paulus burdegalen. ſuper 1. Regum 16. hanc concluſionem tenet, quod non ſolum cōcedendum uidetur, quod per aliqua ſenſibilia poſſunt afflicti à dæmonibus reuelari, ſed etiam per ſenſibilia aliqua poſsint totaliter liberari, ſed hoc intellige quando nō atrociter affliguntur, & probat per rationem. Nā cum dæmones non poſsint materiam corporalem ſecundum ſuā uoluntatem tranſmutare, ſed debita actiua debitis paſsiuis coniungendo, ut Nicolaus dicit. Eadem ratione per aliquam rem ſenſibilem poteſt diſpoſitio cauſare in corpore humano, per quam fiet aptum ad ſuſcipiendum actionem dęmonis. uerbi gratia, nam mania eſt maxime diſpoſitiua ad alienationem mentis ſecundum medicos, & per conſequens ad ſuſcipiendum afflictionem dæmoniacam, quę quidam dæmoniaca paſſio ubi penitus curatur, penitus afflictio dęmonis actiua recedente paſſiua in poſſeſſo recederet. Item poſſet dici de iecore piſcis. Item de melodia Dauid ratione, cuius licet primo refocillaretur Saul & leuius haberet, tamen totaliter expulſus fuit per illam, ut dicit litera. Recedebat ab eo ſpiritus malignus. Nec conſonum eſt literæ dicere,

quod

quod hoc fiebat ex merito Dauid ſeu per orationes eius quia non eſt uériſimile quod hoc ſcriptura taceret, cum eſſet in laude eius notabiliter dictum. Hæc de Paulo pręfato, licet non poſuerimus ſupra in q. 5. primæ partis, q̄ꝺ quia præfigurabatur uirtus crucis per expenſionem uenarum Corporis CHRISTI, ideo liberabatur Saul, & plura ibi etiam continentur, quæ præſenti ſpeculationi ſeruire poſſunt tantum concludamus, quod rerum ſenſibilium applicatio in exorciſmis licitis non eſt ſuperſtitioſum, iam autem non expediet de ipſis exorciſmis aliqua diſſerere.

Remedia per licito exorciſmos eccleſiæ, contra quaſcunque infirmitates à maleficis illatas, & de modo exorcizandi maleficiatos.

CAP. VI.

QVIA ut in ſuperioribus tactum eſt, maleficæ omne genus infirmitatis corporalis inferre poſſunt, quare & ſub generali regula concludere oportet, quod quicquid remedij in urbis, uel operibus, aliis infirmitatibus ſupra notatis applicari poteſt, hoc eſſet quibuſcunque aliis infirmitatibus præcedentibus non expreſſis, ut ubi epilentia aut lepta eſſet, inflicta conuenire poteſt, & quia inter remedia uerborū exorciſmi liciti computantur, de ipſo etiam ſæpe mentiō tanquam de quodā generali remedio habita eſt, tria principaliter de ipſo practicanda ſunt. Primo, An non habēs exorciſtatus ordinem, ut ſcilicet laicus, uel ſecularis ꝓſone ualeat licitè dæmones, aut eius maleficia exorcizare, ubi tres aliæ annectuntur, qualiter uidelicet ſunt liciti, & de ſeptem conditionibus quę requiruntur ad carmina & bene-

benedictiones,ut quis ualeat ſecum talia proferre,& tertio qualiter moribus ſit exorcizandus, & dæmon coniurandus.Secundum principale quid agendum ubi gratia ſanitatis per exorciſmos non obtinetur.Et tertio quo ad remedia non iam uerborũ,ſed operum, cũ ſolutionibus certorum argumentorũ.Ad primum eſt doctoris Tho.in 4. diſt.23.ſenten. In ordine inquit exorciſtatus, & in aliis minoribus ordinibus omnibus cum cõferũtur, recipitur poteſtas ut quis hoc uel illud ex officio facere poſsit,puta exorcizare,& idẽ a non habentibus ordinem licite fieri poteſt,quamuis illi hoc non habeant ex officio,ſicut in domo non conſecrata poteſt dici Miſſa,quamuis cõſecratio eccleſiæ ad hoc ordinetur,ut in ea miſſa dicatur, ſed hoc tunc magis pertinet ad gratiã gratis datam quã ad gratiam ſacramenti.Ex quibus uerbis dici poteſt,ꝙ licet ad liberationẽ maleficiati,bonum eſt concurrere exorciſtã habens poteſtatẽ exorcizandi morbos maleficiales,tamen etiam interdum deuotæ perſonæ abſq; exorciſmis, uel cum ipſis fugare poſſunt huiuſmodi morbos.Nã fertur de quadam uirgine paupercula , & ideo plurimũ deuota,cuius dum amicus in pede maxime per maleficium læſus fuerat,quod iudicio medicorum patuit,eo etiam ꝙ nullis medicaminibus ſanari poterat,contigit ut uirgo infirmum uiſitaret,qui & ſtatim ab ea petiuit,ut pedi benedictionem aliquam applicaret.Annuit illa, & ſilenter tantummodo orationem dominicam,& apoſtolorũ ſimbolum cum geminatis uiuificæ crucis ſignis applicuit.Tunc ſtatim infirmus curatum ſe ſentiens,ſcire uoluit in remedium futurorum, quid carminationis uirgo applicaſſet. Quæ reſpondit,uos debili fide diuinis & approbatis exercitiis eccleſiæ nõ in inhæreticis & carmina ac remedia ꝓhibita crebro ueſtris infirmitatibus applicatis,idcirco raro in corpore curamini,quia ſemper in anima lædimini. Sed ſi in orationem & ſignorum licitorum efficatiã ſperaretis,facillime ſæpe curamini nihil enim uobis applicui in dominicã orationẽ,& apoſtolorũ ſimbolorum, & iam ſanatus eſtis.Gratia huius exempli quæritur;an non

aliæ benedictiones & carminationes, ſeu etiam coniurationes,per exorciſmos habeant efficatiam,cũ hic uideantur reprobari.Reſpondetur quod hæc uirgo non reprobauit niſi illicita carmina,cum illicitis coniurationibus & exorciſmis. Pro cuius intellectu cõſiderare oportet unde huiuſmodi habuerunt originem,& quomodo ad abuſum deuenerunt, nam principium horum fuit ſanctiſſimũ, ſed ſicut omnia dæmonis inſtinctu deprauantur,mediantibus dæmonibus & malis hominibus,ita & diuina nomina. Apoſtoli enim & ſancti uiri ſecundum illud Marc.ultim. In nomine meo dæmonia eiicient,infirmos uiſitarunt,& orationes ſuper eos per ſacra uerba fuderunt, deinde ſucceſſu temporis ſacerdotes deuotè ſimilia rete peregerũt, propter quod deuotisſimæ orationes & ſancti exorciſmi reperiuntur in antiquis hodie eccleſiis ad omnia quæ homines facere aut pati poterãt per deuotos uiros applicati,olim ſine omni ſuꝑſtitione, ſicut etiam hodie literati & ſacrę theologiæ doctores reperiuntur, qui infirmos uiſitantes ſimilia uerba ægrotis applicant, & non ſolum dæmoniacis. Sed ut ſuperſtioſi homines a ſe multa uana & illicita ad inſtar horum inuenerunt, quibus hodie utuntur circa infirmos & iumenta nec clerus amplius ex ſua deſidia, licitis utitur uerbis uiſitando infirmos propter quod Guil. dictus durãdi gloſator Raymundi dicit, qđ talia præfata ſacerdos religioſus aut diſcretus, etiam laicus uir ſiue mulier excellentis uitæ,probatæ diſcretionis facere poteſt,fuſa oratione licita ſuper infirmum non ſuper pomum aut ſuper cingulum aut ſimilia, ſed ſuper infirmantes, iuxta illud euangeliſtæ, ſuper ægros manus imponent &c.nec ſunt huiuſmodi perſonæ prohibendæ à talibus niſi forte timeatur,quod ad exemplum illorum indiſcreti & ſuperſtitioſi alii carminationis ſibi uſurpent abuſum tuentes ſe exemplo illorum,hi ergo ſuperſtitioſi carminatores reprehenduntur à prædicta uirgine & dixit illos habere debilem fidem,immo malam qui tales conſulerunt.Iterum aut gratia huius declarationis quæritur, quibus uerbis carmina & benedictiones cenſetur licite

uel

uel ſuperſtitioſe, & de modo quo debent applicari, & an dæmon ſit coniurandus & moribus exorcizandus. Ad primum quod, quia hoc dicitur licitum in cultu chriſtianæ religionis quod nõ eſt ſuperſtitioſum, & ſuperſtitioſum dicitur, ut notatur ex gloſ. ſuper illo ad Colo. 2. quæ ſunt rationem habentia in ſuperſtitione, quod ſuper modum religionis ſeruatur, unde ibi dicitur ſuperſtitio eſt religio ſupra modum ſeruata, id eſt, religio modis uel circunſtantiis malis & defectuoſis practicata. Etiam ſuperſtitioſum eſt quicquid traditione humana nomẽ religionis uſurpat abſq; ſuperioris authoritate, ut hymnos iungere ad miſſas defunctorum præfationem irrumpere ſymbolum in miſſa cantandum abbreuiare, aut in organis & non in choro decantare miſſam reſpõdẽtem nõ habere, & his ſimilia. Sed ad propoſitum noſtrum modo quãdo ſit aliquod opus & uirtute religionis chriſtianæ, ut ubi quiſquis uellet infirmo ſubuenire per aliquam orationem & benedictionem per uerba ſacra, de qua materia nunc intendimus, talis habet conſiderare ſeptem cõditiones, quæ ſi reperiuntur talis benedictio cenſetur licita, ac ſi fiat per modum adiurationis, per uirtutem diuini nominis per uirtutem operum Chriſti, quæ ex ſua natiuitate, paſſione, pretioſa, morte, &c. innotuerũt, per quæ etiam diabolus uictus & eiectus fuit, dicentur illæ benedictiones, carmina & exorciſmi liciti & hi qui practicant, poſſunt dici exorciſtæ, aut incantatores liciti. Iuxta Iſido. 8. ethi. Incantatores dicuntur qui artem aliquam uerbis peragunt, & prima conditio conſideranda, ut ex doctrina ſancti Tho. 2. 2. q. 93. elicitur, ut uerba non contineant aliquid quod pertineat ad inuocationem dæmonum expreſſam uel tacitam quid ſit expreſſa, patet quid ſit tacita, hoc conſideratur ex intẽtione & opere. Intentione, ut ubi operans non curat ſiue à Deo, ſiue a diabolo habeat in ſuo opere intentum dummodo finem optatum conſequatur opere, ut ubi opus quod facit non habet, aliquam proprietatem ex natura producendum talem effectum, de qua non ſolum Medici & Aſtrologi,

immo & Theologi habent iudicare, per quem modũ nigromantici faciũt imagines, annulos, & lapides artificiales: qui utiq; nullam habent naturalem inclinationem ad effectus quos ipſi expectant ſæpiſſime, undeq; & in eorum operibus diabolus ſe habet immiſcere. Secundo conſiderandum eſt ne benedictiones ſeu carmina contineant aliqua nomina ignota, quia ſecũdum Chryſ. talia metuẽda ſunt, ne in eis aliquid ſuperſtitionis lateat. Tertio, ne materia uerborum aliquid falſitatis contineat, quia ſic eius effectus non poſſet expectari à Deo, cum ipſe nõ ſit teſtis falſitatis, ſic quædam uetulæ in ſuis carminibus utuntur, rigmatizando beata uirgo Iordanem tranſiuit, &cęt. ſanctus. Stephanus ei obuiauit, eam interrogauit, & multas alias facultates. Quarto ne ibi cõtineantur uana, & caracteres inſcripti præter ſignũ crucis, unde breuia quę portantur a ſoldatis reprehenduntur. Quinto, ne ſpes habeatur in modo ſcribendi aut legendi aut in quacunque huiuſmodi uanitate quæ ad diuinam reuerentiam non pertineat, quia alias omnino iudicabitur ſuperſtitioſum. Sexto, ut in allegatione prolatione diuinorũ uerborum, uel ſcripturæ ſacræ reſpectus ſolũ habeatur ad ipſa ſacra uerba, & ad intellectum eorũ, & ad Dei reuerentiam, ſeu ad uirtutem diuinã, a qua expectatur effectus, uel ad ſanctorum reliquias, a quibus etiam præfata expectantur ſecundario, licet a Deo principaliter. Septimo ut committatur effectus qui expectatur diuini uoluntati qui ſcit utrum ſanitas uel tribulatio plus profit inuocãti uel minus, uel an obſit, & hanc cõditionem ponit Tho. in 1. ſecun. in materia de gratia, & diſt. 15. in 4. Vnde concludamus, quod ſi nulla dictarum conditionem opus infecerit, illud erit licitum, probat Thomas ſupra illud Marci ultim. Signa eos qui crediderunt, & poſt. In noĩe meo dæmonia eijcient, &cęt. ſerpentes tollent. Ex quo eiicit qđ prædictis ſeruatis cõditionibus, per diuina uerba licitum eſt aſſerere ſerpentes. Item probat præmiſſa ulterius, non minoris ſanctitatis ſunt uerba Dei, q̃. sãctorum reliquiæ, dicente Auguſt. Nõ eſt minus uerbum Dei quàm corpus Chriſti, ſed

ſecun-

ſecundum omnes, licet reliquias ſanctorũ ſecum reueren ter portare, ergo qualitercunque nomẽ Dei inuocemus rite per orationem dominicam,per ſalutationem angelicam,per eius natiuitatem,paſſionem,quinque uulnera,ꝑ ſeptem uerba quæ protulit in cruce, per titulum triumphalem,per tres clauos, & aliorum armorũ militię Chriſti,cõtra diabolum & eius opera, omnino erunt licita,& ſpes poteſt haberi in eius committendo effectum diuinæ uoluntati.Et hoc quod dictum eſt de coartatione ſerpentum,idem intellige de alijs animalibus,quando ſolus reſpectus habetur ad ſacra uerba, & ad diuinam uirtutem, de ipſis tamẽ caute eſt agendum, de incãtationibus,quia ut dicit doctor. Tales incantatores ſæpe habent illicitas obſeruantias,& per dæmones ſortiuntur effectum, pręcipuè in ſerpentibus,quia ſerpens fuit primum dęmonis inſtrumentum ad hominem decipiendum.Nam in ciuitate Saltzburgenſi quidam incãtator erat, hic quadam die ad ſpectaculum aliorum, cunctos ſerpentes ad quandam foueam incantare uoluit,& interimere ex ſpatio ut fertur, unius milliaris congregatis, ergo undique ſerpentibus dũ ipſe ſupra foueam ſtaret, nouiſſime quidã ingens & horribilis ſerpens,foueam intrare difficultabat,& ſæpe quaſi ipſum abſcedere permitteret,& liber ſerpere quo uellet, motibus innuebat.Sed cum ille ab incantatione eius deſiſtere nolebat,alijs omnibus in fouea interemptis,quia ſtatim ibi moriebãtur, & neceſſe erat,ut & ille horribilis intraret,ſtans ſerpens ex oppoſito incãtatoris, ſupra foueã ſaltum fecit, & in ipſum incantatorum irruit, & uẽtrem eius ut cingulum ſtringens, ipſum incãtatorem ſecum in foueam traxit, & interimit. Qua ex re perpenditur, non niſi pro utilitate ad fugandum uidelicet ab hominũ inhabitationibus, talia ſunt uirtute diuina practicanda, & cũ Dei timore & reuerẽtia.Quo ad ſecundũ uidelicet,quomodo ſunt huiuſmodi exorciſmi uel carmina deferenda, & ad collum ſuſpendenda, uel in ueſtimentis inſuenda. Videtur quod talia ſint illicita, nam Auguſt.2.de doctrina Chriſtiana.Ad ſuperſtitionem pertinent mille magica

tum artiũ,& ligaturæ,& remedia quæ medicorum quoque diſciplina condemnat,ſiue in præcantationibus, ſiue in quibuſdam notis quas caracteres uocant, ſiue in quibuſdam rebus ſuſpendendis atque inſignãdis.Item Chryſoſt.ſuper Matthæum.Quidam aliquam partem euangelii ſcriptam circa collum portant , ſed nonne quotidie Euangelium in Eccleſia legitur & auditur ab omnibus ? cui ergo in auribus Euangelia poſita nihil proſunt, quomodo enim poſſunt circa collum ſuſpenſa ſeruare? Deinde ubi eſt uirtus Euangelii in figuris literarum , an in intellectu ſenſuum,ſi in figuris bene circa collum ſuſpendis,ſi in intellectu,ergo melius in corda poſita, proſunt, quam circa collum ſuſpenſa.Sed hic eſt reſponſio doctorum,præcipuè ſancti Thomæ ubi ſupra.ar.4.ubi quærit, an ſuſpendere diuina uerba ad collum ſit illicitum, quod in omnibus incantationibus uel ſcripturis ſuſpenſis, duo cauenda uidentur.Primo quidem quid ſit quod ſcribitur,utrum ſit ad inuocationes dæmonum pertinens,manifeſte tunc non ſolum ſuperſtitioſum immo illicitum, & apoſtaſia a fide iudicatur,ut ſupra tactum fuit ſæpe. Similiter etiam cauendum ne cõtineat ignota nomina. &cęt.accipe conditiones ſupra poſitas,& tunc ſicut licitum eſt huiuſmodi ſuper infirmos ore proferre : ita licitum eſt ſecum deferre. Præfati autem doctores reſpectũ habent,& damnant:eum quis ad figuras & literas ſcriptas maiorem haberet aduertentiam & reſpectum, quam ad intellectum uerborum.Et ſi dicatur, quod laicus non intelligens uerba non poteſt habere reſpectum ad intellectum eorum reſpondetur habeat reſpectum ad uirtutem diuinam,& illam committat diuinę uoluntati, ut faciat quicquid placitum fuerit ſuæ pietati. Quo ad tertium,an ſimul dæmon ſit coniurandus & moribus exorcizandus uel econuerſo , aut unum ſine altero. Reſponſio. Hic plura ſunt aduertenda. Primo,an dæmon ſemper ſit quando maleficiatus affligitur. Secundo , cuiuſmodi res poſſunt exorcizari aut adiuuari. Tertio,de modo exorcizandi. Ad primum cum iuxta Damaſc. dæ-

mon

mô ibi eſt,ubi operatur,uidetur quod maleficiatio ſemper præſens ſit cum eum affligat. Item in legenda Beati Bartholomæi tunc uidetur ſanare dæmon,quando ceſſat a læſione.Reſponſio, quod dęmon præſens ſit maleficiato & afflicto hoc poteſt intelligi dupliciter,uel quo ad ſuum eſſe uel quo ad ſuum effectum.Primo modo pręſens eſt in principio dum maleficium intromittit.Secundo modo per ſe non dicitur præſens in ſuo effectu: ſicut etiam cum doctores quærunt, an diabolus cum qualibet culpa mortali hominem ſubſtantialiter inhabitant: dicũt ꝙ non per ſe,ſed per ſuũ effectũ, ſicut dominus inhabitare dicitur ſeruũ,quantũ ad ſuũ dominium aliud tamẽ de obſeſſis. Quo ad ſecundum cuiuſmodi res poſſunt exorcizari.Notandum eſt ſuper doctores Tho.in 4.diſt.6. ſententiam ubi dicit,quod quia propter peccatum hoĩs diabolus accipit poteſtatẽ in hoĩem,& ad oĩa quæ in uſum hominis ueniunt in ipſius nocumẽtũ.Et cum ẽt nulla cõuenientia eſt Chriſti ad Belial.Ideo quandocunque aliquid ſanctificandũ eſt ad cultũ diuinũ prius exorcizatur, ut liberatũ à poteſtate diaboli,qua illud in nocumentũ hoĩs aſſumere poterat Deo conſecretur.Et hoc patet in benedictione aquæ & cõſecratione templi, & in oĩbus huiuſmodi.Vnde cum prima ſatisfactio qua homo Deo conſecrat̃,ſit in baptiſmo,oportet ꝙ ẽt homo prius exorcizet̃ quam baptizetur,multo fortiori ratione ſquam aliæ res, quia in ipſo hoĩe eſt cã quare diabolus ptãtem accipit,in alia quæ ſunt ꝑ ꝑ hoĩem.ſ.peccatũ originale,uel actuale, & hæc ſignificant ea quæ in exorciſmo dicuntur, ut cum dicitur,recede ab eo ſathana & huius ,& ſimiliter ea quę ibi fiunt.Ad propoſitũ ergo cum quæritur an moribus ſit exorcizandus & dæmon adiurãdus,& quid illorũ primo. Reſpõdetur morbus nõ exorcizatur,ſed ipſe homo morbatus & maleficiatus ſicut in puero non exorcizatur infectio fomitis,ſed pueri infectus.Item ſicut prius puer exorcizatur,& poſt,diabolus adiuratur ut recedat,ita maleficiatus prius exorcizatur,& poſt diabolo & eius facturę imperat ut recedat.Item ſicut ſal & aqua exorcizantur, ita

maleficiatio oĩa quæ in ipſius uſum cõuerti poſſunt,ut ci baria & potagia exorcizare & benedicere plurimũ expedi tur. Item licet ritus exorciſmi tenet in baptizãdis, ut fiat exufflatio uerſus occidentalẽ partẽ & abrenunciatio. Secundo manum ad cœlum erectio,cũ ſacra fidei confeſſione Chriſtianę religionis,& tertio ordo,benedictio,& manus impoſitio,& quarto denudatio,& oleo ſancto unctio ex poſt baptiſmum communio, & candidiore ueſtis induitio,tamen nõ eſt neceſſe ut hæc circa maleficiatũ exorcizandum fiat,ſed quod primo pure & debite ſit cõfeſſus candelam accẽſam ſi poteſt teneat,& ſacram cõmunionẽ recipiat,& loco ueſtis candidę,candela benedicta in longitudine corporis Chriſti,aut ligni crucis nudo corpore circumligatus maneat.Dici ergo poteſt.

Exorcizo te Petrũ,aut Barbarã infirmum,ſed ſacroſanctæ baptiſmate renatã,p Deũ uiuũ,p Deũ uerum,p Deũ ſanctum,per Deũ qui te ſuo præcioſo ſanguine redemit, ut fias homo exorcizatus,ut effugiat atque diſcedat a te omnis fantaſia & nequitia diabolicæ fraudis,omnisq́; ſpiritus immũdus, adiuratus per eum qui uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos,& ſeculum per ignem,Amen. Oremus,Deus miſericordiæ,Deus clemens , qui ſecundum multitudinem miſerationum tuarum,quod diligis,corripis,pie ad emẽdationem coerces,te inuocamus Domine, ut famulo qui in corpore patitur membrorum debilitatẽ gratiam tuam conferre digneris,ut quicqũid terrena fragilitate corruptum,quicquid diabolica fraude uiolatum eſt,unitati corporis eccleſiæ membrum redemptionis annecte,miſerere Domine gemitũ,miſerere lachrymarum eius,& non habentem fiduciam niſi in miſericordia tua, ad tuæ ſacramentum reconciliationis admitte,per Chriſtum dominum noſtrum,Amen. Ergo maledictæ diabole recognoſce ſententiam tuam,da honorem Deo uero & uiuo,da honorẽ Domino Ieſu Chriſto,ut recedas,ab hoc famulo cũ tua factura quem dominus noſter Ieſus Chriſtus ſuo præcioſo ſanguine redemit. Demum ſecundò & tertiò iterũ exorcizet,ut ſupra cũ orationibus . Oremus

Deus

Deus qui factūræ tuæ ſemper pie dominaris affectu,in clina aurem tuā ſupplicationibus noſtris,& famulo tuo ex aduerſa ualetudine corporis laborātem,placatus reſpi ce & uiſita , & ſalutari tuo,& cœleſtis gratiæ,præſta ei medicinam per Chriſtum dominum noſtrum,Amen. Ergo maledictæ diabole,&c.ut ſupra.Pro tertio exorciſmo oratio.Deus infirmitatis humanę ſingulare præſidium, auxilij tui ſuper infirmum noſtrum oſtende uirtutem,ut ope miſericordiæ tuę adiutus,uel adiuta,eccleſiæ tuæ sā ctæ incolumnis repræſentari mereatur,per Chriſtum Do minum noſtrum,Amen.

Et ſemper aſpergat cum aqua bñdicta.Et nota qđ hic modus præſcribit,nō qđ omnino ita fieri debeat,aut qđ alij exorciſmi nō ſint maioris efficatiæ,ſed ut mod⁹ exor cizādi & adiurādi habeat.Iu antiquis.n.hiſtorijs & eccle ſiatū libris interdū deuotiores & efficatiores exorciſmi reperiunt,ſed quia in omnibus Dei reuerētia ſit prepone da,agat ſecundū hoc unuſquiſq; quantū expediēs fuerit, concluſiue ex præmiſſis conclu dēdo propter ſimplices, ſit modus iſte exorcizandi maleficiatum,ut primo purā faciat confesſionem. Iuxta ca.alle.ſæpe ſi per ſortiarias. Demum fiat diligēs inquiſitio per ſingulos angulos , & in lecti ſterniis culcitris,& ſub limine oſtii,ſi fortaſſis, in ſtrumēta maleficii cauta poſſunt inueniri,iumēta etiam ſtatim ſunt ad ignem proiiciēda,expediret etiam,ut cun cta renouarentur in lecti ſterniis & indumētis,habitatio nem etiam & domum mutaret.In caſu uero quo nihil in uentum,fuerit,tūc exorcizandus ſi poteſt eccleſiam intra bit mane,& quanto die ſanctiores,ut feſta beatę Virginis,aut uigiliæ exiſtunt,tanto,melius ſacerdos etiam con feſſus,& in bono ſtatu,amplius proficiet teneat itaque exorcizandus candelam in manu benedictam,melius quo poterit ſedēdo,aut genua flectendo, & qui aſſuat deuotas orationes pro eius liberatione fundant,& incipiat læ tantiam inchoando.Adiutorium noſtrum in nomine dñi & habeat reſpondētem,aſpergat,ipſum aqua benedicta, & ſtolla circundabit collum,& ſubinferat pſalmū,Deus

in adiutorium,& proſequitur lætaniam,ut maioris eſt ſu per infirmos dicendo ad inuocationem ſanctorum , ora pro eo,uel orate,& propitius eſto,libera eum domine,ſin gula proſequendo uſq; ad finem ubi orationes ſunt dicēdæ,tunc loco orationum incipiat exorciſmum, & continuabit modo præſcripto,uel alio meliori,ut ſibi uidebitur.Poſſent etiam huiuſmodi exorciſmi continuari ad mi nus ter in ſeptima,ut ſic multiplicatis interceſſionibus gratia,obtineatur ſanitas.Verum poſt oīa cōmunicādus eſt eucharistiæ ſacramento,licet quidam ante exorciſmū hoc faciendum putant,& in confeſſione attendat confeſſor,ſi aliquo uinculo excōmunicationis eſſet inundatus, uel ſi unquam temere innodatus abſolutionem a ſuo Iu dice non recepiſſet,tunc enim licet ad cautelam eū abſol uat,tamen reddita ſoſpitate à ſuo Iudice qui eū ligauerat quærat.Attēdendū quo ubi exorciſta non habet ordinem exorciſtatus,tūc procedere poteſt per orationes , & ſi legere nouit ſcripturas,legat euāgelia quatuor primo euangeliſtarum,itē euāgeliū.Miſſus eſt angelus,& paſſionem Domini quæ oīa magnam hab ēt,uirtutem ad expulſionē operum diaboli.Item euāgelium.S.Ioan.In principio erat Verbum ſcribatur,& ad collum infirmi ſuſpendatur, & ſic gratia ſanitatis a Deo expectetur.Verū ſi quis quæreret de differentia inter aquę benedictę aſperſionem, & exorciſma,cum utrunq; in effectu contra dæmonis moleſtiam ordinatur.Reſpondit S. Thomas ut ſupra diſt.6. diabolus impugnat nos ab exteriori & interiori . Aqua ergo benedicta ordinatur contra impugnationē diaboli, quę eſt ab exteriori,ſed exorciſmus contra impugnationem diaboli quæ eſt ab interiori,unde illi cōtra quos da tur dicuntur energumini,ab eo,quod eſt intra,& geron, labor , quaſi intus laborantes.In maleficiato ergo exorcizādo utrunq; adhibetur,cū utrobiq; moleſtētur.Verum quo ad ſecundum principale,quid agendum ubi gratia ſanitatis per exorciſmos non obtineatur ? Reſponſio.Licet ſex ex cauſis hoc fieri poſſit,eſt tamen una ſeptima ſuper quam iudicium noſtrum ſupenditur.Nam quod aliquis

non

non liberatur,aut hoc eſt propter paruitatem fidei circũ ſtantium,aut ipſum ægrotum offerentium, aut propter peccata maleficium ſuſtinentium,aut propter accommo da remedia adhibere negligentium,aut propter exorciſtę aliquod in fide uitium,aut propter reuerentiam uirtutũ in alio exiſtentium,propter purgationem,uel meritũ ma leficium patiẽtium:De primis quatuor docet euangelica uirtus.Matthæi 17.& Marc.9.In patris unice filii ſui lunatici,& diſcipulorum CHRISTI præſentia. Primo enim aſſerens ut turba fide carebat,unde patèr cum lacry mis orauit:Credo Domine adiuua incredulitatem meam Et ad turbam IESVS ait.O generatio incredula & peruerſa,quouſque ero uobiſcum? De ſecundo,uidelicet de ſuſtinente dæmonem,IESVS increpabat eum.ſ.filium, quia B.Hierony.ibi dicit,propter peccata ſua à dæmone fuerat oppreſſus.De tertio,de neglectu debitorum remediorum patet quia non fuerunt præſentes boni & perfecti uiri.Vnde Chryſoſt.ibi dicit, Columnę fidei, uidelicet, Petrus,Iacobus,& Ioannes non aderant,ſicut in transfi guratione CHRISTI præſentes erant, nec oratio & ieiunium,aderãt,ſine quibus Chriſtus ait,hoc genus dæmo niorũ nõ eiicitur.Vnde Orige.ibi dicit,Si aliquãdo oportuerit circa orationem aliquid patiẽtiũ remanere, nõ ad miremur,neq; interrogamus,neq; loquamur quaſi audiẽ ti ſpiritu,immundo, ſed abigamus ieiunijs orationibus noſtros ſpũs malignos,& gloſa dicit,Hoc genus dæmonii id eſt,iſta carnalium uoluptatum mutabilitas,ad quem,ſ. ſpiritus ille inclinabat,nõ uincitur,niſi ſpiritus orationẽ confirmetur,& caro per ieiuniũ maceretur. De quarto exorciſtæ uicio,præſertim ſcilicet in fide. Patet ibidẽ de CHRISTI diſcipulis præſentibus. Vnde poſtea ſecreto diſcipuli quærentes cauſam ſuæ impotentię. Reſpondit propter incredulitatem ueſtram.Amen dico uobis ſi habueritis fidem ſicut granũ ſinapis dicetis monti huic tollere.&c.Vbi Hylarius.Crediderunt quidem apoſtoli, ſed nondum erãt perfecti in fide,nam Domino in mõte mo rante cum aliis tribus,& illis cum turba reſidentibus,qui

dam

dam tepor eorum fidem relaxauerat. De quinto patet in uita patrum, ubi legimus aliquando obſeſſos non liberatos per S. Antoniũ, ſed per diſcipulũ eius Paulum fuiſſe liberatos. De ſexto patuit ſupra quia nõ ſemper cũ quis liberatur à culpa liberatur à pœnis, ſed remanet interdũ pœna in uindictam & ſatisfactionẽ præcedentis delicti, & adhuc illud remedium, de quo fertur quod plures fuerint liberati, uidelicet, quod maleficiati de nuouo fuerint baptizati, licet ſub conditio ne ſuper quo ut præmiſi nil determinare debemus. Veriſſimum tamen exiſtit, ꝙ cum debitè quis ante baptiſmum non fuit exorcizatus, utique diuina permiſſione diabolus ſemper maiorem recipit in talem poteſtatem, patet ex præmisſis nec ambiguum eſt, quia plures negligẽtiæ, ſiue a ſacerdotibus nõ bene diſpoſitis, ubi iam quartum impedimẽtum prænotatum tangitur, uidelicet exorciſtæ uicium committunt, ſiue a uetulis quæ tempore necesſitatis debitum modum baptizãdi non ſeruant. Nec tamen aſſerere uolo quin ſacramenta a malis conferri nõ posſint, & quod imo quãtumcunq; malus baptizat & conficit, dummodo debitè debita forma & uerborum, materia in intentione baptizat ordinatus & cõficere intẽdat, ſic a ſimili in exorcizando rite procedat, & nõ ſuffuſus aut uiolentus, unde & ſine actuali uel habituali intentione, & utinam non ceſpitando, & uerba neceſſaria obmittendo, huiuſmodi ſacris officijs ſe immiſceatur: Reuera ſicut ad conficiẽdum quatuor eſſentialia deſeruiunt, ſcilicet, materia, forma, intentio, ordo, modis tamen prætactis, & ubi unum deruit, nec conficere poterit, ita circa exorciſmos ſuo modo aſſerere oportet. Nec obiectio ualet, quod ſine exorciſmis in primitiua eccleſia baptizabantur, aut etiam quod nunc caracterẽ baptiſmalẽ ſine eo ualeat baptizatus recipere, quia ſic Gregorius in uanũ exorciſmos inſtituiſſet, & eccleſia in ſuis ceremoniis potius erraret. Quare nec auſus ſum omnino reprehendere qui maleficiatos ſub conditione uellẽt rebaptizare, & neglecta fortasſis recuperare. Fertur etiam de illis qui de nocturno tẽpore in ſomnis ꝑ alta ædificia

ſine

ſine læſione ſolent incedere, qđ utique opus eſſe maligni ſpiritus tales ſic deferentes plures aſſerunt, hi cum re baptizantur melius habere noſcuntur, & mirum ꝙ ubi nominibus proprijs annuuntur, ſubito ad terram colliduntur, ac ſi fortaſſis illud nomen nõ debite in baptiſmo fuerit impoſitum. Expedit lectorem eſſe attentum ſuper ſex illa impedimenta, licet enim ſuper energuminos aut poſſeſſos, & non ſuper maleficiatos ſonant, tamen quia æqua uirtus utrobique requiritur, diuina imo dici poteſt quod maioris ſit difficultatis maleficiatũ curare, quàm energuminum aut poſſeſſum, ideo illa impedimẽta, ſi ibi poſſunt habere locũ, & a fortiori ſuper maleficiatos, qđ tali ratione probatur. Nam ut ſupra patuit ca. 10. aliqui poſſidentur interdum pro nullo proprio delicto, ſed pro leui alieno, & uarijs alijs de cauſis. In maleficio aũt quando adulti maleficiunť, ut plurimum eis contigit, quia in animæ necationem grauiſſime à dęmone ab intus poſſidẽtur. Vnde duplex labor circa maleficiatos, ubi ſimplex circa poſſeſſos ab extra requiritur de hac grauiſſima poſſeſſione. Caſſia. colla. abba. Sereni, dicit: Illi ſunt ueri miſeri ac miſerabiles iudicandi, qui cum ſe uniuerſis criminibus flagitijsq; cõtaminant, nõ ſolum nullum in eis ueriſimiliter ſignum diabolicæ ſuppletionis oſtenditur, ſed nec aliqua quidem operibus eorũ cõdigna tẽtatione, nec ullum flagellum correptionis infertur, non enim merentur celerem tẽporis iſtius expeditamq; medicinam, quorum duritia & impœnitens cor, pœnã uitæ pręſentis excedens, theſaurizant ſibijpſis iram & indignationem, in die iræ & reuelationis iuſti iudicij, in quo uermis eorum nõ extinguetur. Et iterum idem Caſſianus comparando corporalem poſſeſſionem ad animũ per peccatũ, paulo ante dicit: Multo grauius, inquit, conſtat illos uehementiusq; uexari, qui cũ corporaliter ab ipſis affligi minime uideantur, animo tamen pernicioſius poſſidẽtur, eorum ſcilicet uicijs & uoluptatibus inuoluti, ſecundum apoſtoli nanq; ſentẽtiam, a quo quis ſuperatur, eius ſeruus efficitur, niſi quod in hoc iſti deſperatius ægrotant, & cum ſint eorum

mancipia, nec impugnari ſe ab illis, nec dominatum eorũ ferre cognoſcũt. Ex quibus elicitur, quod a fortiori maleficiari in corpore, nõ tamen poſſesſi à dęmone ab extra, ſed ab intra, quò ad animæ necationem, grauius propter plura impedimenta ſanantur. Quo ad tertium principale ſcilicet quo ad remedia, notandum ꝙ quia opera illa ſunt duplicia. Licita omnino & non ſuſpecta, aut ſuſpecta, & nõ omnino licita, & de primis ſupra tactũ eſt immediatè c. 5. circa finem ubi dubitatio ponitur ſuper herbas, aut petras, ut maleficia repellant, quomodo hoc licitum ſit. De ſecundis uero remedijs quæ uidẽtur eſſe ſuſpecta, nõ tamen omnino licita, nunc tractandũ, aduertere oportet ea quæ in ſecũdo principali huius ſecundæ partis operis, tacta ſunt, de quatuor remediis quorum tria cenſentur illicita, quartum aũt nõ omnino licitum, ſed uanũ, de quo & canoniſtæ loquũtur, ꝙ licitum eſt uana uanis contundere. Sed quia nos inquiſitores huius opinionis ſumus cũ ſancti doctorib. quod in caſu quo remedia per ſacra uerba & exorciſmos licitos nõ ſufficiunt, & hoc propter impedimẽta ſuperius tacta, in numero ſex aut ſeptem, quòd tunc tales maleficiati hortandi ſunt ad patientiam æquanimiter, ad tollerandum mala præſentis uitę in ſuorum criminum purgationem, & non ulterius quærere quocũque modo ſuperſtitioſa & uana remedia. Ideo ſi quis prę miſſis licitis exorciſmis non contentus, ad huiuſmodi uana ad minus remedia, de quibus ſupra tactum eſt ſe transferre uoluerit, ſciat hoc non noſtra uoluntate aut admiſſione fieri, ſed qđ polita & enucleata fuerũt ibidem talia remedia factum fuit, ut tantorum doctorum ut Scoti & Hoſtienſis, &c. ex parte una, & aliorum theologorum ex parte altera, dicta quocũque modo concordarentur. Fatemur ergo cum ſancto Auguſtino in quodam ſermone contra ſortilegos & diuinatores, & intitulatur ſermo de augurijs, ubi dicit, Fratres, noſtris me frequentius ſupplicaſſe, ut cõſuetudines paganorum & maleficorum minime ſeruare deberitis, ſed hoc proficit apud alios parum. Et quia ſi uobis non dixero, pro me & pro uobis

redditurus

redditurus ſum in diei Iudicij rationem, & uobiſcum mi hi neceſſe erit æterna ſupplicia ſuſtinere. Ergo apud Deũ me abſoluo, dum iterum atque iterum admoneo & con teſtor,ut nullus ex uobis diuinos aut ſortilegos requirat, nec eos de qualibet re aut cauſa, aut infirmitate interroget, quia quicunque fecerit hoc malum,ſtatim peribit in eo baptiſmi ſacramentum, & continuò ſacrilegus & paganus efficitur,& niſi pęnitentia ſubuenerit, ſtatim in æternum peribit. Et poſtea ſubdit: Nullus dies exeundi & redeundi obſeruat, fecit enim Deus omnia bona ualdè, & qui unum diem & alterum ſtatuit, ſed quoties neceſſi tas urget faciendi aliquid aut exeundi,ſignatæ uos in nomine Chriſti,& ſymbolum, uel Orationem Dominicam fideliter dicentes, ſecuri in Dei adiutorio agatis. His autem quidam ſuperſtitioſi,& filii nimirum huius ſeculi,nõ contenti,errores erroribus accumulare uolentes,ultra in tellectum & intentionem Scoti,& Canoniſtarum,his argumẽtis ſe defendere conantur. Quia enim res naturales habẽt quaſdam uirtutes occultas, quarum ratio ab homi ne aſſignari non poteſt, ſicut & adamas trahit ferrum. Et multa alia,quæ Auguſtinus 21.de ciuitate Dei enumerat, ideo inquirere de huiuſmodi rebus pro ſanitate inquiren da,ubi exorciſmi & naturales medicinæ deficiũt,nõ erit il licitũ,licet uideatur uanũ,hoc aũt fieret, ubi quis ꝑ ima gines nõ nigromanticas,ſed aſtrologicas.uel ꝑ anulos & huius ſanitatẽ in ſe uel in alio procurare uellet. Item arguunt,ſicut corpora naturalia ſubdũtur corporibus cœle ſtibus, ita ẽt corpora artificialia, puta imagines ſortiunt quaſdã uirtutes occultas,ſpeciẽ cõſequẽtes, ex impreſſio ne corporũ cęleſtiũ,ergo ẽt corpora artificialia,puta ima gines ſortiuntur aliquã uirtutẽ occultã,à corporibus cœ leſtibus ad aliquos effectus cauſandos,ergo uti eis & aliis huius non eſt illicitum. Pręterea dęmones poſſunt multi pliciter corpora trãſmutare, ut Auguſt.3.de trini.dicit, & patet in maleficiatis,ergo licet uti etiam eorũ uirtute ad tollendum illa,ſed reuera in oppoſitum ſunt dicta om nium ſanctorum doctorum, ut ſatis & ſparſim hinc inde

patuit,

patuit. Vnde ad primũ dicĩ, qđ ſi res naturales ſimpliciter adhibẽt ad aliquos effectus producẽdos, ad quos putanẽ habere naturalẽ uirtutẽ nõ eſt illicitũ. Si uero adiungãtur uel caracteres aliqui, uel aliqua quęcũq; ignota, & uanæ obſeruationes, quæ manifeſtũ eſt naturalẽ nõ habere ſuper hoc efficaciã, erit ſuperſtitioſum & illicitũ, unde S.Thom. in 2.q.96.ar.2. in pede quæſtionis tractans hanc materiam, dicit, ꝙ in iis quæ fiunt ad aliquos effectus corporales inducendos, utpote ſanitatem, uel aliquid huius, conſiderandum eſt utrum uideantur naturaliter poſſe tales effectus cauſare, & quia licet cauſas naturales adhibẽre ad ſuos effectus, ideo non eſt illicitum. Si autem uideãtur non poſſe naturaliter tales effectus cauſare, conſequens eſt quod nõ adhibentur ad hos effectus cauſandos tanquam cauſæ, ſed ſolum quaſi ſigna, & ſic pertinent ad pacta ſignificationum cum dæmonibus inita, unde Auguſtinus 21. de ci. Dei. alliciuntur dæmones per creaturas, quas non ipſi, ſed Deus cõdidit delectabilibus, pro ſua diuerſitate diuerſis, nõ ut animalia cibis, ſed ut ſpũs, ſignis. per uaria genera lapidum, herbarũ, lignorũ, animalium, carminum, rituum. Ad ſecundum dicit idem doctor, uirtute naturales corporum naturalium conſequuntur, eorum formas ſubſtantiales quas ſortiuntur ex impreſſione corporum cęleſtium, & ideo & ex eorundem impreſſione ſortiuntur quaſdam uirtutes actiuas. Sed corporum artificialium formæ procedunt ex cõceptione artificis, & cũ nihil aliud ſint quàm compoſitio, ordo & figura, ut dicitur 1. Phyſi. non poſſunt habere naturalem uirtutem ad agendum. & inde eſt quod ex impreſſione cœleſtium corporum, nullam uirtutem ſortiuntur, inquantũ ſunt artificialia, ſed ſolum ſecundum materiam naturalem, falſum eſt ergo quod Prophirio uidebatur, ut Auguſt. dicit. 10. de ci. Dei. herbis, lapidibus, & animantibus, & ſonis certis, quibuſdã etiam uocibus & figurationibus, ac figmentis quibuſdã etiam obſeruatis in cœli auerſione, motib. ſyderum fabricari in terra ab hominibus poteſtates idoneas uariis effectibus ſyderum exequendas, quaſi effectus

magi-

magicarum, artium ex uirtute cœleſtium corporum prouenirent. Sed ſicut Auguſt. ibi ſubdit, totum hoc ad dæmones pertinet ludifactores animarum ſibi ſubditarum. Vnde etiam imagines quas aſtronomicas uocant, ex operatione dæmonum habent, cuius ſignum eſt, eis inſcribi quoſdam caracteres, quę naturaliter nihil operãtur, non enim eſt figura principium actionis naturalis, ſed in hoc diſtant aſtronomicæ imagines a nigromanticis, qđ in nigromanticis fiunt expreſſe inuocationes, unde & ad expreſſa pacta cum dæmonibus inita pertinent. Aſtronomicæ ad tacita pacta propter figurarũ & caracterum ſigna. Ad tertium non eſt huiuſmodi poteſtas ſuper dæmones commiſſa, ut eis licite uti poſſit ad quodcunq; uoluerit, ſed eſt ei cõtra dæmones bellum indictũ, unde nullo modo licet homini dæmonũ auxilio uti per pacta tacita uel expreſſa. Hæc Thomas. Ad propoſitum, quia dicit nullo modo, nec etiam quibuſcunque uanis, quibus uidelicet ſe dęmon quocunq; modo poſſit immiſcere. Si tamen ſunt adeo uana, ut & fragilitas humana pro recuperanda ſanitate illa aggreditur, doleat de pręteritis, caueat de futuris orat ut ſibi debitum dimittatur, & in tentationem non amplius inducatur, inquit Auguſtinus in fine regulæ.

Remedia contra grandines, & ſuper iumenta maleficiata.

CAP. VII.

QVALITER denique iumenta maleficiata poſſint remediari, ſimiliter & tempeſtates aeris. Notanda ſunt primo quædam remedia illicita, quæ à quibuſdam practicantur. Nam quibuſdam uerbis aut factis ſuperſtitioſis, ut qui uermes in digitis aut membris, per quadam uerba & carmina illicita curant, de quibus carminibus qualiter cognoſcun-

tur ut ſint licita uel non, in præcedenti capite tactum eſt. Alii ſunt qui ſuper iumenta maleficiata non aquam benedictam ſpergũt, ſed ori infundunt. Primũ remedium uerborum eſſe illicitum ultra præmiſſa Guilielmus ſæpe allegatus ſic demonſtrat. Si enim uerbis ineſſet uirtus & dicamus uerbis, ut uerbis, tunc ex quinq; modis eſſet unus, uel ex parte materiæ. i. aeris, aut ex parte formæ, hoc eſt ſoni, aut ex modo ſignificandi, aut ex parte omnium ſimul, nam primum, qui aer non interficit niſi ſit uenenoſus, ſonus etiam non, quia excellens obiectum corrumpit potẽtiam, nec tertium, quia tunc hoc nomen diabolus uel mors inferius illa nocerẽt ſemper, & ſanitas bonitas ſemper prodeſſent, item nec omnia ſimul, quia totum aggregatum ex pãrtibus inualidis, etiam totum eſt inualidum. Nec ualet ſi obiicitur, Deus cõtulit uim uerbis, ſicut herbis, & lapidibus, quia ſi quæ uirtutes inſunt quibuſdam uerbis, aut ſacramentalibus, aut aliis benedictionibus & carminibus licitis, has habent in ſe nõ ut uerba, ſed ex inſtitutione & ordinatione diuina, & ex pacto Dei, ſicut ſi Dominus diceret, quicunque hoc fecerit, faciam ei hanc gratiam, & ſic uerba in ſacramentis efficiũt, quod ſignãt. quamuis ſecundum alios etiam habent uirtutem intrinſecã, ſed prima opinio quia iam deſeruit, ideo amplectitur. De aliis autem uerbis & carminibus, patet ex præmiſſis ꝙ ut uerba ſunt uerba compoſita, uel prolata, aut figurata nihil efficiunt, ſed inuocatio nominis diuini & obſecratio quæ eſt per ſacra, quædam proteſtatio cõmittendũ effectũ diuinæ uoluntati proſunt. Remedia etiam operũ quæ illicita uidentur, ut ſupra tactum eſt. Et etiam ubi in partibus Sueuiæ plurimum practicatur, ꝙ prima die Maii ante ortum ſolis, mulieres uillanæ exeunt, & ex ſiluis uel arboribus, deferunt ramos de ſalicibus aut alios frondes, & ad modum circuli plectentes, in introitu ſtabuli ſuſpendunt, aſſerentes ꝙ per integrum annũ iumenta cuncta illæſa à maleficis remanent & præſeruãtur, hoc quidem remediũ ſecundum opinionem illorum qui dicunt uana uanis contundere poſſe, nõ eſſet illicitum, ſicut nec etiã qui

per

per carmina ignota morbos expellerent. Sed ſine offenſo ne procedēdo dicamus, ꝙ ſi prima die uel ſecūda, mulier uel quicunque egrediatur, non habens reſpectum ad Solis occaſum uel ortum, colligit herbas, frondes, aut ramos cum oratione dominica, aut ſymbolo fidei, ſuſpendit illa ſuper oſtium ſtabuli, bona fide, cōmittens effectum cuſtodiæ diuinę uoluntati, non erit irreprehenſibilis, ut ſupra in pręce. c. ex uerbis Hiero. & habetur 26. q. ultimo. licet herba & petras habere etiam ſuſtinenti dæmonium ſine incātatione. Ad idem ſunt qui intra uinetas aut ſegetes, ſignum crucis, frondes, aut flores benedictos in die palmarum continent, erigunt, & aſſerunt ꝙ undique frugibus per grandines læſis, ſegetes in eorum campis illęſi remanſerunt. De quibus iuxta diſtinctionem tactam diſcernendum uidetur. Ad idem, ſunt quæ pro conſeruatione lactis, ne uidelicet uaccæ per maleficia priuentur integrum liquorem lactis quem die ſabbati colligunt, pauperibus gratis pro Deo diſtribuunt, & per huiuſmodi eleemoſynam, aſſerunt uaccas etiam ſub ubertate ampliori lactis a maleficiis præſcrutari. In quo opere nihil ſuperſtitioſum iudicatur, dummodo pietatis cauſam quam pauperibus exhibent, etiam diuinam pietatem implorare pro cōſeruatione iumentorum taliter proponunt, ut tamen affectum cuſtodiæ diuinæ prouidentiæ, pro ſuo beneplacito relinquunt. Præterea Nider in ſuo præceptorio præcepto primo c. dicit, quod etiam per carmina ſcripta & uerba ſacra licet iumenta ſicut homines infirmos benedicere, & per ea quę incantationis ſpeciem habere uidetur, dummodo ſeptem pręmiſſæ conditiones ſeruantur, dicit enim quod a dæuotis perſonis & uirginibus experientiā habuerit, quod adhibito ſigno crucis ſuper uaccam, & dominica oratione cum ſalutatione angelica trinies, uel circiter, ceſſat opus dæmonis, et ſi eſt per maleficium. & in ſuo Formicario conſtat quod malefici de ritibus eccleſię ueneratis & ſeruatis ſua maleficia præpediri fatentur, ut per aquæ benedictæ aſperſionem, per ſalis conſecrati ſumptionem, per candelarum in die purificationis & palma-

rum in die palmarum conſecratarum uſum licitum,& ſi milia,quia ad hoc talia eccleſia,exorcizat,ut uires dæmo nis imminuant. Preterea quia maleficę quando uolunt iumentũ priuare liquore lactis,ſolẽt ex illa domo in qua iumentum moratur,modicum lactis,uel butiri,ex illo iu mento coagulatum petere,ut ſit cõſequenter ualeant ꝑ ſuam artem iumentum maleficiare,ideo ſint cautę mulie res,a quibus ſuſpectæ huiuſmodi petũt,ne eis in minimo mutent aut donent.Præterea ſunt certæ mulieres quæ dũ ſentiunt quod in coagulando butirum nihil proficiunt, ſicut in uaſis oblongis ad hoc aptis laborare.ſolẽt,tunc ſi ſubito ex ſuſpectæ maleficæ domo modicum butiri habe re poſſunt,tria fruſtra ſeu bolos ex illo butiro faciunt, & ſub ſanctiſſimæ trinitatis inuocatione, patris & filii, & ſpiritus ſancti, illa fruſtra in uaſculum proijciunt, & ſic omne maleficium fugatur,ubi iterum incidit, uanum ua nis cõtondere tantummodo ex eo quod butirum a male fica ſuſpecta habet mutare,quod ſi abſq; hoc ſubinuoca tione ſanctiſſimæ trinitatis orationem dominicam adiun gendo,etiamſi de proprio butiro,ſiue alieno ſi proprium non haberet tres pecias immitteret, effectum diuinæ uo luntati committens,irreprehenſibilis maneret,licet com mendanda nõ eſſet propter tres uidelicet pecias butiri im miſſas,commendanda autem ſi per aſperſionem aquæ be nedictę,ſalis exorcizati immiſſionem,cum oratione,ut ſu pra maleficiũ fugaret.Præterea quia ſæpe omnia iumẽta maleficiis interficiuntur,aduertere debẽt quibus talia ac cidunt,& ſub limine oſtij ſtabuli,aut pręſepe,uel ubi ade quãtur terra amoueatur,& alia terra cũ aſperſione aquę benedictæ ad illa loca reponatur,quia ſæpe maleficę faſſę ſunt maleficii aliqua inſtrumenta ad illa loca occultaſſe, faſſæ quod ad inſtantiam dęmonum tantummodo foueã facere habeant,dęmon autem maleficiũ repoſuiſſe, quod quidem maleficium res uiliſſima erat,ut lapis,lignũ, uel mus aut ſerpens aliquis,conſtat enim quod diabolus ma leficia operatur per ſe,nec in illis rebus indiget conſenſu aut & perditionẽ maleficę quærit, unde & ipſam aliquo

modo

modo cooperari cogit. Contra grandines ueros & tempe ſtates ultra ea quę ſupra ſigno crucis erecto hoc remedium practicatur, lapilli enim tres ex grandine in ignem, ſub inuocatione ſanctiſſimæ trinitatis, ſubiiciuntur oratio dominica, cum angelica ſalutatione bis aut ter adiungitur euangeliũ Ioannis, In principio erat Verbum, cum ſigno crucis undique contra tempeſtatem, ante & retro, & ex omni parte terræ ſubinfertur. Et tunc cum in fine replicat trinies Verbum caro factum eſt, & trinies ex poſt dixerit per euangelica dicta, fugiat tempeſtas iſta, ſubito ſiquidem tempeſtas ex maleficio fuit procurata ceſſabit. Hæc ueriſſima experimẽta nec ſuſpecta iudicantur, hoc ipſum enim quod lapilli in ignem proiiciuntur, ſi abſque inuocatione diuini nominis fieret, ſuperſtitioſum cenſeretur. Quod ſi dicatur, nunquid ſine illis lapillis ſedari poſſit tempeſtas. Reſpondetur, utique per alia ſacra uerba. Proiiciens autem intendit diabolum moleſtare dum eius facturam per inuocationem ſanctisſimæ trinitatis deſtruere conatur. Ad ignem potius quam ad aquam proiicit, quia citius dum reſoluuntur, eo etiam citius eius factura deſtruitur, effectum tamen cuſtodiæ diuinæ uoluntati cõmittit. Eſt ad hoc quod malefica quædam a Iudice interrogata an per aliquem modum tempeſtates a maleficiis concitatæ ſedari poſſent. Reſpondit, poſſunt, per hoc, uidelicet. Adiuro uos grandines, & uentos, per quinq; uulnera Chriſti, & per tres clauos, qui eius manus & pedes perforarunt, & per quatuor euangeliſta ſanctos, Matheũ, Marcum, Lucam, & Ioannem, ut in aquã reſoluti deſcendatis. Fatentur etiam multæ licet quędam ſpontẽ, quędã in torturis & difficulter, quod quinque ſunt, per quæ multum impediuntur aliquando in toto aliquando in parte, aliquando ne in perſonam hominis fiant, aliquando ne in ſuis amicis, & ſunt fidem integram, uel Dei præcepta ſeruantibus, ſe ſigno crucis, & orationibus munientibus. Ritus & cæremonias eccleſiæ colentibus, publicam iuſtitiã bene exequentibus, & Chriſti paſſionem uerbo uel mẽte ruminantibus Vnde & Nider ubi ſupra ea de cauſa uni-

uerſaliter uel communiter in eccleſia campanæ cõtra au ram pulſantur,tum ut tãquam tubas Deo cõſecratas dę mones recedant a ſuis maleficiis,tum etiã ut populus ex citatus Deus contra tempeſtates inuocet, & eandem ob cauſam cum altaris ſacramento & ſacris uerbis, ad aurã ſedandam proceditur cọmmuniter,ex antiquiſſima conſuetudine eccleſiarum,in Gallia,& in Germania.Sed quia hic modus circa deportationem ſacramenti ad auram ſedandam,uidetur multis quoddam ſuperſtitioſum,non intelligẽtes regulas per quas agnoſcitur aliquid ſuperſtitioſum uel non.ideo conſiderandnm eſt,quod quinque dantur regulæ ſeu cõſiderationes,ꝑ quas quilibet agnoſcere poteſt,an opus Deo exhibitum ſit ſuperſtitioſum,id eſt, ſupra modum Chriſtianæ religionis obſeruatum, uel ſit ad debitum cultum & honorem Deo exhibendum, tam in cordis quam corporis actibus, ex uera uirtute religionis progrediẽns,iſta enim eliciuntur ex gloſa ſuper illud apoſtoli ad Collo.2.quæ ſunt rationem habẽtia ſapiẽtiæ in ſuperſtitione quæ dicit: Superſtitio eſt religio ſupra modum ſeruata,ut etiã ſupra tactum eſt.Prima eſt,quod in omnibus operibus noſtris cum gloria Dei.debeat eſſe principalis finis noſter,iuxta illud,Siue manducatis, ſiue bibitis,ſiue aliud quid faciatis,omnia in gloriam Dei facite,ideo in omni opere ad religionem pertinẽs Chriſtianam attendatur,an opus ſit ad gloriam Dei,& homo in operę det principaliter gloriam Deo,ita quod per ipſum opus & mens hominis Deo ſubiiciatur.Et quidem licet propter hanc regulam cæremonialia,uel etiam iudicialia ueteris teſtamenti,iam in nouo non exercentur,cum ſciamus illa ſub figura,hæc autem in ueritate iam eſſe propalata,tamen deportatio ſacramenti uel reliquiarum ad auram ſedandam,non uidentur contra hanc regulam militare. Item cum ſecũda regula ſit,quod attẽdatur an opus quod fit,ſit ad exercitium uel refrenatiuum concupiſcentiæ,uel abſtinentiæ corporali,modo tamen uirtutæ debitæ,hoc eſt,ſecundum ritum eccleſiæ,uel ſecundum moralem doctrinã,quia apoſtolus dicit.Roma.12.Rationabile

ſit

ſit obſequium ueſtrum,& propter hanc ſecundam regulam,fatuę faciunt uouentes nō pectinare caput ſabbato, uel ieiunare die dominico tāquam meliori die,& ſimilia, non uidetur iterum quod deportatis ſacramentis, &c. ſit ſuperſtitioſum. Item cum tertia regula ſit, quod attendatur an opus ſit ſecundum ſtatutū uniuerſalis eccleſiæ,uel ſecundum ſacræ ſcripturæ teſtimonium,uel ſaltem ſecundum particularem eccleſiæ ritum,aut de conſuetudine generali,quæ ſecundum Auguſtinum pro lege habēda eſt, Vnde & beatus Gregorius ſcribit Anglorum epiſcopo, conquærenti quod ſunt diuerſæ eccleſiæ conſuetudines in miſſarū celebratione. Reſpondit Gregorius, ut ſiue in Romana,ſiue in Galliarum,ſiue in quacunque eccleſia aliquid inueniſti quod plus omnipotēti Deo poſſit placere, ſollicite eligas,diuerſæ enim cōſuetudines eccleſiæ in cultu diuino,in nullo ueritati repugnant, & ideo ſeruandæ, & eas præterire illicitum eſt. Ideo ut in principio tactum eſt,antiquiſſimæ cōſuetudines eccleſiarum Galliæ,& quarundam Germaniæ,cum decreuerint euchariſtiam ad auram deportare,nō poterit hoc eſſe illicitum,uerum quod non in patulo, ſed in ſacrario abſcondito & incluſo.

Item cum quarta regula ſit quod inſpiciatur quòd opus quod fit, habeat naturalem proprietatem ad effectum qui expectatur, alias enim ſi hoc non habet, cenſetur ſuperſtitioſum,ex qua conſideratione caracteres ignoti, & nomina ſuſpecta,etiam imagines aſtronomicæ & nigromanticæ refutantur omnia tanquam ſuſpecta, ideo & ex hac conſideratione non poſſumus dicere quod deportatio reliquiarum, aut euchariſtiæ, contra diabolicas infeſtationes, ſit ſuperſtitioſum, imo religioſiſſimum,cum ibi tota ſalus noſtra contra aduerſarium contineatur. Item cum quinta regula ſit, ut attendatur quod opus quod fit non præbet occaſionem ſcandali uel ruinæ,quia tunc licet non eſſet ſuperſtitioſum, tamē propter ſcandalum eſſet dimittendum, uel differendum, uel occulte ſine ſcandalo faciendum, ideo ſi deportatio talis ſine ſcandalo fieri poteſt,uel ſaltem occulte tūc non

eſt obmittendum. Ex iſta enim regula ſæpe obmittuntur benedictiones per uerba deuota, ſiue ſuper infirmos, ſiue ut ad collum alligentur, & hęc à ſecularibus obmittuntur, dico quod ſaltem nō publicè fiunt, ubi occaſione ruinæ in aliis ſimplicibus præſtare poſſent. Hæc ſufficiant quò ad remedia contra grandines, per uerba & opera licita.

Remedia quædam contra quaſdam occultas dæmonum infeſtationes.

CAP. VIII.

SED iam iterum ſuſpenditur iudicium ad ſcribendum remedia contra quædam terrę frugum nocumenta, quæ per uermes interdum & cinifes, per turmas ad longiſſimas terrarū ſpacia in aere uolātes, ita ut ſuperficiem terræ cooperire uideantur, radicitus, cuncta uirentia, tam in uinetis quàm ſegetibus, & graminibus conſummatis immittuntur. Item remedia contra pueros opere dęmonum ſubtractos. Ad primum tamen dicendū iuxta S.Thomam.2.2.q.90.ubi petit, An liceat adiurarę irrationalem creaturam. Reſpondit quod ſic, per modum tamen compulſionis, quæ referri tunc debet ad diabolū, qui in nocumentum noſtrum utitur irrationabilibus creaturis, & talis eſt modus adiurandis in eccleſię exorciſmis, per quos dæmonum poteſtas excluditur ab irrationabilibus creaturis. Si enim intentio refertur quò ad irrationalem creaturam, quò ad ſe quæ nihil intelligit, uana eſſet, ex quo datur intelligi, quod per exorciſmos licitos, & adiurationes, poſſunt depelli, diuina tamen aſſiſtente clementia, taliter ut prius populo ieiunia, proceſſiones, & aliæ deuotiones iniungantur propter adulteria enim & multiplicat onem criminium, huiuſmodi mala immittuntur,

tuntur, unde & ad confeſſiones homines inducendi ſunt. In nõnullis etiam prouincijs excommunicationes fulminantur, ſed tũc uim adiurationis ſuper dæmones ſortiuntur. Eſt & alia horribilis Dei permiſſio ſuper homines. ubi interdum mulieribus ſubtractis proprijs filijs, & pueris alieni à demonibus ſupponuntur, & hi quidem pueri uulgariter campſores in almanico, & uechſelKind nuncupati ſunt in triplici differentia. Nam aliqui ſunt ſemper macilenti eiulantes, cum tamen quatuor mulieres nulla ubertate lactis unum lactare ſufficerent. Aliqui uero ſunt Incuborum dęmonum opere producti, quorum tamẽ filij non ſunt, ſed propriè illius hominis & uiri cuius ſemen receperũt, ut ſuccubi, uel in ſomnis uiros polluentes, hos enim interdũ pueros diuina permiſſione ſupponunt, ſubſtractis proprijs filijs. Eſt & tertium genus ubi interdum dæmones in ſpeciem paruulorum apparentes, nutricibus ſe coniungunt. Cõmune in omnibus tribus quod multũ ponderoſi macilentes nõ creſcunt, & nulla ubertate lactis ut pręmiſſum eſt, lactantur, & ſępius dicuntur euanuiſſe. Quare autem diuina pietas talia permittit, dicit poteſt ꝙ ex duplici cauſa. Primo, quia parentes pueros nimis diligunt, unde propter eorum utilitatem talia permittuntur. Secundo, quia præſumendum eſt, ꝙ huiuſmodi mulieres quibus talia accidunt, ut plurimum ſunt ſuperſtitioſę, & in multis alijs a dæmonibus ſeducuntur, unde & Dñs uerus zelotes, ſecundum rectum zelum, qui eſt uehemens amor in propriam ſponſam, ex quo alium non ſolum accedere non patitur, ſed nec ſigna adulterii uel ſuſpitionis, ut maritus zeloſus ſuper animam quàm præcioſo ſanguine emit & per fidem deſponſauit, ſuſtinere poteſt in tactu, colloquio, appropinquatione, quocũq; modo cum inimico diabolo & aduerſario ſalutis, & ſi ſigna adulterii maritus zeloſus non patitur, quãtum tunc turbatur quãdo adulterium committit? unde nõ mirum ſi proprii ſubtrahuntur filii, & adulterini ſupponuntur. Et quidem ut fortius iſta imprimantur, & quantum Deus animam zelatur & non uult nec ſigna ſuſpitionem cauſantia pati. Patet ex

antiqua lege, ubi ut populum ſuum funditus elõgaret ab idolatria, prohibuit nõ ſolum idolatriam,ſed multa alia quæ occaſionẽ poſſent præbere ad idolatriam, & quę etiam in ſe nõ uidentur habere utilitatem, quàm tamẽ in ſuo myſtico ſenſu mirabiliter retinẽt, unde non ſolum dixit Exo.22.Maleficos non patieris uiuere ſuper terrã, ſed & hoc adiunxit,nõ habitet in terra tua, ne forte peccare te faciat, ſicut copulatrix occiditur,& peruagari inter homines non permittitur.Nota zelum Dei, Deuterono.22. Deus præcepit: Nidum cum ouis, aut pullis deſuper cubantem matrem,non deberent ſimul ſeruare,ſed matrem permittere auolare, quia hoc gentiles ad ſterilitatem uertebant. Zelotes Dominus in ſuo populo noluit tale ſignum adulterij pati, ſic iam uetulæ inuentionem denarij, ſignum magnifortunij, & per oppoſitum ubi theſaurum ſomniarẽt iudicant. Item præcepit omnia uaſa cooperiri, & uaſculum non habens operculum immundum cenſeri.Error erat ut uenientibus de nocte dæmonibus, aut ut uetulæ dicunt,die ſel igen,ſed ſunt maleficæ,uel dæmones in earum effigiis debent omnia conſumere,ut poſt abundantius tribuant. Colorant quidam, & dicunt,ſchret tellunt contra determinationem doctorum,quòd præter homines & angelos, non ſunt aliæ creaturæ rationales, unde nõ ſunt niſi dęmones.Item Leuit.decimonono:Ne in rotundam attondetis comam, ne radetis barbam,illi enim faciebant idolatriè in uenerationẽ idolorum. Item Deut.uiceſimoſecundo,ut uiri non induerentur ueſtibus mulierum, nec econuerſo q͂d illæ in uenerationem deæ Veneris, & alii in uenerationem Martis, &,deæ priapis. Item ea de cauſa iuſſit deſtrui aras idolorum, & Ezechias deſtruxit ſerpentem æneum quando populus ei uoluit offerre,dicens, cuprum eſt.Et ea de cauſa inhibuit ſomnia non obſeruari & auguria, & præcepit ut uir,aut mulier, in quo phytonicus ſpiritus eſſet, occideretur, ſicut iam ſunt VVarſagerin nuncupati, quæ omnia quia ſuſpitionẽ generant,ad adulterium ſpirituale, ideo ut dictum eſt, ex zelo quem Deus habet ad animas ſibi deſponſatas, ſicut

ſponſus ad ſponſam inhibuit. Sic etiam & nos prædicatores aduertere debemus, quod nullum ſacrificium Deo magis acceptum, quàm zelus animarum, ut Hieronymus ſuper Ezechielem teſtatur. Vnde & conſequenter in tertia parte operis, de exterminio maleficarum, quo ad ultima remedia tractandum erit, hoc ipſum enim ultimum eccleſiæ refugium, ad quod etiam ex diuino obligatur, ut dictū eſt præcepto. Maleficos ne patiaris uiuere ſuper terram, ubi & remedia contra maleficos ſagittarios includuntur, cum & hoc ipſum genus niſi per ſeculare brachium poterit exterminari. REMEDIVM dum quis intuitu commodi, temporalis ſed ex toto dæmoni deuouit, ſicut experientia ſæpe docuit, per ueram confeſſionem licet a diaboli poteſtate liberantur, tamen diu & poſt grauisſime moleſtati, & precipuè nocturnis temporibus fuerunt, & hoc in eorum pœnam Deus permiſit, ſignum autem quod liberati erant, ex illo agnoſcebatur, quia pecuniam in burſis aut capſulis, poſt confesſionem deficiebat, ſuper quæ plurima geſta deduci poſſent, ſed breuitatis cauſa obmittuntur.

MALLEI MALEFICARVM

TERTIA PARS.

AD OPVS IVDICIALE, TAM IN foro eccleſiaſtico,quàm ciuili,contra Maleficos,ac omnes Hæreticos pertinens, XXXV. Quæſtiones complectens.

IN QVIBVS REGVLA INCHOANDI Proceſſum,iudicii,continuatio,& ſentẽtiandi modus, luculentisſimè demonſtratur.

Quis ſit competens Maleficarum iudex.

QVAESTIO PRIMA.
Generalis & introductoria.

VTRVM maleficæ & earum fautores,receptatores & defenſores,ita ſubiiciuntur iudicio eccleſiaſtico diocœſanorum,& ciuili, quod ab earum inquiſitione ualeant hæreticæ prauitatis inquiſitores eſſe exonerati,& arguitur quod ſic.Nam in ca.accuſatus.§.ſane.lib.6.dicitur: Sanè cum negotium fidei quod ſumme priuilegiatum exiſtit,per occupationes alias non debeat impediri peſtis inquiſitores hæreticæ a ſede apoſtolica deputati,de diuinationibus aut ſortilegiis ,niſi hæreſim ſaperent,manifeſte intromittere ſe non deberent,nec punire talia exercentes,ſed relinquere ſuis iudicibus puniendos.

niendos. Nec uidetur obſtare quod hæreſis maleficarum hic non exprimitur, tum quia eiſdem pœnis in foro conſcientię puniuntur, de conſe.diſt.1.pro dilectione. Si diuinatorum & maleficorum peccatum occultum ſit, interponitur pœnitentia quadraginta dierum, ſi notorium euchariſtiæ denegatur,& quorum in eadem pœna etiam idem iudicium decernitur, tum etiam quia eadem utrobique uidetur eſſe culpa, cum ſicut ſortilegi iudicium ſortiunt,ita maleficę nocumenta creaturarum a dęmonibus expectant & exigunt utrobique,quod a ſola Deo quærendum eſt, à creaturis illicitè requirentes, unde utrobiquæ peccatum idolatrię,ad quem ſenſum. Eſaię.21.notatur ꝙ rex Babylonis ſtetit in biuio ĩ capite duarũ uiarum commiſcens ſagittas,interrogauit idola.Prętere a ſi dicatur,ꝙ ca.reſtringit diuinatores & ſortilegos ſuper crimen hæreſis,in quo ſubeſſe debent iudicio inquiſitorum,cum dicit,niſi hæreſim ſaperent manifeſte,ita quod ad minus diuinatores & ſortilegi hæreticales ſint eis ſubiecti.Cõtra, quia tunc eſſent dandi diuinatores artificiales, de quibus nullibi in ſcripturis fit mentio. Præterea ſi maleficæ ſunt inquiſitorum iudicio ſubiectæ, hoc erit propter crimen hæreſis,ſed quia facta maleficarũ ſine hæreſi poſſunt fieri probatur.Nam ſicut conculcare.Chriſti corpus in luto, quod ualde horrendum eſſet peccatum poteſt, fieri ſine errore in intellectu,& per conſequens etiam ſine hæreſi, quia ſtat firmiter aliquem credere ibi eſſe,corpus proiiceret tamẽ in lutum ad complacẽdum dæmoni,ex aliquo pacto,ideo ut optatum finem puta theſauri inuentionẽ, uel ſimile obtineret, ita & facta maleficarum ſine errore fidei,licet non abſq; grandi peccato fieri poſſunt,unde in illo caſu utique iudicium inquiſitorum ſubterfugiunt, & ſuis iudicibus relinquuntur. [illegible]terea ſicut Salomon Diis ſuarum uxorum reuerer[illegible] [illegible]hibuit propter complacentiam,nec tamen [illegible] apoſtaſiam perfidiæ incurrebat,quia mente fidelis [illegible]eram fidem ſemper retinuit- ita & maleficæ propter reuerentiam quam exhibent diabolo,propter pactum initum,mente fidem retinentes,nõ

ſunt

ſunt propterea hæreticæ nuncupandæ.Præterea ſi dicatur quod omnes maleficæ fidem habent abnegare,unde & hæreticæ iudicandæ.Contra,quia in caſu quo etiam mente & corde abnegarent,adhuc non hęreticæ, ſed apoſtatæ nuncupantur, & cum ſit differentia inter hæreticum & apoſtatam,& hęretici inquiſitorum iudicio ſubiiciũtur, utique maleficæ eorum iudicium ſubterfugere habent. Præterea 26.quæſt.5.dicitur:Epiſcopi eorumq́; miniſtri, omnibus modis elaborare ſtudeant,ut pernicioſam & a Zabulo inuentam ſortilegam & magicam artem,ex parrochiis ſuis penitus eradicare ſtudeant,& ſi aliquẽ uirum aut mulierem huius ſceleris ſectatorem inuenerint,turpiter dehoneſtatũ de parochiis ſuis eiiciant,unde cũ c.348. in fine dicat ſuis iudicib.relinquãt,& quia loquitur in plurali,tam de eccleſiaſtico quã ciuili iure ideo ad minus per ca.allegatum ſubduntur diocœſanorum iudicio. Quod ſi diocœſani etiam ſeipſos exonerare uellent,prout inquiſitores præfatis iam tactis argumentis rationabiliter facere uidentur,uellentq́ue maleficarum punitionem ad temporales iudices retorquere.His argumentis probabiliter hoc facere poſſent,habetur in ca.ut inquiſitionis.§. prohibemus quoque diſtrictius præfatis dominis temporalibus & rectoribus,ipſorumq; officialibus,ne ipſi de hoc crimine cum ſit mere eccleſiaſticum quoquo modo cognoſcãt uel iudicent,& loquitur de crimine hæreſis,ſequitur ergo quod ubi crimen nõ eſt mere eccleſiaſticum, ſicut eſt crimen in huiuſmodi maleficis,qui propter damna temporalia quæ ab eis inferuntur a ciuili & non ab eccleſiaſtico, debent puniri.Præterea.C.de Iudæis.l.ul.in fine dicitur: Cernat præterea bona ſua proſcripta,& mos ſanguinis pęna deſtinandus, qui fidem Chriſti repugnabat peruerſa doctrina,quod ſi dicatur quòd lex loquitur de Iudæis cõuerſis,& poſt redeũtibus ad ritũ Iudęorũ, inſtantia non ualet,imo argumentũ amplius per hoc fortificatur,eo ꝙ cum,tales propter apoſtaſiã a fide,Iudex ciuilis habet punire ergo etiam maleficas fidẽ abnegãtes,cum abnegatio fidei in toto uel in parte ſit fundamentũ maleficarũ.Præ-

terea licet in ſolutione dicatur, quod pro eodẽ apoſtaſia hæreſis ſit capienda,adhuc tamen eccleſiaſticus.Iudex nõ ſe habet de eis intromittere,ſed ciuilis, nã occaſione quæſtiones hæreſum nullus debet populũ cõmouere. Sed præſes debet per ſe prouidere.In autenti.de manda. princi.id eſt,de mandatis principiũ.colla.§.neque occaſione.ubi dicitur,neque occaſione religionũ hæreſumq́; qũæſtiones permittas alicui prouinciam commouere,aut aliter quadam præceptione iniungi prouinciã cui præſides,ſed ipſe prouidebis cõpetenti utilitate fiſcalibus,& quæ alia ſunt perſcrutari,& non permittere aliquid fieri citra noſtraſ præceptiones occaſione religionũ.Patet ex his ꝙ de expugnante fidem nullus debet ſe intromittere, niſi præſes, Præterea ſi cognitio iudicum,& punitio talium maleficarum non ſpectaret totaliter ad ciuilem Iudicem,quo modo leges de his tribus ſe intromittere poſſent.Nam.C.de maleficis.l.nemo.l.culpa.l. nullus omnes illos quos uulgus maleficos uocat,capitali pena ſubiicit, & e. l. militi. beſtiis obiicere decernit, qui magica arte uitæ innocentum inſidiantur. Item quod quæſtionibus & tormentis ad interrogandum ſubiici debeant, & quod nullus fidelium ſub pœna exilii,& etiam amiſſione omnium bonorum,cum eis participiat,cum multis aliis pœnis annexis, quæ eligenti illas leges occurrunt.Ecõtrario uero & pro ueritate, legum Doctores talium maleficarum punitionem in eccleſiaſticum Iudicem poſſunt retorquere, ut ſimul copulatiuè habeant cognoſcere & iudicare, & hoc ſic probatur. In crimine canonico præſes cum metropolitano habet diſcernere,& non metropolitanus per ſe, ſed adiuncto præſide,patet in authen.de manda. prin.§.Si uero canonicum ſit quod quęritur, una cum metropolitano prouinciæ hoc diſponere & decernere prouidebis, ſiue alii quidam dubitant, glo. id eſt, in fide, quo caſu ſolus cognoſcet, ſiue alii quidam gloſa. tunc epiſcopus cum præſide.ſ.cognoſcet & cauſæ Deo dare amabilem, & decibilem terminum, qui & decenter orthodoxam cuſtodiat fidẽ & identitatem procuret fiſcalibus, & noſtros

ſubie-

ſubiectus ſeruet inuiolatos, glo.i.eos non corrumpat in fide. Præterea princeps ſecularis licet puniat pęna ſanguinis non tamen per hoc iudicium eccleſiæ excludit, cuius eſt cognoſcere & diffinire, immo neceſſario præſupponit ut patet.C.de ſumma tri.& fi.ca.51.in fine, & extra de hære.c.ad.abolendam.& c.uergentis.& c. excommunicamus.1.& 2.immo eadem pęna eſt & ſecũdum leges,& ſecundum cano.ut patet.C.de hære.l.Manicheos, & l.Arriani.unde & ad eos pertinet,precipue inſimul,& non diuiſim talium punitio.Pręterea ſicut leges decernunt clericos à proprijs iudicibus emendari, & non à temporalibus ſeu ſecularibus, eo quod crimen eccleſiaſticum in eis cenſetur,ita & maleficarum crimen,cum ſit partim ciuile & partim eccleſiaſticum,propter damna temporalia & fidem quam uiolant.Ideo ad utriuſque partis, iudices pertinet ad cognoſcendum, iudicandum & puniendum, & fortificatur ratio in auten.ut cleri.apud proprios iudices. §.ſi uero colla.6.ubi dicit.Si uero eccleſiaſticum ſit delictum egens caſtigatione eccleſiaſtica & multa, Deo amabilis epiſcopus diſcernit nihil communicantibus clariſſimis prouincię iudicibus. Neque enim uolumus talia negotia omnino ſcire ciuiles iudices, cum oporteat talia eccleſiaſticæ examinari & emẽdari animas delinquentium,per eccleſiaſticam mulctam, ſecũdum ſacras & diuinas regulas, quas & noſtræ ſequi non dedignantur leges. Hęc ibi.Vnde & per oppoſitum crimen mixtum ab utriuſque eſt puniendum .Reſponſio, cum principalis intentio noſtra in hoc opere ſit ab inquiſitione maleficarũ,quãtũ cum Deo fieri poſſit, nos inquiſitores partium ſuperioris Alemanię exonerare ſuis iudicibus ad puniendum relinquendo, & hoc propter negotij arduitatem, dum tamen identitate fidei & ſaluti animarum non eo minus prouideretur, quare & preſens opus aggreſſi ſumus ipſi iudicibus modos cognoſcendi,diffiniendi,& ſententiandi relinquendo.Ideo ad oſtendendum quòd epiſcopi contra maleficas in multis procedere poſſint, etiam ſecluſis inquiſitoribus,licet ipſi epiſcopi ſine temporali & ciuili iudicio, ubi

ubi punitio tranſit uindictam ſanguinis, non ita procedere ualeant, expedit certas opiniones aliorum inquiſitorum, in diuerſis regnis Hiſpaniæ in medium deducere, & illas (ſalua eorum ſemper reuerentia,) cum ſub ordine uno prædicatorum militamus infringere, ut eo clarior in ſingulis habeatur intelllectus. Eſt itaque eorum opinio, quod omnes malefici, ſortilegi, diuinatores, nigromãtici, & breuiter ſub quocunque genere diuinationum exiſtãt, & qui fidem ſacram ſemel ſuſceperunt, & profeſſi sũt, iudicio inquiſitorum ſubiaceat, taliter ut in tribus quæ notantur in capitulo, multorum quærela, in principio de hære. in clementi. nec inquiſitor ſine epiſcopo, nec epiſcopus ſine inquiſitore procedere habeant. Licet in quinque alijs unus ſine altero ꝓcedere ualeat; ſi cui placet capitulum legat & inueniet, unum autem è tribus eſt ſententia diffinitiua, ad quàm unus ſine altero non debet ꝓcedere, & hoc ubi præfati hæretici, ſunt habendi. Addũt inſuper blaſphemos, & quocunque modo dæmones inuocantes, & excommunicatos, qui in excõmunicatione ſtetiſſent ꝑ annum animo cõtumaci, in cauſa fidei, uel etiã in nõ cauſa fidei, ſub certis caſibus & plura alia includunt per quæ auctoritas ordinariorum nimis eneruatur, & nobis inquiſitoribus ampliora onera imponuntur, minus ſecure coram tremendo iudice, qui utique diſtrictam a nobis ſuper commiſſi officij exiget rationem, & quia eorũ opinio non infringitur, niſi eorum fundamentum ſit annulatum. Ideo notandum, quod principale fundamentum per gloſatores canonum, & præcipuè ſuper ca. accuſatus, & §. Sanè, & ſuper uerba, hæreſim ſapiant, manifeſtè accipitur, fundãt inſuper ſe ſuper dicta theologorum, Thome Alberti. Bonauenturæ, in 2. ſente. diſt. 7. Ex his ſpecialiter aliqua expedit recitare. Nam ubi ca. dicit, ut in augmẽto primo deductum eſt, quod inquiſitores hæreticæ prauitatis, de ſortilegiis & diuinationibus ſe non debeant intromittere, niſi hæreſim ſapiant, manifeſte dicunt qđ ſortilegi uel diuinatores, ſunt duplices, ſcilicet artificiales, & hæreticales & primi dicuntur meri diuinatores, quia ui-

delicet mare ex arte agunt, de quibus etiam loquitur canon ex tenore, extra de ſortilegijs, ubi dicit quod Vdalricus presbyter cum quodam infami, hoc eſt diuinatore, dicit gloſa ad ſecretum locum perrexit, non ea intentione ut dæmonem inuocaret, quaſi dicat: quia hoc fuiſſet hæreticum, ſed ut cum inſpectione Aſtrolabij furtum quoddam inueniret, quaſi dicat: quod eſt mera diuinatio, uel ſortilegium. Secundi uero hæreticales dicuntur diuinatores, qui in eorum arte dæmonibus aliquem honorem latriæ uel dulię impendunt, qui diuinando futura prædicere conantur, uel aliquid ſimile qđ hæreſim ſapiat, manifeſte exercent, & tales iudicio inquiſitorum, ſicut & alij hæretici ſubiacent. Et quod hæc ſit mens canonis, ꝓbant per canoniſtas gloſantes uerbum ſaperent. Nam Io. ſuper allegatum canonem, accuſatus, & uerbum ſaperent: dicit ita ſaperent, ſicut eſt circa aras idolorum nepharia preces emittere, ſacrificia offerre, dęmones conſulere, eorumq; reſpōſa ſuſcipere, uel aſſociant ſibi propter ſortes exercendas hæreticos, uel faciunt prædicta cũ ſanguine, uel cum corpore Chriſti, uel in ſortibus, ut poſſint habere reſponſa, puerum rebaptizant, uel his ſimilia. Ad eundem ſenſum allegant Archid. ſuper eodem cap. & §. Sane, & ſuper eodem uerba ſaperent. Item allegant Ioannem, modo Raymundum, Guilhelmum de monte Laudu. Item probant per determinationem Eccleſiæ, ex Concilio Acquirenſi. 26. quæſ. 5. Epiſcopi. ubi huiuſmodi mulieres ſuꝑſtitioſæ infideles nominantur, cum dicitur: utinam hæ ſolæ in ſua perfidia periſſent, & perfidia in Chriſtiano dicitur hæreſis, unde & inquiſitorum hæreticorum iudicio ſunt ſubiecti. Probatur inſuper per theologos. primo per ſanctum Thomam, in 2. ſentent. diſtin. 7. ubi quærit, utrum uti auxilio dęmonis ſit peccatum, ubi inter alia hæc uerba dicit ſuper illud Eſaiæ octauo. Nunquid non populus a Deo ſuo requiret uiſionem? In oībus in quibus complementum operis ex uirtute dæmonis expectatur, eſt apoſtaſia à fide, propter pactum initum cum dæmone, uel uerbotenus ſi inuocatio interſit, uel facto

ali-

aliquo,etiam ſi ſacrificia deſint.Ad idem allegant Albertum in eodem ſuo ſcripto & diſtin.item Petrum de Tharentaſia,item Petrum de Bonauentura,nouiter canonizatũ,qui tamen non Petrus nominatur , cum fuerit uerum nomen ſuum,item Alexandrum de Ales , & Guidonem ordinis carmelitarum , qui omnes dicũt quod dæmones inuocantes,ſunt apoſtatæ,& per conſequens hæretici,unde inquiſitorum hæreticorum iudicio ſubiecti.Sed quod præfati inquiſitores per hæc & per quæcunque ab eis allegata,non poſſunt ſufficienter probare quin etiam præfati ſortilegi,& cætera.iudicio ordinariorum,ſeu epiſcoporum,ſeclusis inquiſitoribus poſſunt ſubiacere,& quod inquiſitores a talium diuinatorum nigromanticorũ , ſeu etiam maleficorum,ſe poſſunt exonerare,non quod illi inquiſitores male faciunt inquirẽdo ſuper tales,ubi epiſcopi non inquirunt,in quo caſu potius inquiſitores illi ſunt commendandi.ſic probatur.Inquiſitores non habẽt ſe intromittere niſi ſuper crimen hęreſis,& cum hoc oportet quod illud crimen ſit manifeſtum . Patet per frequenter allegatum canonem,accuſatus.& in §.Sane. Quo ſtante, tunc iterum arguitur,cũ quis aliqua cõmittit quæ abſq; uitio hæreſis committere poteſt,quantumcũque illa ſint grauia & enormia adhuc non eſt ut hæreticus iudicãdus, licet ſit puniendus,ex quo ſequitur quod ubi quis non eſt iudicandus ut hæreticus , ſed ut malefactor puniendus , inquiſitor non ſe debet intromittere , ſed debet talem iuxta tenorem canonis ſuis iudicibus ad puniendum relinquere.Quo iterum ſtante,ſequitur quod omnia inducta per gloſatores canoniſtas & theologos , ut dæmones inuocare,eis ſacrificare,&c.ut ſupra tactum eſt , niſi ex uitio hæreſis proceſſerint,inquiſitores ſe non debent intromittere,ſed ſuis iudicibus ut ſupra relinquere.Quo iterũ ſtante cum præfata ſæpiſſimæ ſine uitio hæreſis fieri poſſunt,in quo caſu talia facientes non ſunt ut hæretici habendi,aut condemnandi,ſubſcriptis probatur auctoritatibus & rationibus.Nam ad hoc quod aliquis ſit proprie hęreticus,quinque requiruntur.Primum eſt,ut ſit error

in ratione. Secundum eſt, quod error ille ſit circa ea quæ ſunt fidei, uel cõtra ueritatem determinationis eccleſiæ, in ijs quę pertinent ad fidem, uel bonos mores, & neceſſario ad conſequutionem uitæ æternę. Tertium eſt, quod error talis ſit in illo qui catholicam fidem profeſſus eſt, alias enim eſſet Iudæus, uel paganus. non hæreticus. Quartum eſt, quod talis error in eo qui fidẽ ſuſcepit, ſit taliter quod aliquam ueritatem de Chriſto cõfiteatur, pertinẽtem ad diuinitatem uel humanitatem, alias ſi totũ diſcre deret, eſſet apoſtata. Quintum eſt, ut talem errorem pertinaci uoluntate & obſtinata eligat, & ſequatur: & quod de hæreſi & hęretico ſit ſumpto. ca. alle. accuſatus. & uerbum ſaperent intelligatur, gloſam tamẽ canoniſtarũ nõ reprobando, ſed ſaluando ſic probatur. Nam quod primũ requiratur ſcilicet error ĩ intellectu, hoc notum eſt omnibus per communem regulam. Duo requiruntur, ut quis dicatur hæreticus, unum materiale, ſcilicet, error in ratione, alterum formale, ſcilicet, ꝑtinacia in uolũtate. Patet & per Auguſt. Hæreticus eſt, qui nouas & falſas opiniones aut gignit, aut ſequitur. Ratio etiã adeſt, quia hęreſis eſt ſpecies infidelitatis, & infidelitas eſt in intellectu ſubiectiue, ſicut & fides ſibi contraria & oppoſita habent fieri circa idem. Quo ſtante factum uel opus quodcunque, ſine errore nõ facit hæreticum, ut puta ſi quis fornicatur aut męchatur, licet agat contra ueritatem qui dicit: Non mœchaberis, ex hoc non eſt hæreticus, niſi cadat uel opinetur fornicari eſſe licitum. Et ratio eſt quia, quandocunque aliqua duo neceſſario requiruntur ad cõſtitutionẽ alicuius, deficiente altero illorũ, impoſſibile eſt, illud eſſe, quia dato oppoſito quod ſine illo poſſit eſſe, iam non neceſſario requireretur ad cõſtitutionẽ illius, ſicut quia ad conſtitutionem domus, neceſſario requiritur fundamentum, paries, tactum, ideo altero deficiente, nõ habetur domus. Sic ergo quia ad hęreſim conſtituendam requiritur error ĩ intellectu, neceſſario, nullũ factum abſoluere ſiue errore in intellectu facit hęreticum. Et propter hoc nos inquiſitores Germaniæ dicimus cum B. Antonino, in 2. par.

ſum.ſuæ,hanc materiam pertractantis, ꝙ baptizare imagines,adorare dæmones,eis thurificare, cõculcare corpus Chriſti in luto,& omnia huiuſmodi, quę ſunt ualde horrenda peccata,niſi ſit error intellectu, non faciunt hominem hæreticum,& ideo ſi quis faceret iſta, utputa baptizaret imaginem,non male ſentiens de ſacramento baptiſmi,nec de eius effectu,nec credens illum baptiſmum eſſe aliquid,nec habere effectũ ex ui ſua, ſed fecit hoc propter aliquem finem,facilius aſſequendum à dæmone, cui quærit propter hoc complacere,ita quod aliquo pacto implicito,uel expreſſo illud agat, ut dæmon ſibi uel alicui faciat quod petit,ſecundum quod caracteribus & figuris ſecundum artes magicas,ab hominibus dæmones pacto expreſſo,uel tacito inuocantur, ad deſideria eorum explenda,dummodo non petant à dæmone quod ſit ſupra facultatem eius,nec quantum ad potentiam, nec quantum ad cognitionem,ſic ſcilicet,quod nõ male ſentiat de poteſtate,aut cognitione dæmonis,ſicut eſſent illi,qui crederent quod dæmon poſſit neceſſitate liberum arbitrium hominis,uel illi qui crederent,quod dæmon omnino ex tali pacto,& in omnem euentum, quantumcunq; a Deo nõ permiſſus,poſſet facere quod petunt,uel qui crederent,quod poſſet ſcire alteram partem futuri contingentis, uel effectum aliquẽ facere,qui eſt proprius ſoli Deo, tales enim non eſt dubium quod haberent errorem in intellectu, & male de poteſtate dęmonis ſentirent, & per conſequens ſuppoſitis aliis conditionibus quæ requiruntur ad hæreſim,eſſent hæretici, & ordinariorum ſimul & inquiſitorum iudicio ſubiecti.Sed ſi ex cauſis prædictis facerent,nõ male ſentientęs de baptiſmo & aliis prædictis,prout communiter fit,eo quod ipſo facto malefici,& nigromantici, cum ſciunt ipſum diabolum eſſe inimicum fidei, & aduerſarium ſalutis,iam coguntur in eorum cordibus ſentire magnam uim eſſe in fide,& quod nulli falſitati ſubiacere poteſt cui pater mendacii non præeſſe noſcitur.Ideo licet talia facientes peccarent grauiſſime,non tamen eſſent hęretici,& ratio eſt,quia non male ſentiunt de ſacramento,

licet eo male & ſacrilege utantur, unde ſunt magis ſortilegi quàm hæretici, & de numero illorum de quibus alle. ca. accuſatus. prætendit non ſubiacere iudicio inquiſitorum, cum non manifeſtè ſapiant hæreſim, imò uix occultè & quaſi nullo modo. Et eodem modo de adorantibus dæmonem & ſacrrficantibus ei, quia ſi hoc faciunt credentes diuinitatem eſſe in dæmonibus, uel credẽtes quod cultus latriæ ſit ei exhibendus, uel quod omnino ex exhibitione talis cultus, aſſequantur quod requirunt a diabolo, non obſtante Dei prohibitione, ſeu etiam permiſſione, tales eſſent hæretici. Sed ſi iſta faciunt non ita ſentientes de dæmone, ſed ut aliquo pacto cum dæmone facilius ꝑ iſta exequantur ab ipſo quod intendunt, tales non ſunt hæretici ex natura rei, licet grauiſſime peccẽt. Et quidem pro maiori declaratione ſunt aliquæ obiectiones mouendæ. Nam obſtare uidetur, quod ſecundum iura ſymoniacus non eſt hęreticus, ut 1.q.1.quiſquis per pecuniam, & tamen non habent errorem in intellectu, nam ſymoniacns non eſt hæreticus proprie, ſed large propter quãdam ſimilitudinem, quia ex quo uendit uel emit ſacra, ita agit, ac ſi æſtimaret donum gratiæ pecunia poſſe poſſideri, ſecundum Thomam. Sed non hoc æſtimando ſicut communiter accidit, non eſt hæreticus, quia hoc nõ credit, ſed bene uerum eſſet, ſi hoc crederet, ſcilicet, donum gratiæ poſſe pecunia poſſideri. Item obſtare uidetur quod dicitur de hæreticis, quicũque. & alle.ca. accuſatus, quod adorãs hæreticum, eſt hæreticus. Sed grauius peccat qui adorat dæmonem, quàm qui adorat hæreticum, ergo, &c. Item qui iudicandus eſt ut hæreticus, uidetur eſſe hæreticus, nam eccleſia non poteſt iudicare niſi de iis quæ patẽt, occultorum enim cognitor eſt Deus & Iudex, diſtinct.33.erubeſcant. Sed ea quę ſunt in intellectu nõ poſſunt patere niſi ex factis intrinſecis, uiſis uel probatis, ergo talis faciens talia, eſt iudicandus hæreticus. Præterea, impoſſibile uidetur quod aliquis faciens talia, ſcilicet, conculcado corpus Chriſti, & huiuſmodi, licet malè ſentiat de corpore Chriſti, probatur hoc, quia impoſſibile eſt malitiam eſ-

ſe in uoluntate, quin ſit error in intellectu, cum & ſecundum philoſophum omnis malus eſt ignorans ſeu errans, cum ergo talia facientes habeant malitiam in uoluntate, ergo habent errorem in intellectu. Reſpõdetur ad iſta, & primo ſuper primum & tertium, quia coincidũt. Duplex eſt iudicium. ſ. Dei, qui, uidet interiorem & hoĩm, qui nõ poſſunt iudicare de interioribus, niſi per exteriora, ut argumentum fatetur tertium, mõ ille qui iudicatur ut hęreticus, iudicio Dei eſt uere hæreticus, ex natura rei. Deus n. nullũ iudicat hęreticum, niſi habentem errorẽ fidei in intellectu. Sed ille qui iudicatur hęreticus iudicio hominũ nõ oportet ꝙ ſit hęreticus ex natura rei, ſed ꝙ fecerit tale factũ per quod apparet ipſum male ſentire de fide, & per conſequens iuris præſumptione hęreticus reputatur. Et ſi quæratur, an eccleſia habet ſtatim iudicare tales, qui ſi adorant dæmones, uel baptizant imagines, hęreticos? Reſponſiones nota. Primo quod ad diſcernendum iſtud magis pertinet ad canoniſtas ſcilicet, quàm theologos. Canoniſtę dicent iuris præſumptione hæreticus reputatur, & ut hæreticus eſt puniendus. Theologus dicit primo iudicio ſub correctione ſedis apoſtolicę, non quantum eſt ex natura rei quicquid ſit iuris præſumptione. Et ratio poteſt eſſe iſta, quia quandocunque aliquis effectus dependere poteſt, ex duplici cauſa, nunquam ex natura rei, ex illo in effectu poteſt iudicare præciſe altera cauſa. Cum igitur iſte effectus, qui eſt adorare dæmonem uel eius auxilium, ad maleficandum poſtulare, imaginem baptizando, uel infantem uiuum offerẽdo, uel occidẽdo, uel aliud huius poſſunt procedere ex duplici cauſa, ſcilicet, uel credendo dęmonem eſſe adorandum, & ſibi ſacrificandum, & imagines capere ſacramentales effect⁹, uel quia aliquo pacto facto cum dęmone, facio ut facilius obtineã quod uolo a dęmone, in ijs quę non ſunt ſupra facultatem ſuã, ut ſupra tactum eſt, non debeo ſtatim iudicare ex tali effectu pręciſe alterã cauſam, ſcilicet, quod hoc faciat; ut male ſentiens de fide. Vnde quando conſtat de huiuſmodi effectu, ulterius inquirendum eſt de cauſa, & ſi ex errore &

peruerſitate,fidei hoc fecerit,iudicandus eſt hæreticus,& iudicio inquiſitorum cum ordinarij ſubiacebit. Sed ſi ex alia cauſa,iudicandus ut ſortilegus,& uiliſſimus peccator. Alia reſponſio ad noſtrum propoſitum, quicquid ſit ex omnibus dictis & allegatis,conſtat quod omnes diuinatores & malefici,qui iudicantur hæretici iuris præſumptione,& non ex natura rei,ordinatorium iudicio,& non inquiſitorum ſubiacent, nec præfati inquiſitores aliorũ regnorum,per allegationes canonum & gloſatorum, ſe tueri,poſſunt,eo quod tales dęmonibus ſacrificantibus & adorantibus, iudicant hęreticos, iuris præſumptionem, & non ex natura rei. Textus autem dicit quod debeant ſapere hęreſim manifeſte,id eſt,ſapere intrinſece, & ex natura rei,& ſufficit nobis inpuiſitoribus de hæreticis ex natura rei infectis ſe intromittere,alios ſuis iudicibus relinquendo. Et quia dictum eſt quod inquirendum eſt de cauſa,utrum ex errore fidei hoc fecerit uel non:utiq; hoc facile erit. Nam ſicut habitus fidei cognoſcitur per actum fidei qui eſt credere & confiteri quæ ſunt fidei & habitus caſtitatis per caſte uiuere:ita eccleſia poteſt iudicare aliquem hæreticum,inquirendo ſi habet actum diſcernendi de aliquo articulo fidei. Sic etiam & malefica quæ fidem in toto uel in parte abnegauit,uel corpus Chriſti uiliſſime tractauit omagium pręſtitit, utrum huiuſmodi ad complacendum dæmoni tantum fecerit,immo ſi in toto abnegauit,etiam corde iam iudicabitur,ut apoſtata, & deficiet,quarta cõditio,quæ habere concurrere ad hoc,ut quis proprie dicatur hęreticus. Quod ſi huic determinationi obiicitur bulla & commiſſio nobis ab Innocentio VIII. facta:ut maleficæ iudicio inquiſitorum ſubijciũtur. Reſpondetur,per illa non excluditur, quin & diocœſani etiam uſq; ad ſentẽtiam diffinitiuã contra eos procedere poſſint,per illa antiqua iura(ut dictũ eſt,) cum hæc bulla potius in partem ſollicitudinis nobis inquiſitoribus tradita ſit, quam & opere quantum poſſumus cum Dei adiutorio exhibemus. Vnde & primum argumentum non ſuffragatur inquiſitoribus illis,ſed potius contrarium concludit,

cludit,

cludit,cum tales ſymoniaci tantummodo iuris præſumptione cenſentur hæretici,de quibus ordinarii per ſe iudicare poſſunt,irrequiſitis inquiſitoribus, immo nec inquiſitores de ſymoniacis uariis ſe intromittere habent,& pari ratione de aliis qui tantum iuris præſumptione hæretici iudicantur.Nam contra epiſcopos ſciſmaticos procedere non poſſunt,& prælatos alios ſuperiores,ut patet in capitulo inquiſitionis,de hære.lib. 6. ubi ſic dicitur. Inquiſitores hæreticæ prauitatis ab apoſtolica ſede ſeu aliis quibuslibet deputatis de huiuſmodi crimine inquirere cõtra eos ut nequeunt,aut eius prętextu procedere cõtra eos in literis commiſſionis ſedis apoſtolicæ, ꝙ hoc poſſint contineatur expreſſe. Si tamen inquiſitore ipſi epiſcopos uel alios ſuperiore prælatos ſciuerit,uel inuenerint,circa crimen hęreſeos commiſiſſe,aut eos de huiuſmodi diffamator exiſtere,uel ſuſpectos,id tenebantur ſedi apoſtolicæ nunciare.Ad ſecundũ ſimiliter patet ex præhabitis reſponſio.Nam adorans hæreticum eſt,tunc hæreticus ſi adoret ipſum credens eſſe adorandum ſeu honorandum, propter ſuam doctrinam & opinionem. Si autem honorat ipſum propter aliquid temporale, ſine aliquo errore fidei in intellectu,nõ eſt proprie hæreticus,ſed iuris fictione uel præſumptione ſeu ſimilitudinarie, quia agit ſicut male ſentiret de fide,ſicut ille quem adorat,unde nec inquiſitorum iudicio ſubiacebit. Ad tertiumpatet ex præmiſſis,quia licet iudicatur ab eccleſia ut hæreticus, propter facta extrinſeca, uiſa, & probata, non tamen ſequitur quod ſemper ſit hæreticus ex natura rei, ſed iuris præſumptione ſic reputatur,unde & in illo caſu inquiſitorum iudicium ſubterfugit.quia non ſapit hæreſim manifeſtum.Ad quartum,dicendum quod falſum præſupponit,quia non eſt posſibile quod aliquis conculcet corpus Chriſti, abſque hoc quod male ſentiat, uel peruerſitatem fidei habeat, de corpore Chriſti, quia poteſt hoc facere ſciens ſe peccare, & credens firmiter ibi eſſet corpus Chriſti. Facit tamen hoc ut placeat dæmoni, & facilius obtineat quod uult ab eo. Et licet omnis manus et

ret,

ret,non tamẽ errore intellectus,qui eſt hæreſis, ſeu error, male ſentiens de his quę ſunt fidei, ſed de his quę ſunt uirtutis alicuius,contrarium in uitiis operatur. Et tantum de primo principali quòd ad hęreſim proprie ſumptum requiritur,& ſecundum quòd iudicio inquiſitorum dẽt hęreticus propriè ſubiacere. Nec obſtat ſi dicatur,tñ etiam contra diffamatos aut ſuſpectos leuiter, uehementer de hæreſi, & qui non uidentur ſapere hęreſim manifeſte inquiſitor poteſt procedere.Reſpondetur,inquirere poteſt & procedere ſuper tales, inquantum ſunt ſuſpecti, aut diffamati de hęreſi proprie dicta de qua etiam nũc loquimur(ut ſępe tactum eſt) quę habet errorem in intellectu,& alia quatuor ſequentia annexa quorum ſecundũ eſt,ut talis error ſit circa ea quę ſunt fidei, uel contra ueritatem determinationis Eccleſiæ in his quę pertinent ad fidem & bonos mores,& neceſſaria ad conſecutionem uitæ ęternæ. Si enim error ſit de his quę nón pertinent ad fidem,puta quod credat quis ſolem non maiorem terra,& huiuſmodi non eſt periculoſus error. Error autem contra ſacram ſcripturam,contra articulos fidei, contra determinationem eccleſię,ut ſupra tactum eſt hęreſis. ar. 24.q.1.hęc eſt fides. Item quia determinatio dubiorum circa fidem pertinet,principaliter ad eccleſiam, & præcipue ad pontificem ſummum Chriſti uicarium a Petri ſucceſſorem,ut expreſſe dicitur,24.q.1.quotiens. Et contra determinationem eccleſię,nullus doctor uel ſanctus ſuã ſententiam defendit.ut dicit Tho.2.2.Nec Hiero. nec Augu.nec alius.Sicut ergo aſſerens pertinaciter cõtra fidem eſt hęreticus,ita & contra determinationem eccleſię, in his quę pertinent ad fidem & neceſſaria ad ſalutem pertinaciter aſſerens eſt hęreticus. Ipſa enim eccleſia nunquam erraſſe in fide probatur,ut dicit.24.q.1. a recta, & aliis.c.Signanter autem dicitur, quia aſſerens contra determinationem eccleſię non ſimpliciter, ſed in his duntaxat quę pertinent ad fidem & ſalutem,eſt hęreticus.Nam in aliis contrarium ſentiens,nõ eſt hęreticus, ſicut quòd ius non poteſt ſeparari ab uſu, in rebus uſu conſumptilli-

bus,

bus,quòd declarauit & determinauit Ioan.22. in extrau. ad conditorem.Vbi dicit, contradicentes huic ſententiæ eſſe contumaces & rebelles eccleſiæ,non hæreticos Tertium,quod requiritur eſt quod etror ſit in illo qui catholicam ueritatem eſt profeſſus.Si quis enim nunquam eſſet profeſſus fidem Chriſtianam,non eſſet proprie hæreticus,ſed ſimpliciter infidelis,ut Iudæus & Gentilis quiforis ſunt. Vnde Auguſti. de ciui. Dei. Videns diabolus genus humanum a cultura idolorum & dæmonum liberati hæreticos nouit,qui ſub uocabulo Chriſtiano,doctrinę reſiſterent Chriſtianæ,Oportet ergo quòd error ſit in illo qui in baptiſmo ſuſcepit fidem Chriſtianam,ad hoc ut ſit hæreticus.Quartum quod requiritur eſt,quod talis error ſit in eo qui fidem ſuſcepit taliter, quod aliquam ueritatem de Chriſto confiteatur pertinentem ad diuinitatem uel humanitatem.Si enim nullam ueritatem penitus confiteretur,magis proprie apoſtata quàm hæreticus cenſeretur.Sic Iulianus apoſtata,& diſtinguitur unum ab altero licet aliquando unum ſumatur pro alio. Sub hac cõditione reperiuntur certi,qui interdum egeſtate & moleſtiis uariis afflicti,corpus & animam tradunt diabolo, & fidem abnegant,dummodo in eorum neceſſitatibus & ad poſsidendum diuitias & honores,diabolus eis aſsiſtat.Nouimus certos nos inquiſitores,& poſt aliquos pœnitentes qui utiq; abſq; errore fidei intellectu,quia tantummodo propter commoda temporalia talia commiſerunt, unde nec hęretici proprie,nec iterum apoſtatæ ex corde. Et Iulianus, licet magis apoſtatę cenſentur. Ex corde uero apoſtatæ,ſi nolunt reſilire,ut hæretici impœnitentes, tradentur curiæ ſeculari.Si autem uelint,recipiuntur, prout hæretici pœnitentes.Iuxta.c.ad abolendam.§. pręſenti.de hęreti.li.6.Concordat Raymundus. ti. de apoſtolica. reuertentes,ubi dicit.Quod reuertentes ab apoſtaſię perfidia cum fuerint hęretici tanquam reuertentes ab hęreſi ſunt recipiendi, & hic ſumitur unum pro alio, ut prius tactum eſt,& ſubdit,Illi uero qui metu mortis fidem abnegant,hoc tu accipe,qui propter cõmodum temporale

diabolo

diabolo fidem abnegant, & erroribus non credunt, licet iure hæretici non ſint, nota hic quod non ſunt proprie hę retici. Subdit poſtquam non habent in mente errorem. Iudicio eccleſię quę habet per exteriora de interioribus iudicare, hæretici habendi ſunt, nota hoc iuris fictione, & reuertantur, ut pœnitentes hæretici recipiendi ſunt. Non enim metus mortis eſt metus cadens in conſtantem uirum ad fidem CHRISTI abnegandam, ſic & tu accipe propter cõmoda temporalia, unde cõcludit, ſanctius eſt mori quam abnegare uel uſci idolaticis, ut dicit Auguſt. & recitatur. 22. q. 4. Simile iudicium de maleficis fidem abnegantibus eſſet, ut ibi reſilire uellent reciperentur, ut pœnitẽtes abſq; hoc quod curiæ ſeculari relinquerentur, omnibus tamen modis ad gremium eccleſiæ recipiuntur, ubi petunt, & curię ſeculari ſi nolunt rreuerti relinquũtur, & hoc propter damna temporalia illata prout in modis ſententiandi patebit, & omnia præfatus ordinariis exequitur, ita quod etiam inquiſitor ſuas uices illi cõmittere poteſt, in hoc duntaxat caſu apoſtaſiæ, ſecus eſt in aliis caſibus ſortilegorum. Quintum quod requiritur ad hoc ut quis proprie ſit hæreticus, ut talem errorem firmata uoluntate & obſtinata eligat & pertinaciter ſequatur opiniones. Vnde ſecundum Hieronymum hæreſis ab electione eſt dicta. Et ideo ſecundum Auguſt. non qui falſas opiniones gignit uel ſequitur, ſed qui pertinaciter defendit hæreticus eſt cẽſendus. Vnde ſi quis non pertinaci malitia ſentiret aliquid contra fidem, ſed ignorãtia paratus corrigi, ſi quis ſentit falſum oſtenderetur ſibi eſſe contra fidem uel ſacram ſcripturam uel determinationẽ eccleſiæ. 24. q. 3. dixit Apoſtolus. Et ideo ipſe Auguſtinus dicebat. Errare, potero, hæreticus non ero, quia ſcilicet paratus corrigi, cum ſibi fuerit oſtenſus error, & conſtat quod quotidie inter doctores circa diuina ſunt uarie opiniones, & aliquando contradictorię, ita quod neceſſe eſt alteram eſſe falſam, & tamẽ nulla earum reputatur falſa, donec per eccleſiam fuerit determinata articulo. 24. q. 3. qui in eccleſia. Ex quibus omnibus concluditur, quod pro

bar

bare maleficos ſubiacere iudicio inquiſitorũ, uel ẽt alios quocũque modo dæmones inuocãtes per dicta canoniſtarũ ſuper alle.uerbũ ſaperẽt manifeſtè in c.accuſat. cõprehenſum non ſufficienter probatur, enm tales ab eis hæretici iudicãtur quædam iuris fictione, nec etiam per dicta theologorum, cum & ipſi tales nominant apoſtatas uerbo, uel opere, non autem corde, & mente, de quo errore uerbum ſaperent prætendit. Et licet iudicantur ut hæretici, nõ tamẽ propter hoc ſequitur, quod epiſcopus ſine inquiſitore non poſſit, ſententia diffinitiua contra eos procedere, aut carceri ad pœnã deputare, aut tormentis exponere. Immo in caſu quo hęc deciſio nõ uideatur ſufficere ad hoc, ut nos ĩquiſitores ſimus a maleficarũ ĩquiſitione exonerati, nolumus tamen hoc uia uiris exigere, cum uices noſtras in his duntaxat ſuper ſententiam ferẽdã ipſis dioceſanis cõmittere poſſumus. Hoc enim habetur in ca. multorum. in prin. de hæreti. in Clemen. Vbi ſic dicitur, Multorum quærela & infra. ut negotium inquiſitionis huiuſmodi proſperetur fœlicius, quo deinceps eiuſdẽ labis indago ſolertius, diligentius, & cautius peragetur, ipſum tam dioceſanos epiſcopos, quàm per inquiſitores a ſede apoſtolica deputatos, omni carnali odio uel timores, aut cuiuſmodi cõmodi tẽporalis affectione ſemotis decernimus exerceri, ſic quod quilibet de prædictis ſine alio citare, & arreſtare, ſeu capere tutæ cuſtodiæ, mancipare ponendo in compedibus & manicis ferreis, ſi ei uiſum fuerit, ſuper quibus faciendum ipſius conſcientiam oneramus, nec non inquirere contra illos, de quibus pro huiuſmodi negotio, ſecundum DEVM & iuſtitiam uiderit expedire, duro tñ tradere carceri qui potius ad pœnam quàm ad cuſtodiam uideatur, uel tormentis exponere illos, aut ad ſententiam procedere contra eos. Epiſcopus ſine inquiſitore, aut inquiſitio, ſine diocęſano aut eius, ut epiſcopali ſede uacante capituli ſuper hoc delegato, ſi ſui adinuicem copiam habere ualeãt, infra octo dierum ſpacio, poſtquam inuicem ſe inquiſiuerunt non ualebit, & ſi ſecus præſumptum fuerit nullum ſit, & irritum

ipſo iure,poſt ſequitur ad noſtrum propoſitum.Verum ſi hoc epiſcopus uel eius ſeu capituli ſede uacante delegato cum inquiſitore,aut inquiſitor cum altero,eorundem propter præmiſſa nequeant aut noluerint perſonaliter cõuenire,poteſt epiſcopus uel eius ſeu capituli ſede uacãte delegatus inquiſitor,& inquiſitor epiſcopo uel eius delegato,ſeu ſede uacante ille qui ad hoc fuerit per capitulũ deputatus,ſuper illis committere uices ſuas,uel ſuas ſignificare per litteras conſilium & conſenſum.Ex quo patet, quod licet in quinque caſibus,unus ſine altero, in tribus uero minime procedere poſſit,quia tamen unus alteri uices ſuas committere poteſt,præſertim quo ad ſententiã ferendam,ideo & nos hoc per præſentes facere decreuimus,aliis inquiſitoribus in ſuis limitis remanentibus.Ad argumenta ergo reſpondendo patet ex præmiſſis, ad ſex prima argumenta pro inquiſitoribus militantia deciſio, quod eorum inquiſitioni malefici & ſortilegi non uidentur ſubiici.Ad alia autem argumenta pro diocœſanis, in caſu quo & ipſi a maleficarum inquiſitione ſe exonerare uellent,& ciuili iudicio relinquere,Patet quod non poſſunt hoc eadem facilitate quo inquiſitore facere quia in crimine hæreſis iuxta c.ad abolendam.& ca.uergentis. & ca.excommunicamus utrunque.extra de hære.Iudicis eccleſiaſtici eſt cognoſcere & iudicare,& iudicis ſecularis exequi & punire,ubi ſententia tranſit in uindictã ſanguinis,ſecus ubi ad alias pœnas pœnitentiales. Videtur etiam quòd in hæreſi maleficarum,licet non in aliis hęreſius etiam ipſi diocœſani ſuas uices ad cognoſcendum & iudicandum in foro ciuili committere ualeat, tum ut in argumentis tangitur, hoc crimen maleficarum non eſt mere eccleſiaſticum,imo potius ciuile propter damna quæ inferuntur temporalia,tum etiam quia leges ſpeciales in punitionem maleficorum,quo ad omnem uiam punitionis editę cernuntur. Videtur denique quòd hæc uia plurimum in exterminium maleficarum deſeruiret,& in maximum iuuamen ordinariorum coram tremendo iudice ſuper diſtrictum examen quod exigetur cum teſte,ſcriptura

ptura iudicium duriſſimum iis qui præſunt imminet, & ſecundum hanc differentiam procedemus, uidelicet quod iudex ſecularis cognoſcere & iudicare poteſt, uſq; ad ſententiam diffinit iuam ad pœnitentiam quàm ab ordinariis recipiet, ſecus ſuper ſanguinem quam per ſe ferre poteſt.

Summarium tractandorum.

VT ergo iudices tam in foro eccleſiaſtico, quàm ciuili modos cognoſcendi iudicandi, & ſententiandi, ſemper in promptu habere ualeant, conſequenter circa tria principaliter procedendum erit. Primo quis modus inchoandi proceſſum fidei. Secundo, quis modus continuandi. Tertio, quis modus terminandi & ſententiandi in hac materia maleficarum. Circa primum quinque difficul tates. Primo, quis inter tres modos procedendi, qui in iure tanguntur, ſit magis competens. Secundo, de numero teſtium. Tertio, an poſſint compelli adiurandum. Quarto, de conditione teſtiū. Quinto, an inimici capitales ad teſtificandum admittuntur. Secunda pars continet quæſtiones undecim. Prima qualiter teſtes ſunt examinandi, & quod ſemper quinque perſonę debent eſſe præſentes. Item qualiter maleficæ ſunt interrogandæ generaliter & particulariter, & erit ſexta ī ordine li. quia cum numerus mutatur eo ut lector facilius reperiet materiam optatam. Secunda, uaria dubia declarat ſuper reſponſiones negatiuas, & quando ſit incarceranda, & quando pro manifeſte deprehenſa in hæreſi maleficarum. Tertia de modo capiendi maleficas Quarto de duobus quæ poſt captionem facienda ſunt iudici, & an deponentium nomina ſint ei manifeſtāda, & defenſiones cum deputatione aduocati ſint cōcedendæ. Sexta, quid faciet aduocatus ſibi teſtium nomina non publicantur, & ubi inimicitiam capitalem allegat coram iudice. Septima, qualiter iudex inimicitiam capitalem inueſtigare

re habet.Octaua, de his quę iudex habet audertere ante-quam delatam tormentis exponat.Nona, de modo sētentiandi ad quæſtiones & tormenta.Decima,ſuper tormenta continuanda, & qualiter ſint tormentādæ, & de cautelis & ſignis contra maleficium taciturnitatis. Vndecima, ſuper finales īterrogationes & cautelas à iudice obſeruādas.Tertia pars continet primo quæſtiones tres, quas iudex debet aduertere,& ex quibus omnis ſententia diffinitiua debet procedere. Prima, an ſuper examen candentis ferri poſſit ſententiari.Secunda, de modo quo omnis ſententia eſt ferenda. Tertia,ex quibus ſuſpitionibuspoteſt iudicari,& qualiter ſuper unam quanque ſuſpitionem debet ſententiare.Demum ſuper ultimam partem de uiginti modis ſententiandi, quarum tredecim ſunt communes ſuper omnem hæreſim , reliqui ſpecialiter ſuper hęreſim maleficarum,& quia locis ſuis patebunt, cauſa breuitatis hic non aſſignantur.

Quæſtio prima ſuper modum inchoandi proceſſum.

QVAERITVR ergo primo, quis ſit modus competens ad inchoādum proceſſum fidei contra maleficas.Reſpondetur. Cum inter tres modos qui tanguntur . extra de accuſa.denun.& inquiſitio.& primus eſt , quando aliquis accuſat aliquem de crimine hæreſis, uel fautoria coram iudice , offerendo illud ſe probaturum , & inſcribit ſe ad pœnam talionis, niſi probet. Et ſecundus modus quando aliquis denunciet aliquem , ita tamen quod non offert ſe probaturum , nec uult facere partem , ſed dicit quod denunciat zelo fidei , uel ratione ſententiæ excommunicationis latæ per ordinarium uel ſeius uicarium , aut ratione pœnæ tēporalis , quam ſeculari iudex contra non denunciantes.Et tertius modus per inquiſitionem, hoc eſt, quando nō eſt aliquis

accuſator uel denunciator, ſed fama laborat in aliqua ciuitate uel loco quod ſint maleficæ, & tunc iudex habet, non ad inſtantiam partis, ſed etiam ex officio procedere. Ideo aduertendum quod primum modum procedendi iudex non libenter admittat. Tum quia non eſt in cauſa fidei uiſitatus, nec etiam in cauſa maleficarum, quę ſua maleficia occulte exercent. Tum etiam quia eſt accuſanti multum periculoſus propter pœnam talionis, qua plecteretur ubi in probatione deficeret, Tum etiam quia eſt multum litigioſus. Incipiat proceſſum per citationem generalē, affigēdo illam ad ualua ad eccleſiæ parochialia uel prętorii per modum qui ſequitur. Cum nos uicarius talis ordinarii, aut iudex talis domini toti noſtris affectibus inhiantes, ac ex omnibus noſtris præcordiis affectantes populum Chriſtianum nobis cōmiſſum in unitate, & ſerenitate catolicæ fidei confoueri, ac ab omni peſte prauitatis hęretice, uiſceraliter elongari. Idcirco nos iudex præfatus cui ex iuncto officio hæc incumbuunt, ad gloriā & honorem recolendi nominis IESV CHRISTI, & ad exaltationem ſanctæ fidei orthodoxe, atq; ad depreſſionem hæretice prauitatis, præcipue in maleficis uniuerſis, & ſingulis cuiuſcunq; conditionis ſtatus. Hic nota. Sic eccleſiaſticus iudex inquirit, addat ordinis religionis, aut dignitatis exiſtant, qui ſunt infra terminos huius ciuitatis, aut circa illam, aut oppidi ad duo miliaria, ad quorum notitiam peruenerint, hæc mandata eccleſiaſticus iudex adiungat. Authoritate qua fungimur in hac parte, in uirtute ſanctæ obedientiæ ac ſub pœna excōmunicationis præcipimus & mandamus, ac mandando requirimus, & monemus quatenus infra duodecim dies proxime computandos. Hoc ſeculari iudex modo ſuo mandabit, & pœnis eius conſuetis, quorum primos quatuor, pro primo, & reliquos quatuor primis quatuor immediatos pro ſecundo, & ultimos quatuor pro tertio termino peremptis. Ac trina monitione canonica aſſignamus nobis reuelant, ſi quis ſcit, uidit, uel audiuit aliquam eſſe perſonam hæreticam & maleficam, diffamatam, uel ſuſpectam, & in ſpeciali

talia practicantẽ,quæ in nocumentum hominum,iumentorum,aut terræ frugum, & damnum reipublice celare ualeant,quod ſi noſtris antefatis monitis & mandatis nõ paruerit,cum effectu præmiſſa infra taxatum terminum non reuelando ſciat ſe Iudex eccleſiaſticus addat excommunicationis mucrone percuſſum. Secularis iudex addat pœnas temporales. Quam excommunicationis ſententiam in omnes & ſingulos taliter,ut prædicitur contumaces præfata noſtra monitione canonica præeunte,& eorũ obedientia requirente, nunc ut rex, & tunc ut ex nũc ferimus in his ſcriptis. Abſolutionem harum ſententiarum nobis tantummodo reſeruandum. Concludit Iudex ſecularis modo ſuo.Datum &c.Nota inſuper ſuper ſecundum modum, quod cum ut dictum eſt ſecundus modus procedendi,& proceſſum fidei incipiendi eſt per modum denunciationis, ubi denuncians non offert ſe probaturum,nec uult facere partem,ſed dicit quod denunciat ratione ſententiæ excommunicationis late, uel zelo fidei, & propter bonum reipublicæ,ideo ſecularis Iudex hoc debet in ſua citatione generali aut præmiſſa monitione ſpecificare,quod nemo æſtimet ſe pœnalem fieri,etiam ſi in probatione defecerit,quia offert ſe non ut accuſans, ſed ut denuncians.Et tunc quia plures comparebunt ad denunciandum Iudici,notare debet Iudex ut procedat modo qui ſequitur.Primo haberet notarium & duas honeſtas perſonas,ſiue ſint clerici,ſiue laici, uel ſi notarius nõ poſſet haberi,tunc loco notarii ſint duo uiri idonei. Hoc enim tangitur in c.ut officium. §. uerum. lib. 6. ubi dicitur.Verum quia in cauſa graui criminis cum multa oportet cautela procedi, ut in reos ſine ullo proferatur errore dure ac digne ſeueritas ultionis.Volumus & mãdamus ut in examinatione teſtium quos recipi ſuper hoc crimine prædicto,ipſumque contingentibus oportuerit adhibeatis duas religioſas & diſcretas perſonas. Hic Archidiaco.in glo.poſſunt intelligi perſonæ honeſtæ, ſiue ſint clerici, ſiue laici. Sequitur, in quarum præſentia per publicam ſi commode habere poteſtis perſonam, aut per

duos

duos uiros idoneos, fideliter eorum depoſitiones teſtium deſcribantur. Nota ergo quod his perſonis adhibitis mandet denuncianti Iudex quod det in ſcriptis, uel ſaltem dicat uerbo. Et tunc notarius ſeu Iudex incipiat proceſſum per modum qui ſequitur.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

ANNO A NATIVITATE DOMINI. &c. Tali die, tali menſis in præſentia mei notarij, & teſtium infra ſcriptorum, talis de tali loco, & talis diocœſis, ut ſupra comparuit perſonaliter in tali loco coram honorabili iudice, & obtulit eidem cędulam tenoris ſequentis, inſeratur tota. Si autem non per cędulam, ſed uerbo ponatur ſic. Comparuit &c. & denunciauit eidem quod talis de tali loco, diocœſis talis aſſeruit & dixit quod ſciret hoc, uel quod fecerit talia nocumenta ſibi, uel alijs perſonis. Quo facto incontinenti faciet iurare ipſum denunciantem modo conſueto, uel ad quatuor Dei Euangelia, uel ſuper crucem, erectis digitis tribus, & duobus depreſſis in teſtimonium ſanctæ trinitatis & damnationem animæ & corporis, de dicenda ueritate ſuper denunciatis, & præſtito iuramento, interrogabit eum. Vnde ſcit eſſe uera quæ denunciauit, & ſi uidit uel audiuit. Si dicat ſe uidiſſe aliqua, utpota quia ibi repertus tali hora tempeſtatis, uel quia tetigit, iumentum, uel quia intrauit ſtabulum. Interrogabit iudex ubi eum uidit, & quando, & quotiens, & per quem modum, & qui erant præſentes. Si dicat quod non uidit, ſed quod audiuit. Interrogabit eum à quibus audiuit, & ubi, & quando & quotiens, & quibus præſentibus audiuit, formando articulos de quolibet prædictorum ſingulariter & diuiſim, & notarius ſeu ſcriptor ponat totum in actis ſeu in proceſſum immediatè poſt prædictam denunciationem continuando ſic. Qua quidem denunciatione ut præmittitur facta ipſe inquiſitor incontinenti fecit intrare ad quatuor Dei euangelia

communem utilitatem reipublicæ,& ponatur totã prouͤ fama laborat & paulo infra: Acta ſunt hęc die tali,menſis talis,de anno tali,in pręſentia teſtium talium uocatorum rogatorum,& mei notarii talis authoritate ſeu ſcriptoris uigore tali. Sed antequam ſecunda pars inchoetur,uidelicet qualiter huiuſmodi proceſſus eſt continuandus, præmittenda ſunt aliqua ſuper teſtes examinandos quot in numero eſſe debeant,& cuius conditionis.

Quæſtio ſecunda de numero teſtium.

QVIA dictũ eſt in ſecundo modo de dictis teſtium,qualiter inſcribi debeant,ſcire numerum & conditionẽ illorũ opus eſt. Quęritur utrum Iudex duorum teſtium legitimorum non ſingularium,poſſit licite aliquem de hæreſi maleficarum cõdemnare uel plures,quam duo neceſſaria requirantur,& dicũtur teſtes ſingulares quãdo in dictis ſunt partiales,concordãt tamen in ſubſtantia ſeu effectu rei,ut ſi diceret,maleficiauit mihi uaccam alter puerũ concordarent in maleficio. Hic aũt quęritur,ubi teſtes non ſunt partiales,ſed omnino cõcordant. Et reſpondetur, quod quamuis uideãtur ſufficere duo teſtes de iuris rigore,quia regula eſt,ꝙ in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum,tamen de iuris equitate non uidẽtur in hoc crimine duo ſufficere,tum propter criminis immanitatem. In criminibus.n.probationes debent eſſe loce clariores,ff.de probationibus,ſi autem. Et hæreſis præcipue talis inter maiora crimina enumeratur. Et ſi dicatur quod in hoc crimine ſufficiunt leuiores probationes,quia leui argumento quis detegitur. C.de hære.lib.2 Leui argumento recedendo a iudicio catholicæ religionis & tramite hæreticum ſe facit. Reſpondetur uerum eſt ad præſumendum, non autem ad condemnandum, tum propter iuris ordinis in hoc crimine detrunca

tionem. In hoc enim ordo iudicarius in fauorem fidei detruncatur, quia nec delatus uidet teſtes iurare, nec etiam ſibi publicantur, ut poſſet eis graue periculum imminere ut in ca. ſtatuta. de hære. li. 6. propter quod delatus non poſſet diuinare, ſed tenetur ipſe Iudex per ſe & ex officio de teſtium inimicitia perquirere, quia excluduntur ut infra patebit, & etiam ſi depoſuerunt confuſę de cauſa conſciẽtiæ eos iterum interrogare, quod poteſt facere extra de teſti. per tuas. & ff. de quęſtionibus repeti. nam quanto magis uia defendendi delato ſubtrahitur, tanto magis incumbit Iudici ſollicitudo diligentius inquirendi. Vbi ergo inuenirentur duo teſtes concordes & legitimi contra quenquam, nec ex hoc uellem eum de tanto crimine condemnare, ſed purgationem ſi eſſet diffamatus indicere, uel propter uehementer ſuſpitionem, quæ oritur ex dictis duorum tęſtium facere eum abiurare, uel quæſtionare, ſeu ſententiam differre, non enim uidetur tutum ad uocem duorum teſtiũm hominem bonæ famæ, de tanto crimine condemnare, ſecus ſi fuerit malæ famæ, De hoc Archi. plenius in ca. ut officium. §. uerum. in prin. de hære. li. 6. ſuper uerbo teſti. & in c. fidei. In fine gloſæ illius capituli. Et Io. an. ibidem. In c. etiam excommunicamus itaq;. extra de hære. §. addicimus. dicitur quod faciat epiſcopus iurare tres, uel plures boni teſtimonii uiros de dicenda ueritate ſi ſciuerint in parrochia tales hæreticos ibi eſſe.

AD idem quod ſi quæritur. Vtrum Iudex per teſtes ſingulares ſolum uel ſaltem cum infamia poſſet iuſte de tali hereſi aliquem condemnare? Reſpondetur, quod non, nec per teſtes ſingulares ſolum, nec etiam cum infamia, extra de teſti. cum litteris, præſertim tum in criminibus probationes debẽt eſſe luce clariores, ut ſupra patuit, & in hoc crimine nemo ſit ex præſumptione damnandus extra de præſump. literas, ergo tali indicitur, purgatio ratione infamiæ & abiuratio ratione ſuſpitionis uehementis, quę conſurgit ex dictis teſtium, tamen ubi teſtes ſunt ſingulares concordant tamen in ſubſtantia facti, & euidẽtia facti concurrunt, tunc iudicis conſcientia ibi oneratur

ex

ex indirectorio habetur quæſtio quotiens poſſint teſtes examinari.

Quæſtio tertia.

QVOD ſi quæritur. Vtrum iudex teſtes poſſit compellere ad iurandum de dicenda eidem in cauſa fidei ſeu maleficarum ueritate. Et etiam pluries eo examinare. Reſpondetur quod ſic, preſertim eccleſiaſticus iudex,ut ſupra patuit in ca. ut officium.§.uerum.Et quod teſtes cogendi ſunt in cauſis eccleſiaſticis,ueritatem deponere medio iuramento, extra de teſti.cogen.ca p.peruenit. alias teſtimonium non ualebit.Et extra de hære.c. excommunicamus itaq;. §. adiicimus. dicitur quod archiepiſcopus uel epiſcopus parrochiam in qua fama fuerit,hereticos habere circumeat, & ibi tres uel plures boni teſtimonii uiros,uel etiamſi expedire uidebitur, totam uicinam iurare compellat,& ſequitur infra.Si quis uero ex his iuramentis religionem obſtinatione damnabili reſpuentes, iurare forte noluerint, ex hoc ipſo tanquam hæretici reputentur.Quod autē pluries poſſit examinari.Item dicit Archi.in c.ut officium. §. uerum ſuper uer.teſtium, ubi dicitur ſic. Inquiſitor hic autem iudex debet eſſe ſollicitus,ut ſi teſtes confusè depoſuerunt,& de cauſa ſcientiæ minus plene requiſiti fuerunt,quod iteratio cum eis inquirat.Nam hoc de iure fieri poſſunt,extra de teſti.cogendis,ut ſupra tactum eſt. ff. de quæſtionibus repeti.

Quæſtio quarta de conditionibus teſtium.

QVAESTIO ſuper conditiones teſtium. Nota quod excommunicati, Item participes & ſocii criminis, Item infames, & criminoſi ſerui contra dominos admittuntur ad agendum, & teſtificandum in cauſa fidei quacunque.Item ſicut hære

ticus contra hæreticum,ad teſtificandum admittitur , ita maleficus,contra maleficum,in defectum tamen aliarum probationum , & ſemper contra,& non pro,uxor etiã & filii,& familiares,contra & non pro,ar.per ca.filii de hære.lib.6. & hoc ideo quia eorum teſtimonium eſt magis efficax ad probandum. De primis patet in cap.in fidei debere ibidem.In fidei fauorem concedimus ut in negotio inquiſitionis hæreticæ prauitatis excommunicati, & particeps uel ſociis criminis ad teſtimonium admittantur,in defectu aliarum probationum cõtra hæreticos credẽtes receptatores,fautores & defenſores eorum,ſi ex uerisimilibus coniecturi,& ex numero teſtium aut perſonarum,tam deponentium,quam eorum contra quos agitur & deponitur, qualitate aut aliis circunſtantiis ſic teſtificantes,non falſa dicere præſumant.De periuris quãdo præſumitur quod deponunt zelo fidei,patet in c.accuſatus.§. licet ubi ſupra.ubi dicitur:Licet uero periuri & poſt pœnitentiam,repellantur,ſi tamen hi qui coram & infra , ſi ex manifeſtis iudicii apparuerit tales non animi,leuitate, aut odii fomite,ſeu corruptione pecuniæ,ſed zelo fidei orthodoxæ,dictum ſuũ uellẽt corrigere,ac modo qui prius tacuerant reuelare in fauorem fidei,niſi aliud obſtiterit, ſtare debet tum contra ſe quam reliquos, atteſtationibus eorundẽ.Et quod infames & criminoſi & ſerui contra dominos admittuntur.Archi.in c.alle.accuſatus in §.licet ſuper uerbo exceptum dicit ita:Tanta eſt labes criminis hęreſis,quod ad eius actionem etiam ſerui aduerſus dominos ſuos,& quilibet criminoſus etiam infames , aduerſus quemlibet admittuntur,ut 2.q.7.huic opponitur.

Quæſtio quinta,an inimici capitales ad teſtificandum admittantur.

SI uero quæritur,utrum Iudex inimicos , capitales alicuius delati, poſſint in tali caſu ad teſtificandum ſeu agendum admittere contra illum,reſpondemus quod nõ

unde

unde Archi.ubi ſupra,Non tamen intelligas quod in hoc crimine inimicus capitalis admittitur ad actionem. 3.qō. 5.cap.2. & de ſymo. licet heli.in fine, de hoc etiam ſatis notat Hoſtienſis in ſum.de accu.§.quis poſſit, ſed dicuntur inimici capitales.Nota ꝙ quia ſolum ratione inimicitia quis repellitur,& non quæcunq; repellit, ſed capitalis intelligitur quia mors inter eos eſt de facto illata,uel fuit intentata,ſeu ea quæ ſunt ad mortē inductiua, aut quia uel uulnera grauia & lætalia ſunt ſequuta,& ſimilia quæ ad peruerſitatem & malignitatem agentis contra paſſum iudicant manifeſtè, propter quod præſumitur ꝙ ſicut intentauit contra iſtum mortem temporalem per illum modum,ſcilicet uulnerando,intentaret etiam per iſtum crimen hæreſis imponendo,& ſicut uoluit ei auferre uitam, uellet auferre famam,quare tales inimici capitales a teſtimonio legitimè expelluntur. Aliæ uero inimicitiæ præſertim graues, & prout etiam faciliter mulieres ad inimicitias commouentur,& ſi nō repellunt totaliter tamē dictum eorum dubitant aliqualiter,ut non ſit plena fides eorum atteſtationibus adhibenda,ſed cum aliis adminiculis & aliorum teſtium dictis poſſunt plenam facere probationem,præſertim ubi iudex delatum interrogat. An ne putet ſe habere inimicum quod tale crimen ad mortem ſibi ex inimicitia imponere auderet,ſi dicet,ita interrogabit, quæ illa ſit perſona,& tunc Iudex aduertet ſi illam perſonam de qua ſuſpitio eſt,ꝙ ex inimicitia depoſuerit,denotauit. Ita tali enim caſu ubi Iudex etiam de cauſa inimicitiæ per alios honeſtos informatur, & alia adminicula non occurrunt,& aliorum teſtium dicta,poterit ſecurè talem teſtem repellere.Si uero delata perſona dicet,nō ſpero aliquem talem habere inimicum, licet interdum rixas cum mulieribus habuerim,uel ſi dicet, habeo inimicum, & non expreſſit debitè, ſed quendam alium qui fortaſſis non depoſuit,tunc dicta talis teſtis etiam ſi alii dicerent quod cauſa inimicitiæ depoſuiſſet, Iudex tamen non debet repellere,ſed ad plenam probationem cum aliis adminiculis conſeruare. Reperiuntur quamplures minus pro

uidi & circunſpecti, qui huiuſmodi diſpoſitiones mulierum refutare & annihilare quęrunt, dicentes illis ſtandum non eſſe in eo, ꝙ ſępiſſimè cum rixoſę ſint, ex inuidia deponere ſolent, Hi qui ignorant aſtutias & cautelas Iudicium loquuntur & iudicant ut cęci de coloribus, de quibus aſtutiis in 11.& 12.quæſt.patebit.

Secũda pars qualiter proceſſus eſt continuandus, queſt. 6: Et qualiter teſtes ſunt examinandi in præſentia quatuor aliarum perſonarum, & qualiter delata eſt interroganda dupliciter.

NAM nunc ſexto quęritur. Qualiter proceſſus huiuſmodi aduerſus maleficas in cauſa fidei ſit continuandus. Conſiderandum eſt primo, quod quia in cauſa Fidei procceditur ſummariè ſimpliciter, & de plano abſq; aduocatorũ, & iudiciorũ ſtrepitu & figura, ut patet. c. ſtatuta. lib. 6. qualiter ẽt iſta uerba intelligantur, patet extra de uerb. ſig. c. ſępe. cõtingit, quod cauſas committimus & in eorũ aliquibus ſimpliciter, & de plano ac ſine ſtrepitu & figura iudici ꝓcedi mãdamus, de quorum ſignificatione uerborum multis contenditur, & qualiter procedi debeat dubitatur. Nos autem dubitationem huiuſmodi, quantum eſt nobis poſſibile decidere cupientes, hac in perpetuum ualitura conſtitutione ſancimus, ut iudex cui taliter cauſam committimus neceſſario libellum non exigat, litis conteſtationem non poſtulet, tempore feriarum ob neceſſitates hominum indultarum a iure procedere ualeat, amputet dilationem materiam litis quantum poterit faciat breuiorem, exceptiones, appellationes, & dilationis fruſtratorias repellẽdo partium aduocatorum & procuratorum contentiones & iurgia teſtiumque ſuperfluam multitudinem refrenando, non ſic tamen Iudex litem obruat, quin probationes neceſſariæ admittentur, citationem uero ac proteſtationem iuramẽ

ti de

ti de calumnia,ſiue de dicenda ueritate,ne ueritas occul tetur;per commiſſionem huius intelligimus non excludi hęc ibi.Et quia proceſſus(ut uiſum eſt ſupra,) eſt ſimpliciter incipiendus,quia uel propter inſtantiã accuſatoris,uel propter zelum denuntiatoris,uel propter clamorem famæ laborantis,& proceſſus qui ſit ad inſtãtiam partis accuſantis,Iudex in hac materia non debet acceptare, cum maleficarum facta opere dæmonum occultãtur,nec accuſator per euidentiam facti ſicut in aliis criminalibus procedere,& ſe defendere poteſt,immo conſulere debeat accuſatori quod amoueat uerbum accuſationis,& ponat denunciationis,& hoc propter accuſatoris graue periculũ,ideo ſuper ſecundum modum qui & uſitatus, & ſimiliter ſuper tertium,in quibus proceditur,& non ad inſtãtiam partis. Notandum quod quia dictum eſt in præcedentibus, quod Iudex ſpecialiter debet interrogare denunciantem,qui ſciunt cum eo in tali cauſa & qui poſſunt ſcire.Ideo Iudex faciet citari illos teſtes quos denuntians intimauit, & qui magis uidentur ſcire in facto, & ſcriptor continuabit proceſſum ſcribendo ſic. Poſt quæ attendes ipſe Iudex denuntiata ſibi hęreticalia ante dicta fore ex ſui natura eſſe talia,& tam grauia quę nõ poſſunt nec debent conuenientibus oculis tollerari, cum cædant eò in opprobriũ diuinæ maieſtatis,& tam fidei catholicæ quàm reipublicę detrimentum deſcendit ad ſe informandum,& ad teſtes examinãdum,per modum qui ſequitur.

Interrogatoria ſuper teſtes.

Talis teſtis, de tali loco, citatus,iuratus, & interrogatus, ſi cognoſcit talem, experimendo nomen delati,& dixit quod ſic.Item interrogatus de cauſa cognitionis,& dixit ꝙ pro eo ꝙ uidit & locutus eſt ſibi pluries,uel ſic uel alias,quia fuerunt ſocii, & exprimentur cauſæ cognitionis. Item interrogatus de cognitionis tempore, & dicit quod ſunt decem anni uel tot. Item interrogatus de fama illius,& præſertim ad

ea quæ ſunt fidei,& dixit quod quo ad moralia eſt homo bonę famæ uel malæ,quantum autem ad ea quæ ſunt fidei,dixit quod eſt fama in tali loco quod practicat aliqua contra fidem,ut maleficus. Item interrogatus quid eſt fama,& dixit. Item interrogatus ſi uidit uel audiuit talem talia facientem,& dixit. Item interrogatus ubi audiuit dici ſupra dicta, & dixit quod in tali loco. Item interrogatus in quorum præſentia, & dixit quod illorum. Item interrogatus ſi ex ſua conſanguinitate aliqui propter maleficia fuiſſent dudum incinerati, uel ſuſpecti habiti,& dixit.Item interrogatus an cum ſuſpectis maleficis habuit familiaritatem, & dixit. Intem interrogatus de modo & cauſa quod dicta fuerunt, & dixit ꝙ ea de cauſa & tali modo. Item interrogatus, ſi uidetur ſibi quod talis dixit ſeu fecerit trãſitoriè uel lapſu linguę, ſeu recitatorie,ſeu aĩo indeliberato, uel potius aſſertiue, & aĩo deliberato, & dixit ꝙ fecerit ſupra dicta iocoſe & truſatorie,ſeu recitatiue,& nõ animo ſic credẽdi uel aſſertiue.Itẽ interrogatus de cã credẽtiæ huius,& dixit ꝙ credit ꝓ eo ſic,quia ille qui dicebat ridẽdo dixit.Et de iſtis eſt multum diligẽter inquirendum,quia nonnunquam dicũt aliqui recitando aliorum uerba,uel truſando uel conferendo,ut alios alliciant uel incitent,licet etiam interdum aſſerendo uel affirmando. Item interrogatus ſi hæc deponit odio,uel rãcore,ſeu dimittit ſeu amore uel fauore & dicit quod, &c. Et ſequitur iniunctum eſt ſibi tenere ſecretum;Acta ſunt hæc in tali loco,die tali,& in preſentia talium teſtium,uocatorum & rogatorum,& mei notarii ſeu ſcriptores.Vbi ſemper aduertẽdum quod in tali examine,ad minus perſonæ quinque debent præſentes eſſe,ſcilicet Iudex inquirens,teſtis uel denuntias, reſpondens,uel ipſe delatus poſtea comparens, tertius eſt notarius ſeu ſcriptor,ubi deeſt notarius,& tunc adiungat ſibi alium honeſtum,qui duo ſupplebunt uices notarii, ut ſupra tactum eſt,& hoc apoſtolica auctoritate,qua tunc in illo actu funguntur,ut ſupra in c.ut officium de hære.lib. 6.& duo honeſti uiri tanquam teſtes eorum quæ deponũtur,

tur. Item aduertendum quod teſtis citatus debet etiam eſſe iuratus, id eſt, ut præſtet iuramentum modo quo ſupra de dicenda ueritate, alias falſe inſcriberetur citatus & iuratus. Conſimiliter examinentur alij teſtes, quibus examinatis, ſi Iudex uideat factum eſſe probatũ plen , uel ſi non plene, tamen eſſe maxima iudicia & ſuſpitiones uehementes, & nota ꝙ loquimur nõ de leui ſuſpitione quæ ex leuibus cõiecturis oritur, ſed ꝙ multum diffamata eſt ſuper maleficia puerorum, iumentorum, &c. Tũc Iudex ſi timet de fuga delati, uel delatę, faciat eum capi, ſi aũt nõ timet de fuga, faciat eum citari, & ſiue capiatur, ſiue nõ, prius faciat Iudex eius domum improuiſe ſcrutari, & cũcta ſcrinia aperiri, & in angulis pixides & oĩa inſtrumenta tolli quæ reperiuntur, & ſic conſtituto, Iudex collectis his de quibus eſt delatos, & his de quibus eſt per teſtes conuictus vel habitus ſuſpectus, formet interrogatoria ſuper illis, ac inquirat habito ſecũ notario, &c. ut ſupra præſtito prius corporali iuramento ad quatuor Dei euangelia, de dicẽda ueritate tam de ſe, quàm de alijs, & hoc per modum qui ſequitur conſcribantur etiam ſingula.

Interrogatoria generalia ſuper maleficam, aut maleficum, & eſt primus actus.

TALIS de tali, loco, delatus, iuratus ſuper quatuor DEI euangelia corporaliter tacta, tam de ſe quã de alijs dicere ueritatẽ. & inde interrogatus, unde eſt, ſeu unde originẽ traxit. Et perpendit quod tali loco talis diocœſis. Itẽ interrogatus qui ſunt eius parẽtes, ſi ſunt uiui uel mortui. Et reſpondit quod uiui in tali loco, uel mortui in tali loco. Item interrogatus utrum naturali morte uel incinerati, & dixit quod tali: Vbi nota quod hoc fit quia ut plurimum, ut in ſecunda parte operis patuit, maleficæ proprios infantes dæmonibus offerunt, aut eos inſtituunt, & cõmuniter tota progenies exi-

ſtit infecta, & ubi deponentes affirmaſſent, & ipſa negat, & iam eſſet ſuſpecta. Item interrogatus ubi fuit nutritus, & ut in plurib. conuerſatus, & dixit quod in tali loco, uel tali, & ſi uideat quod mutauit locum proprium, quia forte mater non fuit ſuſpecta, nec aliquis ex parentela, & tamen conuerſatus in alieno, & præſertim in locis in quibus conſueuerunt maleficæ uigere, interrogabitur ſic. Item interrogatus quare mutauit ſuæ natiuitatis locum, & ſe tranſtulit ad commorandum in tali loco, uel talibus, dixit quod ex tali cauſa. Item interrogatus ſi in dictis locis uel alibi, audiuit loqui de materia maleficarũ, puta quod tempeſtates concitare, uel iumenta maleficiare, & uaccas liquore lactis priuare, &c. de tali materia de qua eſt delata, & ſi dicit quod ſic interrogatus. Item interrogatus quid audiuit loqui, & ſcribantur ſingula quæ dicet. Si autem negat & dicit ſe nihil audiuiſſe, tunc ſic. Item interrogatus ſi credit maleficas eſſe, & quod talia poſſint fieri quæ referuntur, ut tempeſtates concitare, iumenta inficere & homines; & dixit. Et nota quod maleficæ ut plurimum negant prima fronte, unde ſuſpitio oritur magis quàm ſi reſponderent ſi ſint aut non ſint, committo ſuperioribus, unde ſi negant tunc interrogentur. Item interrogatus, quid ergo ubi comburuntur, tunc innocenter condemnantur, & dixit.

Interrogatoria particularia ſuper eoſdem.

ADuertat Iudex quod non procraſtinet ſubſequentes interrogationes, ſed indelatæ proponat. Item interrogetur cur communis populus eam timeret, & dixit. Item interrogetur an ſciret ſe eſſe diffamatam, & quod odio haberetur; & dixit. Item interrogetur cur illi perſonæ obiecit dicendo: tu non trã ſibis impunè, & dixit. Item interrogetur quid mali ſibi feciſſet illa perſona, ꝙ talia uerba in eius damnum protuliſſet, & dixit. Et nota ꝙ hæc ĩterrogatio eſt neceſſaria, ut deueniatur ad fundamentum inimicitiæ, quia in fine

delata allegabit inimicitiam,ſed ubi non eſt capitalis, ſed modo muliebri concitata, non impedit. Hoc enim eſt maleficarum proprium. concitare aduerſus ſe, uel uerbis inutilibus aut factis puta petit ſibi præſtari aliquid, aut infert ei damnum aliquod in orto & ſimilia,adhoc ut occaſionem recipiant,& ſe manifeſtant in uerbo uel in opere, quàm manifeſtationem habent facere ad inſtantiam dæmonum, ut ſic peccata aggrauentur Iudicum, dum manent impunita. Nota enim quod talia faciunt non ĩ aliorum præſentia,ut ſic deponens uellet teſte,producere nõ haberet. Non etiam quod incitantur a dęmonibus, ut à multis maleficis & poſt incineratis,experti ſumus,ita q̃d contra ipſarum uoluntatem,habent incitare & maleficare. Item inrerrogatus quomodo effectus potuit conſequi,ſuper minas,ut puer aut iumẽtum tam cito maleficaretur,& dixit. Item interrogatus iterum, & quare dixiſti ꝙ nũquam deberet habere ſanum diem & ita factum eſt & dixit. Item ſi omnia negat, interrogetur de alijs maleficijs alijs teſtibus illatis,puta in iumentis, uel pueris. Item interrogata cur uiſa fuerit in campis, uel in ſtabulo,cum iumentis tangẽdo,prout interdum ſolent facere,& dixit. Item interrogata cur tetigit puerum, & ꝙ poſtea malè habuit,& dixit. Item interrogata quid egit ĩ campis tempore tempeſtatis, & ſic de multis alijs. Item unde quod cum habeat unam uaccam aut duas, q̃d plus abundat in lacte quàm uicinæ habentes quatuor aut ſex. Item manet inſtatu adulterij aut concubina,licet non ſeruiant ad propoſitum,tamen ſuſpitionem generant amplius quàm ſuper probas & honeſtas delatas. Et nota ꝙ ſæpius ſuper articulos contra eam delatos interroganda eſt,utrum maneat in eodem propoſito aut non. Qua confeſſione peracta & ſcripta,ſiue ad partem negatiuam,ſiue affirmatiuã, ſiue ſub ambiguo ſcribatur poſtea: Acta ſunt hæc in tali loco, &c.ut ſupra.

Quæſtio ſeptima, in qua uaria dubia declarantur ſuper præmiſſa interrogatoria & reſponſiones negatiuas, an delata ſit incarceranda, & quando pro manifeſtè deprehenſa in hæreſi maleficarum ſit habenda, & eſt actus ſecundus.

QVAERITVR primò, quid agendum ſit ut plurimum contingit, perſona delata omnia negat. Reſpondetur Iudex habet circa tria attendere, ſcilicet ſuper infamiam, ſuper indicia facti, & ſuper dicta teſtium, ſi uidelicet omnia inſimul concurrunt, aut ſi non omnia inſimul, ut plurimum etiam contingit, eo quod maleficæ ſtatim propter facta in aliqua uilla aut ciuitate infamãtur, indicia etiam facti ſunt præ oculis, puta in pueris maleficiatis, aut in iumentis quæ ſæpius inficiuntur, aut lacte priuantur, numerus etiã teſtium eſt in ſcriptis, qui licet ſint ſingulares, puta quia unus depoſuit quod puerum ſibi maleficauerit, alius uero iumẽtum, tertius uero ſuper infamiam, & ſic de alijs. Tamen in ſubſtantia facti concordant, puta in maleficijs, & quod ut malefica ſit ſuſpecta & iſti teſtent, licet nõ ſufficiant ad cõdemnandum abſque infamia, uel etiam cum ĩfamia, ut ſupra tactũ eſt, quæſ.3.374. in fine tñ cũ iudicijs facti poſſet ex his tribus inſimul reputari, non ut ſuſpecta, uehementer aut uiolenter, de quibus ſuſpitionibus inferius declarabitur, ſed reputari ut manifeſtè deprehenſa ĩ hęreſi maleficarum, ubi uidelicet teſtes idonei, id eſt, non ex inimicitia, & ſufficientes ĩ numero, puta ſex, octo, uel decem iurati concurrerent, & conſequenter deberet pœnis in capitulo ad abolendam. §. præſenti de hęre. ſubiacere, & ca. excommunicamus 2. & hoc ſiue crimẽ ſit falſa, ſiue non, & hæc ſic probantur. Non quod dictum eſt, quod ubi omnia tria præfata cõcurrunt, tunc ꝓ manifeſtè deprehenſa in hæreſi debet reputari, non eſt intelligendum

dũ ꝙ neceſſario omnia tria incurrere,ſed probatur ſic ꝑ argumentum a fortiori,nã unum quodq; per ſe inter illa duo,quę ſunt iudicium facti,& teſtium productio legitima,poteſt reddere aliquem,vt pro deprehenſo in hęretica prauitate habeatur,quanto magis,vbi ambæ probationes pariter concurrũt? nam Iuriſtæ vbi quærunt quot modis de Iure aliquis habetur pro manifeſte deprehenſo in hæretica prauitate.Reſpondetur quod tribus, ut notat Bernardus in gloſa ordinaria,in capitulo ad abolendam. 401.in fine magis explicat.§.pſenti & uerbo deprehẽſi,extra de hære.& tactũ eſt ſupra in quęſtione prima,in principio operis,ſcilicet,facti euidẽtia,puta quia publice prædicauit hęreſim,hic aũt ponimus indiciũ facti propter publicas minas,quas intuit, dicẽdo,nũquã annos,dies,habilis,uel ſimile, & effectus fuit ſubſequutus, ſequit uel legitima probatione per teſtes,uel tertio ex propria confeſſione,unde ſi unumquódq; illorum per ſe facit & reddit aliquẽ tãquã manifeſtè ſuſpectũ,quanto magis inſimul iũgẽdo infamiam,& iudicia facti,cum teſtium depoſitione,licet ibi dicatur euidens factum,& hoc indicium facti. & hoc eſt quia diabolus non manifeſte operatur, ſed occulte, damna autem & inſtrumenta maleficij quę repetiuntur,dant indicium facti,unde ubi euidens factum in alia hęreſi ſolum ſufficeret,hic adiungimus tria.De ſecundo uero quod talis deprehenſus,licet negaret,tamẽ iuxta illa capitula eſſet puniendus,ſic probatur.Nam deprehenſus facti euidentia,uel per teſtes aut fatur crimen uel nõ, ſe fatetur & eſt impenitẽs, tradẽdus eſt brachio ſeculari ultimo ſupplicio feriendus,iuxta capitulum ad abolendã(ut ſupra)uel eſt carceri perpetuo detrudẽdus,iuxta capitulum excommunicamus ſecũdo.Si aũt nõ fatetur, ſed ſtat in negatiua,eſt vt impœnitens tradẽdus poteſtatis curiæ ſecularis animaduerſione debita puniendus,ut notat Hoſtienſis in ſummo titulo de hæreticis qualiter deprehendantur . Sic ergo concludiť,quod ſi Iudex iſto modo procedere ſuper interrogatoria & teſtiũ depoſitiones cum vt dictum eſt in cauſis fidei ſummarie ſimpliciter,&

de plano procedi poteſt,& ipſam delatam carceri deputaret, ad tempus uel ad annos plures, ſi forte poſt annum ſqualoribus carceris depreſſa, crimina fateret, nō iniuſtè ſed iuſte procederet. Attamen ne ui deatur ſentētiam prę cipitare, immo ſecundum omnem æquitatem procedere, quæritur quid conſequenter agendum ſit.

Quæſtio octaua, & præcedenti annexa, an ſit incarceranda, & de modo capiendi, & eſt actus tertius Iudicis.

AN uero ſuper negatiuas reſponſiones malefica ſit carceri ad cuſtodiam mancipāda ubi præfata tria cōcurrunt, ſcilicet fama, indicia facti,& productiones teſtium, aut ſub cautione fideiuſſorum dimittenda ut denuo citata reſpondeat. Reſponderi poteſt ex tribus opinionibus. Primo enim aliquorum ſententia, eſt, quod carceribus ſit mācipanda,& nullo modo ſub cautione dimittenda,& hi innituntur rationi tactæ in prę cedenti quæſtione, quia uidelicet habetur pro manifeſtè deprehenſa, ubi illa tria concurrunt. Alij uero quod ante incarcerationem poteſt cautioni fideiuſſorum relinqui ita quod ſi fugam caperet, quod tunc pro cōuicta haberetur, licet poſt incarcerationem ſuper negatiuas reſpōſiones nō ſit cautioni, uel manulente relinquenda, quādo uidelicet illa tria concurrunt ſupra notata, eo qđ tunc nō poſſet ſententiari & plecti ad mortem,& hic innititur conſuetudini. Tertij ſunt qui dicunt quod non ſit danda infallibilis regula, ſed Iudici ſit relinquendum, ut ſecūdū dicta teſtium & infamiam perſonæ,& ſi inditia facti concurrunt, tanto grauius diſcernatur ꝑ modum patriæ ſeruando & cōſuetudinem, concludentes quod ſi nō poſſet habere fideiuſſores notabiles, & fortaſſis ſuſpecta de fuga, quod tunc carceri mancipetur,& hæc tertia uidet̃ rationabilior, ſic tamen quod debitus ſeruetur modus qui

ſtat

ſtat in tribus. Primo ut domus eius quantum poſſibile eſt per illuſtretur, ſub & ſupra in omnibus angulis, foſſis, & ſcriniis, & ſiquidem famoſa malefica exiſtit, tunc abſque dubio, niſi prius ſint ſub ea occulta uaria inſtrumenta reperiuntur, ſicut ſupra tactum eſt. Secundo, ut ſi habet ancillam, aut conſodales, quod & ille uel illa ſeorſum includuntur, etiam ſi non ſint delatæ, præſumitur eas nõ latere ſecreta aliqua illius delatę. Tertio quod in capiendo ſi in domo propria capitur, quod non detur ei ſpacium intrandi cameram, eo quod tunc ſolẽt certa maleficia accipere, & ſecum deferre pro taciturnitate procuranda. Ratione cuius incidit dubium an modus capiẽdi maleficas, qui ab aliquibus obſeruatur uti à famulis, ſubito à terra eleuatur & in ſporta ſiue in ſpatulis, ne terram ultra tangat defertur, ſit licitus. Reſponderi poteſt ex canoniſtarum & quorundam theologorum ſententia, quod licitum ſit hoc triplici reſpectu. Primo, quia ut in quæſt. introductoria huius tertiæ partis patuit plurimorum ſententia, immo talium doctorũ quorũ dicta reprobare nemo audet, ut idẽ ſentit Scot. Hoſt. Goffr. & quod licitũ eſt uana uanis cõtõdere. Experientia denique, immo & maleficarum faſſiones demonſtrant quod ſæpius per talem modum captæ, taciturnitatis maleficium amiſerunt, immo quamplures incinerandæ petentes ut ſaltem pede uno terram tangere permitterentur, dum eis fuiſſet denegatũ, & in fine ſciſcitatum cur tamen terram tangere optaſſent, reſponſum ꝙ ſi tetigiſſent, ſeipſas liberaſſent, multis aliis fulminibus interemptis. Alia cauſa, nam hoc ipſum manifeſtum exiſtit ut in ſecunda parte operis patuit, quod in publica iuſtitia omnes uires maleficii franguntur quò ad præterita, ſed quò ad futura niſi de nouo ei a diabolo ſuccurratur ĩ maleficio taciturnitatis omnia crimina fatetur. Dicamus ergo iuxta apoſtolum. Quæcunque uerbo uel opere agimus, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti fiant, ſiquidem innocens fueris, hęc captio non tibi nocebit. Tertio reſpectu, quia ſi ſecundum doctores licitum eſt per uana opera maleficia tollere, quia in hoc concordant

omnes,licet diſcrepant in illo,quod illa uana nō debeāt
eſſe illicita,unde dictum Hoſtienſis,ubi dicit quod licitū
ſit uana uanis cōtundere,gloſator ab aliis,nota ꝙ dicit ua
nis,non aūt illicitis,a fortiori illicitū eſt maleficia impedi
re,ad qđ impedimentū hic reſpectus habetur,& nō ad ali
quid illicitū exercēdū.Notet inſuper Iudex qđ eſt duplex
incarceratio,unā ad pœnam ubi criminoſi ponuntur,alte
ra ad cuſtodiam tantū,& hęc in præfatorio fit, & hæ duę
cuſtodię notantur in ca.multorum quærela,ut ſupra.unde
ad minus ad cuſtodiā eſt incarceranda.Si aūt leuia eſſent
pro quibus eſſet accuſata,ita quod non eſſet infamata,ne
eſſent indicia facti in pueris & iumentis, tunc remittatur
ad domum,ſed quia familiaritatem habuit forte cum ma
leficis,& nouit eorū ſecreta,det fideiuſſores,quos ſi habe
re nō pōt,iuramētis & pœnis aſtricta,domum non exeat
niſi uocata,ancillæ autem & domeſticæ de quibus ſupra,
ad cuſtodiam & non ad pœnam detineantur.

Quæſtio nona,quid agendum poſt captionem, & an deponentium nomina ſint ei manifeſtanda, & eſt actus quartus.

QVO autem poſt captionem fiūt,ſed quid
primū inter illa Iudice relinquitur, ſcili-
cet,defenſionum cōceſſio, & in loco tor
turę,non tamē propter torturam exami
natio,Primum non datur niſi petierit.
Secundū non fit niſi prius ancillę ſeu con
ſodales ſi habuit,in domo examinentur. Procedamus ta-
men ordine poſito.Si delata dicat ſe innocētem,& quod
falſe ſit delata,& quod libenter uelit tales accuſatores in
ſpicere,& eos audire,tunc ſignum eſt quod petit defenſio
nes.Sed an Iudex teneatur ei deponentes manifeſtare , &
ad conſpectum eius pręſentare.Hic aduertat Iudex quod
nullum illorum tenetur facere,nec nomina manifeſtare,
nec

nec ad conſpectum præſentare, niſi deponentes per ſe, & ſponte ad hoc ſe offerunt, ut uidelicet eorum aſpectibus præſententur, & ea quæ depoſuerunt eis in faciem objicere, ꝙ autem non tenetur Iudex & hoc propter periculum deponentium probatur, nam licet diuerſi ſummi pontifices diuerſa ſenſerunt, nullus tamen unquã ſenſit ꝙ Iudex teneretur in tali cauſa delata, nomina deponentium manifeſtare, nec etiam accuſatorum, licet hic non procedimus per modum accuſationis, ſed potius aliqui ſenſerunt ꝙ in nullo caſu liceret, aliqui uerò quod in aliquo. Tandẽ autem Bonifacius VIII. ſtatuit, ut patet, in cap. ſtatuta. §. inhibemus. lib. 6, ubi ſic dicitur, Inhibemus tamen quod ſi accuſatoribus uel teſtibus in cauſa hæreſis interuenientibus, ſeu deponentibus propter potentiam perſonarum, cõtra quas inquiritur, uideat epiſcopus & inquiſitor. Nota tu pro inquiſitore & Epiſcopo Iudicem quemcunq; cõtra maleficas procedentem ex conſenſu epiſcopi & inquiſitoris, quare idem eſt uices ſuas cõmittere poſſunt, ut in quæſtione introductoria patuit, unde & talis Iudex quicũque etiam ſecularis procedit apoſtolica auctoritate, & non ſolum imperatoria ſequitur graue periculum imminere, ſi contingat fieri publicationem eorundem, ipſorũ nomina non publicent, &c. Et ſequitur infra, ceſſante uero periculo ſupra dicto, accuſatorum, uel teſtium nomina prout in aliis fit iudiciis publicentur. Attendat etiam circunſpectus Iudex de potentia perſonarum, quia illa eſt triplex, ſcilicet, potentia generis, & familiæ, potentia pecuniæ, & potẽtia malitiæ, quæ magis timenda eſt, quàm aliæ duæ, quod ex illa teſtibus grauia pericula poſſent imminere, ſi eis cõtra quod depoſuerunt eorum nomina publicarentur, & ratio eſt. maius enim eſt periculum nomina teſtium publicare alicui delato pauperi habenti malicomplices, rebelles & homicidas, qui nihil habẽt niſi perſonã perdere, quàm generoſo uel diuiti, abundanti in temporalibus, quod autem ſit graue periculum, & quale, declarat Ioan. ſuper prædicto uerbo periculũ, dicens ita periculũ, quia timetur mors uel detruncatio ipſorum, uel filiorum,

uel parentum ſuorum, uel deuaſtatio ſubſtantiæ, uel his ſimilia. Aduertat inſuper Iudex ꝙ cum apoſtolica auctoritate ex beneplacito ordinarij in his procedit, quod ad illud ſecretum, ſcilicet, de non reuelando teſtificantium nomina, tam ipſe quàm omnes aliis aſſertores qui depoſitioni teſtium interfuerunt, aut in futurum circa ſententiam ferendam intereſſe poterunt, tenentur ſub pœna excommunicationis quam contra eos ſi oppoſitũ fecerint epiſcopus fulminare poterit, & ita nec reuelenta principio proceſſus, ad minus implicite fulminabit. Vnde in alle. ca. ſtatuta. in §. & ut eorundem ita dicitur: Et ut eorundem accuſatorum & teſtium periculis efficacius occurratur, & cautius inquiſitionis negocio procedatur, pręſentis conſtitutionis auctoritate permittimus quod epiſcopus & inquiſitores, tu intellige ſi cut ſupra poſſint indicere illis quibus ut præmiſſum eſt, proceſſum huiuſmodi applicabunt, & in eos arcana conſilii ſeu proceſſus ſibi ſub ſecreto ab eiſdẽ epiſcopo & inquiſitoribus patefacta præter ipſorum licentiam aliis patefacerent excommunicationis ſententiam, quam ex ſecreti uiolatione ipſo facto incurrant ſi eis uidebitur promulgare. Notandum ulterius quòd ſicut pœna annexa eſt, ubi nomina teſtium indebitè publicarentur, ita pœna eſt annexa ubi indebitè occultarentur, ſcilicet illis quibus merito ſunt manifeſtanda, ſcilicet peritis, & aſſeſſoribus, de quorum conſilio eſt ad ſententiam procedendum, uel ubi non publicarent ubi ſine periculo teſtium publicari poſſent, ut in di. cap. ſtatu. circa fidem ſequitur. Cæterum in omnibus præcipimus tam epiſcopos quam inquiſitores puram & prouidam intentionem habere, ne accuſatorum uel teſtium nomina ſupprimendo, ubi eſt ſecuritas periculum eſſe dicant, nec in eorum diſcrimine ſecuritatem aſſerant ubi tale periculum immineret, ſuper hoc conſcientias eorum onerantes, ubi Archid. ita dicitur: O tu quicunque Iudex in tali caſu bene aduertere uerba iſta, nam non dicit leue periculum ſi graue, noli igitur reum priuare iuris ordine ſine magna cauſa, quoniam hoc fieri non poteſt ſine offenſi-

fenſione Dei. Et notandum lectori, quod quia omnia præcedentia & etiam ſequentia uſque quo puniatur ad modos ſententiandi abſque pœna ſanguinis in quibus eccleſiaſticus iudex iudicare habet, fieri poſſunt cum cõſen ſu diocœſorum per ſecularem iudicem, ideo non impediat lectorem ſi in ca. allegatur iudex ecclesiaſticus & nõ ſecularis, qui modos ſentẽtiandi ſuper ſangninem capiet ex modis ſentẽtiandi & pœnitentiandi ordinariorum.

Quæſtio decima, qualiter ſunt deſenſiones concedendæ cum deputatione aduocati, & eſt actus quintus.

SI igitur defenſiones petit, quomodo concedi poſſunt, vbi nomina teſtium omnino occultantur? Dicendũ quod defenſio ſtat in tribus. Primo ut ei aduocatus deputet. Secundõ, illi aduocato nomina teſtiũ non publicentur, nec ad ſecretum etiam tenendum ſub præſtito iuramento, ſed informetur de ſingulis contentis in proceſſu. Tertio delati cauſa quantum poteſt in meliorem partem interpretetur, ſcilicet, ne tamen ſcandalo fidei, & damno iuſtitiæ ut patebit, & procurator pari forma cui proceſſus totius copia ſuppresſis tamen teſtium & deponentium nominibus, & idem aduocatus eſſet procuratorio nomine procedere poterit.

Quò ad primum, notatur quod aduocatus non deputatur ad beneplacitum delati, puta quia uellet habere unum ad ſuum placitum, de illo omnino caueat Iudex non concedere hominem litigioſum, maliuolum, qui faciliter pecuniis posſit corrumpi, (prout ſępe tales inueniuntur,) ſed concedat ſibi uirum probum, & de legalitate non ſuſpectum. Et notare debet Iudex quatuor in aduocato, quæ ſi obſeruata fuerint ab aduocato, per mittat eum aduocare, alias habet eum refutare, nam aduocatus primo debet examinare qualitatem cauſæ,

ea quæ ſunt fidei,& dixit quod quo ad moralia eſt homo bonę famæ uel malæ,quantum autem ad ea quæ ſunt fidei,dixit quod eſt fama in tali loco quod practicat aliqua contra fidem,ut maleficus. Item interrogatus quid eſt fama,& dixit. Item interrogatus ſi uidit uel audiuit talem talia facientem,& dixit. Item interrogatus ubi audiuit dici ſupra dicta, & dixit quod in tali loco. Item interrogatus in quorum præſentia, & dixit quod illorum. Item interrogatus ſi ex ſua conſanguinitate aliqui propter maleficia fuiſſent dudum incinerati, uel ſuſpecti habiti,& dixit.Item interrogatus an cum ſuſpectis maleficis habuit familiaritatem, & dixit. Intem interrogatus de modo & cauſa quod dicta fuerunt, & dixit ꝙ ea de cauſa & tali modo. Item interrogatus, ſi uidetur ſibi quod talis dixit ſeu fecerit traſitoriè uel lapſu linguę, ſeu recitatorie,ſeu aīo indeliberato, uel potius aſſertiue, & aīo deliberato, & dixit ꝙ fecerit ſupra dicta iocoſe & truſatorie,ſeu recitatiue,& nō animo ſic credēdi uel aſſertiue.Itē interrogatus de cā credētiæ huius,& dixit ꝙ credit ꝓ eo ſic,quia ille qui dicebat ridēdo dixit.Et de iſtis eſt multum diligēter inquirendum,quia nonnunquam dicūt aliqui recitando aliorum uerba,uel truſando uel conferendo ut alios alliciant uel incitent,licet etiam interdum aſſerendo uel affirmando. Item interrogatus ſi hæc deponit odio,uel rācore,ſeu dimittit ſeu amore uel fauore & dicit quod, &c. Et ſequitur iniunctum eſt ſibi tenere ſecretum;Acta ſunt hæc in tali loco,die tali,& in preſentia talium teſtium,uocatorum & rogatorum,& mei notarii ſeu ſcriptores.Vbi ſemper aduertēdum quod in tali examine,ad minus perſonæ quinque debent præſentes eſſe,ſcilicet Iudex inquirens,teſtis uel denuntiās, reſpondens,uel ipſe delatus poſtea comparens, tertius eſt notarius ſeu ſcriptor,ubi deeſt notarius,& tunc adiungat ſibi alium honeſtum,qui duo ſupplebunt uices notarii, ut ſupra tactum eſt,& hoc apoſtolica auctoritate,qua tunc in illo actu funguntur,ut ſupra in c.ut officium de hære.lib. 6.& duo honeſti uiri tanquam teſtes eorum quæ deponūtur,

tur. Item aduertendum quod teſtis citatus debet etiam eſſe iuratus, id eſt, ut præſtet iuramentum modo quo ſupra de dicenda ueritate, alias falſe inſcriberetur citatus & iuratus. Conſimiliter examinentur alij teſtes, quibus examinatis, ſi Iudex uideat factum eſſe probatū plen , uel ſi non plene, tamen eſſe maxima iudicia & ſuſpitiones uehementes, & nota ꝙ loquimur nō de leui ſuſpitione quæ ex leuibus cōiecturis oritur, ſed ꝙ multum diffamata eſt ſuper maleficia puerorum, iumentorum, &c. Tūc Iudex ſi timet de fuga delati, uel delatę, faciat eum capi, ſi aūt nō timet de fuga, faciat eum citari, & ſiue capiatur, ſiue nō, prius faciat Iudex eius domum improuiſe ſcrutari & cuncta ſcrinia aperiri, & in angulis pixides & oīa inſtrumenta tolli quæ reperiuntur, & ſic conſtituto, Iudex collectis his de quibus eſt delatos, & his de quibus eſt per teſtes conuictus vel habitus ſuſpectus, formet interrogatoria ſuper illis, ac inquirat habito ſecū notario, &c. ut ſupra præſtito prius corporali iuramento ad quatuor Dei euangelia, de dicēda ueritate tam de ſe, quàm de alijs, & hoc per modum qui ſequitur conſcribantur etiam ſingula.

Interrogatoria generalia ſuper maleficam, aut maleficum, & eſt primus actus.

TALIS de tali, loco, delatus, iuratus ſuper quatuor DEI euangelia corporaliter tacta, tam de ſe quā de alijs dicere ueritatē. & inde interrogatus, unde eſt, ſeu unde originē traxit. Et perpendit quod tali loco talis diocœſis. Itē interrogatus qui ſunt eius parētes, ſi ſunt uiui uel mortui. Et reſpondit quod uiui in tali loco, uel mortui in tali loco. Item interrogatus utrum naturali morte uel incinerati, & dixit quod tali: Vbi nota quod hoc fit quia ut plurimum, ut in ſecunda parte operis patuit, maleficæ proprios infantes dæmonibus offerunt, aut eos inſtituunt, & cōmuniter tota progenies exi-

ſtit

ſtit infecta, & ubi deponentes affirmaſſent, & ipſa negat, & iam eſſet ſuſpecta. Item interrogatus ubi fuit nutritus, & ut in plurib. conuerſatus, & dixit quod in tali loco, uel tali, & ſi uideat quod mutauit locum proprium, quia forte mater non fuit ſuſpecta, nec aliquis ex parentela, & tamen conuerſatus in alieno, & præſertim in locis in quibus conſueuerunt maleficæ uigere, interrogabitur ſic. Item interrogatus quare mutauit ſuæ natiuitatis locum, & ſe tranſtulit ad commorandum in tali loco, uel talibus, dixit quod ex tali cauſa. Item interrogatus ſi in dictis locis uel alibi, audiuit loqui de materia maleficarũ, puta quod tempeſtates concitare, uel iumenta maleficiare, & uaccas liquore lactis priuare, &c. de tali materia de qua eſt delata, & ſi dicit quod ſic interrogatus. Item interrogatus quid audiuit loqui, & ſcribantur ſingula quæ dicet. Si autem negat & dicit ſe nihil audiuiſſe, tunc ſic. Item interrogatus ſi credit maleficas eſſe, & quod talia poſſint fieri quæ referuntur, ut tempeſtates concitare, iumenta inficere & homines; & dixit. Et nota quod maleficæ ut plurimum negant prima fronte, unde ſuſpitio oritur magis quàm ſi reſponderent ſi ſint aut non ſint, committo ſuperioribus, unde ſi negant tunc interrogentur. Item interrogatus, quid ergo ubi comburuntur, tunc innocenter condemnantur, & dixit.

Interrogatoria particularia ſuper eoſdem.

Aduertat Iudex quod non procraſtinet ſubſequentes interrogationes, ſed indelatæ proponat. Item interrogetur cur communis populus eam timeret, & dixit. Item interrogetur an ſciret ſe eſſe diffamatam, & quod odio haberetur; & dixit. Item interrogetur cur illi perſonæ obiecit dicendo: tu non trã ſibis impunè, & dixit. Item interrogetur quid mali ſibi feciſſet illa perſona, ꝙ talia uerba in eius damnum protuliſſet, & dixit. Et nota ꝙ hæc ĩterrogatio eſt neceſſaria, ut deueniatur ad fundamentum inimicitiæ, quia in fine

delata allegabit inimicitiam,ſed ubi non eſt capitalis, ſed modo muliebri concitata, non impedit. Hoc enim eſt maleficarum proprium. concitare aduerſus ſe, uel uerbis inutilibus aut factis puta petit ſibi præſtari aliquid, aut infert ei damnum aliquod in orto & ſimilia, adhoc ut occaſionem recipiant, & ſe manifeſtant in uerbo uel in opere, quàm manifeſtationem habent facere ad inſtantiam dæmonum, ut ſic peccata aggrauentur Iudicum, dum manent impunita. Nota enim quod talia faciunt non ī aliorum præſentia, ut ſic deponens uellet teſte, producere nō haberet. Non etiam quod incitantur a dęmonibus, ut à multis maleficis & poſt incineratis, experti ſumus, ita qđ contra ipſarum uoluntatem, habent incitare & maleficare. Item inrerrogatus quomodo effectus potuit conſequi, ſuper minas, ut puer aut iumētum tam cito maleficaretur, & dixit. Item interrogatus iterum, & quare dixiſti ꝙ nūquam deberet habere ſanum diem & ita factum eſt & dixit. Item ſi omnia negat, interrogetur de alijs maleficijs alijs teſtibus illatis, puta in iumentis, uel pueris. Item interrogata cur uiſa fuerit in campis, uel in ſtabulo, cum iumentis tangēdo, prout interdum ſolent facere, & dixit. Item interrogata cur tetigit puerum, & ꝙ poſtea malè habuit, & dixit. Item interrogata quid egit ī campis tempore tempeſtatis, & ſic de multis alijs. Item unde quod cum habeat unam uaccam aut duas, qđ plus abundat in lacte quàm uicinæ habentes quatuor aut ſex. Item manet inſtatu adulterij aut concubina, licet non ſeruiant ad propoſitum, tamen ſuſpitionem generant amplius quàm ſuper probas & honeſtas delatas. Et nota ꝙ ſæpius ſuper articulos contra eam delatos interroganda eſt, utrum maneat in eodem propoſito aut non. Qua confeſſione peracta & ſcripta, ſiue ad partem negatiuam, ſiue affirmatiuā, ſiue ſub ambiguo ſcribatur poſtea: Acta ſunt hæc in tali loco, &c. ut ſupra.

Quæſtio ſeptima, in qua uaria dubia declarantur ſuper præmiſſa interrogatoria & reſponſiones negatiuas, an delata ſit incarceranda, & quando pro manifeſtè deprehenſa in hæreſi maleficarum ſit habenda, & eſt actus ſecundus.

QVAERITVR primò, quid agendum ſit ut plurimum contingit, perſona delata omnia negat. Reſpondetur Iudex habet circa tria attendere, ſcilicet ſuper infamiam, ſuper indicia facti, & ſuper dicta teſtium, ſi uidelicet omnia inſimul concurrunt, aut ſi non omnia inſimul, ut plurimum etiam contingit, eo quod maleficæ ſtatim propter facta in aliqua uilla aut ciuitate infamātur, indicia etiam facti ſunt præ oculis, puta in pueris maleficiatis, aut in iumentis quæ ſæpius inficiuntur, aut lacte priuantur, numerus etiā teſtium eſt in ſcriptis, qui licet ſint ſingulares, puta quia unus depoſuit quod puerum ſibi maleficauerit, alius uero iumētum, tertius uero ſuper infamiam, & ſic de alijs. Tamen in ſubſtantia facti concordant, puta in maleficijs, & quod ut malefica ſit ſuſpecta & iſti teſtent, licet nō ſufficiant ad cōdemnandum abſque infamia, uel etiam cum īfamia, ut ſupra tactū eſt, quæſ.3.374. in fine tñ cū iudicijs facti poſſet ex his tribus inſimul reputari, non ut ſuſpecta, uehementer aut uiolenter, de quibus ſuſpitionibus inferius declarabitur, ſed reputari ut manifeſtè deprehenſa ī hęreſi maleficarum, ubi uidelicet teſtes idonei, id eſt, non ex inimicitia, & ſufficientes ī numero, puta ſex, octo, uel decem iurati concurrerent, & conſequenter deberet pœnis in capitulo ad abolendam.§.præſenti de hęre. ſubiacere, & ca. excommunicamus 2. & hoc ſiue crimē ſit faſſa, ſiue non, & hæc ſic probantur. Non quod dictum eſt, quod ubi omnia tria præfata cōcurrunt, tunc ꝓ manifeſtè deprehenſa in hæreſi debet reputari, non eſt intelligen

dum

dũ ꝙ neceſſario omnia tria incurrere,ſed probatur ſic ꝑ argumentum a fortiori,nã unum quodq; per ſe inter illa duo,quę ſunt iudicium facti,& teſtium productio legitima,poteſt reddere aliquem,vt pro deprehenſo in hęretica prauitate habeatur,quanto magis,vbi ambæ probationes pariter concurrũt? nam Iuriſtæ vbi quærunt quot modis de Iure aliquis habetur pro manifeſte deprehenſo in hæretica prauitate.Reſpondetur quod tribus, ut notat Bernardus in gloſa ordinaria,in capitulo ad abolendam. 401.in fine magis explicat.§.p̃ſenti & uerbo deprehẽſi,extra de hære.& tactũ eſt ſupra in quęſtione prima,in principio operis,ſcilicet,facti euidẽtia,puta quia publice prædicauit hęreſim,hic aũt ponimus indiciũ facti propter publicas minas,quas intuit, dicẽdo,nũquã annos,dies,habilis,uel ſimile, & effectus fuit ſubſequutus, ſequit̃ uel legitima probatione per teſtes,uel tertio ex propria confeſſione,unde ſi unumquodq; illorum per ſe facit & reddit aliquẽ tãquã manifeſtè ſuſpectũ,quanto magis inſimul iũgẽdo infamiam,& iudicia facti,cum teſtium depoſitione,licet ibi dicatur euidens factum,& hoc indicium facti. & hoc eſt quia diabolus non manifeſte operatur, ſed occulte, damna autem & inſtrumenta maleficij quę reperiuntur,dant indicium facti,unde ubi euidens factum in alia hęreſi ſolum ſufficeret,hic adiungimus tria.De ſecundo uero quod talis deprehenſus,licet negaret,tamẽ iuxta illa capitula eſſet puniendus,ſic probatur.Nam deprehenſus facti euidentia,uel per teſtes aut fatur crimen uel nõ, ſe fatetur & eſt impenitẽs, tradẽdus eſt brachio ſeculari ultimo ſupplicio feriendus,iuxta capitulum ad abolendã(ut ſupra)uel eſt carceri perpetuo detrudẽdus,iuxta capitulum excommunicamus ſecũdo.Si aũt nõ fatetur, ſed ſtat in negatiua,eſt vt impœnitens tradẽdus poteſtatis curiæ ſecularis animaduerſione debita puniendus,ut notat Hoſtienſis in ſummo titulo de hæreticis qualiter deprehendantur. Sic ergo concludit̃,quod ſi Iudex iſto modo procedere ſuper interrogatoria & teſtiũ depoſitiones cum vt dictum eſt in cauſis fidei ſummarie ſimpliciter,&

de plano procedi poteſt, & ipſam delatam carceri deputaret, ad tempus uel ad annos plures, ſi forte poſt annum ſqualoribus carceris depreſſa, crimina fateret, nō iniuſtè ſed iuſte procederet. Attamen ne ui deatur ſentētiam pręcipitare, immo ſecundum omnem æquitatem procedere, quæritur quid conſequenter agendum ſit.

Quæſtio octaua, & præcedenti annexa, an ſit incarceranda, & de modo capiendi, & eſt actus tertius Iudicis.

AN uero ſuper negatiuas reſponſiones malefica ſit carceri ad cuſtodiam mancipāda ubi præfata tria cōcurrunt, ſcilicet fama, indicia facti, & productiones teſtium, aut ſub cautione fideiuſſorum dimittenda ut denuo citata reſpondeat. Reſponderi poteſt ex tribus opinionibus. Primo enim aliquorum ſententia, eſt, quod carceribus ſit mācipanda, & nullo modo ſub cautione dimittenda, & hi innituntur rationi tactæ in pręcedenti quæſtione, quia uidelicet habetur pro manifeſtè deprehenſa, ubi illa tria concurrunt. Alij uero quod ante incarcerationem poteſt cautioni fideiuſſorum relinqui ita quod ſi fugam caperet, quod tunc pro cōuicta haberetur, licet poſt incarcerationem ſuper negatiuas reſpōſiones nō ſit cautioni, uel manulente relinquenda, quādo uidelicet illa tria concurrunt ſupra notata, eo qđ tunc nō poſſet ſententiari & plecti ad mortem, & hic innititur conſuetudini, Tertij ſunt qui dicunt quod non ſit danda infallibilis regula, ſed Iudici ſit relinquendum, ut ſecūdū dicta teſtium & infamiam perſonæ, & ſi inditia facti concurrunt, tanto grauius diſcernatur ꝑ modum patriæ ſeruando & cōſuetudinem, concludentes quod ſi nō poſſet habere fideiuſſores notabiles, & fortaſſis ſuſpecta de fuga, quod tunc carceri mancipetur, & hæc tertia uideť rationabilior, ſic tamen quod debitus ſeruetur modus qui

ſtat in tribus. Primo ut domus eius quantum poſſibile eſt per illuſtretur, ſub & ſupra in omnibus angulis, foſſis, & ſcriniis, & ſiquidem famoſa malefica exiſtit, tunc abſque dubio, niſi prius ſint ſub ea occulta uaria inſtrumenta reperiuntur, ſicut ſupra tactum eſt. Secundo, ut ſi habet ancillam, aut conſodales, quod & ille uel illa ſeorſum includuntur, etiam ſi non ſint delatæ, præſumitur eas nõ latere ſecreta aliqua illius delatę. Tertio quod in capiendo ſi in domo propria capitur, quod non detur ei ſpacium intrandi cameram, eo quod tunc ſolẽt certa maleficia accipere, & ſecum deferre pro taciturnitate procuranda. Ratione cuius incidit dubium an modus capiẽdi maleficas, qui ab aliquibus obſeruatur uti à famulis, ſubito a terra eleuatur & in ſporta ſiue in ſpatulis, ne terram ultra tangat defertur, ſit licitus. Reſponderi poteſt ex canoniſtarum & quorundam theologorum ſententia, quod licitum ſit hoc triplici reſpectu. Primo, quia ut in quæſt. introductoria huius tertiæ partis patuit plurimorum ſententia, immo talium doctorũ quorũ dicta reprobare nemo audet, ut idẽ ſentit Scot. Hoſt. Goffr. & quod licitũ eſt uana uanis cõtõdere. Experientia denique, immo & maleficarum faſſiones demonſtrant quod ſæpius per talem modum captæ, taciturnitatis maleficium amiſerunt, immo quamplures incinerandæ petentes ut ſaltem pede uno terram tangere permitterentur, dum eis fuiſſet denegatũ, & in fine ſciſcitatum cur tamen terram tangere optaſſent, reſponſum ꝙ ſi tetigiſſent, ſeipſas liberaſſent, multis aliis fulminibus interemptis. Alia cauſa, nam hoc ipſum manifeſtum exiſtit ut in ſecunda parte operis patuit, quod in publica iuſtitia omnes uires maleficii franguntur quò ad præterita, ſed quò ad futura niſi de nouo ei a diabolo ſuccurratur ĩ maleficio taciturnitatis omnia crimina fatetur. Dicamus ergo iuxta apoſtolum. Quæcunque uerbo uel opere agimus, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti fiant, ſiquidem innocens fueris, hęc captio non tibi nocebit. Tertio reſpectu, quia ſi ſecundum doctores licitum eſt per uana opera maleficia tollere, quia in hoc concordant

omnes, licet diſcrepant in illo, quod illa uana nō debeāt eſſe illicita, unde dictum Hoſtienſis, ubi dicit quod licitū ſit, uana uanis cōtundere, gloſator ab aliis, nota ꝙ dicit uanis, non aūt illicitis, a fortiori illicitū eſt maleficia impedire, ad q̄d impedimentū hic reſpectus habetur, & nō ad aliquid illicitū exercēdū. Notet inſuper Iudex q̄ eſt duplex incarceratio, unā ad pœnam ubi criminoſi ponuntur, altera ad cuſtodiam tantū, & hęc in præfatorio fit, & hæ duę cuſtodię notantur in ca. multorum quærela, ut ſupra. unde ad minus ad cuſtodiā eſt incarceranda. Si aūt leuia eſſent pro quibus eſſet accuſata, ita quod non eſſet infamata, ne eſſent indicia facti in pueris & iumentis, tunc remittatur ad domum, ſed quia familiaritatem habuit forte cum maleficis, & nouit eorū ſecreta, det fideiuſſores, quos ſi habere nō pōt, iuramētis & pœnis aſtricta, domum non exeat niſi uocata, ancillæ autem & domeſticæ de quibus ſupra, ad cuſtodiam & non ad pœnam detineantur.

Quæſtio nona, quid agendum poſt captionem, & an deponentium nomina ſint ei manifeſtanda, & eſt actus quartus.

QVO autem poſt captionem fiūt, ſed quid primū inter illa Iudice relinquitur, ſcilicet, defenſionum cōceſsio, & in loco torturę, non tamē propter torturam examinatio, Primum non datur niſi petierit. Secundū non fit niſi prius ancillę ſeu con ſodales ſi habuit, in domo examinentur. Procedamus tamen ordine poſito. Si delata dicat ſe innocētem, & quod falſe ſit delata, & quod libenter uelit tales accuſatores inſpicere, & eos audire, tunc ſignum eſt quod petit defenſiones. Sed an Iudex teneatur ei deponentes manifeſtare, & ad conſpectum eius pręſentare. Hic aduertat Iudex quod nullum illorum tenetur facere, nec nomina manifeſtare,

nec

nec ad conſpectum præſentare, niſi deponentes per ſe, & ſponte ad hoc ſe offerunt, ut uidelicet eorum aſpectibus præſententur, & ea quæ depoſuerunt eis in faciem obijcere, ꝙ autem non tenetur Iudex & hoc propter periculum deponentium probatur, nam licet diuerſi ſummi pontifices diuerſa ſenſerunt, nullus tamen unquã ſenſit ꝙ Iudex teneretur in tali cauſa delata, nomina deponentium manifeſtare, nec etiam accuſatorum, licet hic non procedimus per modum accuſationis, ſed potius aliqui ſenſerunt ꝙ in nullo caſu liceret, aliqui uero quod in aliquo. Tandẽ autem Bonifacius VIII. ſtatuit, ut patet, in cap. ſtatuta. §. inhibemus. lib. 6, ubi ſic dicitur, Inhibemus tamen quod ſi accuſatoribus uel teſtibus in cauſa hæreſis interuenientibus, ſeu deponentibus propter potentiam perſonarum, cõtra quas inquiritur, uideat epiſcopus & inquiſitor. Nota tu pro inquiſitore & Epiſcopo Iudicem quemcunq; cõtra maleficas procedentem ex conſenſu epiſcopi & inquiſitoris, quare idem eſt uices ſuas cõmittere poſſunt, ut in quæſtione introductoria patuit, unde & talis Iudex quicũque etiam ſecularis procedit apoſtolica auctoritate, & non ſolum imperatoria ſequitur graue periculum imminere, ſi contingat fieri publicationem eorundem, ipſorũ nomina non publicent, &c. Et ſequitur infra, ceſſante uero periculo ſupra dicto, accuſatorum uel teſtium nomina prout in aliis fit iudiciis publicentur. Attendat etiam circunſpectus Iudex de potentia perſonarum, quia illa eſt triplex, ſcilicet, potentia generis, & familiæ, potentia pecunię, & potẽtia malitiæ, quæ magis timenda eſt, quàm aliæ duæ, quod ex illa teſtibus grauia pericula poſſent imminere, ſi eis cõtra quod depoſuerunt eorum nomina publicarentur, & ratio eſt. maius enim eſt periculum nomina teſtium publicare alicui delato pauperi habenti malicomplices, rebelles & homicidas, qui nihil habẽt niſi perſonã perdere, quàm generoſo uel diuiti, abundanti in temporalibus, quod autem ſit graue periculum, & quale, declarat Ioan. ſuper prædicto uerbo periculũ, dicens ita periculũ, quia timetur mors uel detruncatio ipſorum, uel filiorum,

fenſione Dei. Et notandum lectori, quod quia omnia præcedentia & etiam ſequentia uſque quo puniatur ad modos ſententiandi abſque pœna ſanguinis in quibus eccleſiaſticus iudex iudicare habet, fieri poſſunt cum cōſenſu diocœſorum per ſecularem iudicem, ideo non impediat lectorem ſi in ca.a llegatur iudex eccleſiaſticus & nō ſecularis, qui modos ſentētiandi ſuper ſangninem capiet ex modis ſentētiandi & pœnitentiandi ordinariorum.

Quæſtio decima, qualiter ſunt defenſiones concedendæ cum deputatione aduocati, & eſt actus quintus.

SI igitur defenſiones petit, quomodo concedi poſſunt, vbi nomina teſtium omnino occultantur? Dicendũ quod defenſio ſtat in tribus. Primo ut ei aduocatus deputet. Secundō, illi aduocato nomina teſtiũ non publicentur, nec ad ſecretum etiam tenendum ſub præſtito iuramento, ſed informetur de ſingulis contentis in proceſſu. Tertio delati cauſa quantum poteſt in meliorem partem interpretetur, ſcilicet, ne tamen ſcandalo fidei, & damno iuſtitiæ ut patebit, & procurator pari forma cui proceſſus totius copia ſuppresſis tamen teſtium & deponentium nominibus, & idem aduocatus eſſet procuratorio nomine procedere poterit.

Quō ad primum, notatur quod aduocatus non deputatur ad beneplacitum delati, puta quia uellet habere unum ad ſuum placitum, de illo omnino caueat Iudex non concedere hominem litigioſum, maliuolum, qui faciliter pecuniis posſit corrumpi, (prout ſępe tales inueniuntur,) ſed concedat ſibi uirum probum, & de legalitate non ſuſpectum. Et notare debet Iudex quatuor in aduocato, quæ ſi obſeruata fuerint ab aduocato, permittat eum aduocare, alias habet eum refutare, nam aduocatus primo debet examinare qualitatem cauſæ,

ſecundum defenſionem quam fecit,& debet abiurare publice coram epiſcopo,iuxta ca.accuſatus frequenter allegatum.Hoc ad longum poſita ſunt, nec patui pendat iſta Iudex,quia ex aduocato ſeu procuratore,ubi falſe procedere nititur,plurima pericula euenire ſolent, unde Iudex debet omnino eum refutare,& procedere ſecundum acta & probata ubi irreprehenſibilis aduocatus fuerit.Veruntamen ſi Iudes habuerit aduocatũ irreprehenſibilem pro delato uirum zeloſum,& iuſtitiæ amatorem nomina teſtium ei iudicare poterit,ad ſecretum tamen tenendũ ſub præſtito iuramento.

Quæſtio undecima, quid faciet aduocatus cum ſibi nomina teſtium non publicantur. Actus ſextus.

QVOD ſi quæritur , Quid ergo aduocatus etiã procuratorio nomine ꝓ delato faciet ubi nec ſibi nec cliẽtulo ſuo nomina teſtiũ publicantur,quam tamẽ publicationẽ delatus ſumme affectare?Reſpõſio.Informationem capiat a Iudice de ſingulis in proceſſu contentis. & ſi quidem copiam habere uelit,ſuppreſſis tamen nominibus teſtium tradatur ſibi , & ſic informatus accedat delatum,& ſingula ſibi proponat,& ſi materia poſtulat,ut pote quia multum onerosa delato,tum ad patientiã quãtum poteſt hortetur. Et delatus ubi iterum atq; iterũ inſtat ut ſibi teſtes publicentur,reſpondere poteſt ex factis quę contra te delata ſunt,conicturare teſtes poteris,nã tali maleficiatus eſt puer,aut iumentum,aut tali mulieri ſeu uiro dixiſti,eo quod talem rem quam petebas tibi cõ præſtare nolebant,tu ſenties quod melius fuiſſet ut mihi rem acommodaſſes , poſt quę uerba talis infirmatus ſubito, facta tua ut teſtimonia clamant,quæ plus ponderãtur quam teſtimonia uerborum,uel etiam tu ſcis te infamatam

matam,& a longo tempore ſuſpectam de multis maleficiis & damnis hominibus illatis,& ſic replicādo finaliter ad hoc deueniet,quod ipſa aut inimicitias allegabit, aſſerens ſibi ex inimicitia obiecta,aut dicet:Fateor me dixiſſe hæc uerba,ſed non animo nocendi. Quare aduocatus tunc Iudici & aſſeſſoribus,de primo,uidelicet de inimicitia habet proponere,& Iudex inquirere. Et ſiquidē illa capitalis inueniretur,utpote quia inter maritos,uel conſanguineos fuiſſet mors intentata ,uel ſequuta, uel alicuius crimiuis inculpatio,ut quis foret plectendus per publicā iuſtitiam, uel fuerunt uulnera grauia ex controuerſiis & brigis illata , tunc prouidus Iudex cum ſuis aſſeſſoribus diſcutiet , an ex parte delatæ inimicitia aggrauatur , uel ex parte deponentis.puta quia maritus aut amici delatæ alios ex parte deponentis iniuſtè oppreſſerunt , tunt quidem ſi non aſſunt indicia facti in pueris ſeu iumentis,ſiue hominibus maleficiatis,nec etiam aſſunt alii teſtes, aut etiam quod publica infamia non laborat,tunc præſumitur ꝙ ratione uindictæ contra eum depoſuerit , & eſt delata omnino abſoluenda,& libere dimittenda ſub debita cautione de nō uindicādo,&c.ut moris Iudiciū eſt.Sed quæritur,Katharina habet puerū maleficiatū,ſeu ipſa per ſe eſt maleficiata,ſeu in iumētis percepit plurima damna, & ſuſpicatur ſuper illam cuius maritus aut conſanguinei per prius iniuſte ſuū maritū,aut cōſanguineū oppreſſerunt in publico iudicio,unde cum hic duplex ſit inimicitia ex parte deponentis,quia inimicatur ratione maleficij illati, & ratione infamiæ iniuſtę,obiectę ſuo marito ſubito , aut conſanguineo,eſt ne eius depoſitio repellenda aut nō? & quidem ex una parte uidetur quod ſic quia,inimicitia ibi eſt,ex altera quod non,quia profert indicia facti. Reſpondet,quod in caſu quo non adſunt alii deponentes,nec ēt publica laborat infamia contra delatam,tunc non ſtatur eius depoſitioni tantum , ſed repellitur,& delata tamen redditur ſuſpecta,ſi & inquantum morbus eſt maleficioſus,& non ex naturali defectu , & qualiter hoc cognoſcitur inferius patebit,quod canonicæ eſt purgāda. Sed ſi iterum

rum quæritur, an alii deponentes etiam habent ſuper indicia facti primum deponere quę ipſis aut aliis contigerunt, aut ſolum ſuper infamiam? Reſpondetur quod ſi ſuper alio indicia facti deponunt, bene quidem, ſi aũt tantũ ſuper infamiam, & ita in re exiſtit, tunc Iudex licet repulerit deponentem propter inimicitiã, tamen indiciũ facti quod protulit, & oſtendit Iudex ex aliis teſtibus, quæ ſuper infamiam depoſuerunt capiet pro interſigno ſuper ſuſpitionem uehementem, ex qua ipſa delata detenta iudicari poterit à Iudice ſuper triplicem pęnam, ſcilicet, canonicæ purgationis propter infamiam, iuxta ca. inter ſollicitudines extra de pur. ca. Idem ſub abiuratione propter ſuſpitionem, iuxta ca. accuſatus in prin. & ſecundum uarias ſuſpitiones ad uarias abiurationes, ut patebit in quarto modo ſententiandi. Et propter indicia facti ſi crimen fatetur & pœnitet, non relinquitur brachio ſeculari ad punitionem ſanguinis, ſed per eccleſiaſticum Iudicem ad perpetuos carceres iudicatur, per ſecularem tamen Iudicem non obſtante quod ad perpetuos carceres ſit per eccleſiaſticũ Iudicem iudicatus, poteſt tamen ipſum propter damna temporalia tradere igni. Iuxtà c. ad abolendam. §. præſenti. & iuxta cà. excõmunicamus. 2. de here. quæ omnia patebunt inferius circa ſextum modum ſententiandi. Epilogando. Attendat Iudex primo quod nõ ſit facilis ad credendum aduocato, ubi pro delato allegat inimicitiam capitalem eo quod rariſſime in tali crimine quis deponit ſine inimicitia, cum maleficæ ſemper exoſæ omnibus habeantur. Secundo attendat quod cum quatuor modis maleſica poteſt conuinci, ſcilicet, per teſtes, per euidentiam facti, per indicia facti, & per confeſſionem propriam, & hoc uel ſuper infamiam tantum, quod tantum fieret hoc per teſtes, uel ſuper ſuſpitionem, tunc pro euidentia facti, aut inditia facti fieret, ex quibus ſuſpitio poteſt iudicari leuis uel uehemens, uel uiolentia, & hæc omnia abſq; confeſſione propria, quę ſibi concurreret, tunc ut dictum eſt procederetur. Tertio applicet præmiſſa ad ſuum propoſitum ſuper perſonam detentam, ad obuiandum aduocato,

ſed uidelicet ſit tantummodo ſuper infamiã delatam, aut quod ibi cõcurrant aliqua indicia, unde redditur ſuſpecta uehementer, uel leuiter, & tunc aduocato ſuper inimicitiam allegatam reſpondere poterit. Et hæc quantum ad illam partem ubi aduocatus pro delato in inimicitiam deponentium allegauit. Sed ubi allegat ſecundum uidelicet quod illa uerba quæ protulit contra deponentem, tu ſenties in breui quæ tibi euenient, aut, tu non habebis plures dies ſanos, aut, ueniet in breui quod tu uelles mihi talem rem accommodaſſe, aut uendidiſſe, & ſimilia. Tunc aduocatus adiungat, licet malum aliquod fuerit ſubſecutum deponenti, in rebus uel corporibus, nõ tamẽ propter hoc ſequitur quod illa delata huius mali ſit cauſa tanquã malefica, eo quod infirmitates uariis modis accidere poſsũt. Item allegat quod commune eſt mulierum, uerbis huiuſmodi mutuo contendere, &c. Super iſtas allegationes Iudex debet obuiare per hunc modum, ſiquidem infirmitas ex defectu naturæ accidit, tũc excuſatio locum habere poterit. Sed quia ex ſignis & experimentis oppoſitum conſtat, utpote quia nullo remedio naturali curari poterit. Item quia iudicio medicorum iudicatur ut morbus maleficialis, uulgariter, nachtſchaden. Item iudicio fortaſſis incantatricarum aliarum, quę aſſerunt, ſeu aſſerũerũt, morbum eſſe maleficialẽ. Item quia ſubito ſuperueniet abſq; aliqua præuia debilitatione, cum tamẽ naturales infirmitates ſucceſſiuè ſolent debilitare. Item quia fortaſſis curata fuit, ideo quia reperit certa inſtrumenta ſub lecto, aut indumentis, ſeu aliis locis, & illis amotis, ſubito ſanitati reſtituta fuit, prout ſæpiſſime contigit, ut ſupra in ſecunda parte operis patuit, ubi de remediis tractatur. Et per hæc ſeu ſimilia iudex facilime poteſt obuiare, quod talis infirmitas potius ex maleficio quam naturali defectu contingit, & per minas obiectas ſuſpicatur de tali maleficio. Sicut à ſimili ſi quis diceret, uolo tibi comburere horreũ, & effectus ſubſequitur, utiq; uiolentam cauſat ſuſpitionem, quòd ille qui minas protulit, horreum ſuccẽderit, licet fortaſſis alius, & non ipſe combuſſerit.

Sequi-

Sequitur ad idem quæſtio duodecima, magis declarans qualiter inimicitia capitalis inueſtiganda.

Actus ſeptimus.

ATTENTO quod à teſtimonio ferendo tantummodo inimici capitales repelluntur, ut ſupra quinta quęſtione tactũ fuit, Inimicitiam autẽ talem declarare ex iis, quæ in capitulo pręcedenti tacta ſunt, Iudici fortas ſis nimis obſcurum & difficile uideatur, attẽto quod delatus uel eius procurator nollet faciliter eius acquieſcere decisioni ſuper materiam tactã quæ dicatur inimicitia capitalis, & quæ non. Ideo exprimendi ſunt alii modi, quibus in notitiam talis inimicitię Iudex deueniret, ut inſontem ſic minime damnaret, quod tamen reum per debitam iuſtitiam puniret. Et hi modi licet ſint cauteloſi, ſeu etiam doloſi, tamen Iudex illos practicare poteſt in bonum fidei & reipublicę, cum & apoſtolus dicat: Cum eſſem aſtutus dolo eos cępi, ſpecialiter etiam hi modi practicantur ſuper delatos, nõ diffamatos, publice, ſeu etiam nõ notatos per aliquod indicium facti licet etiam Iudex ſuper quoſcũq; delatos, ubi inimicitias contra deponentes allegarẽt, & nomina teſtium omnino ſcire uellent. Primus modus eſt, nam datur delatio, ſeu aduocato, copia proceſſus, ad partem ſuã, ſcilicet, deorſum & nomina deponẽtium ſeu deferentium, ad partem aliã, non tamen ea ordine quo deponunt, ſed iſto modo ut nomen teſtis qui eſt primus in copia, ſit ſextus uel ſeptimus cedula, & qui ſecundus, ſit penultimus, uel ultimus, & ſic delatus, quia hoc deportat, uel illud, & quis ſit primus uel ſecundus in ſua copia, quo ſtante, aut dabit omnes inimicos aut non. Si omnes, eo citius deprehendetur delatus de mendacio.

mendacio,ubi cauſa inimicitiæ per Iudicem ſcrutabitur, ſi quoſdam uero tunc facilius cauſa inimicitiæ inueſtigabitur.Secundus modus eſſet a ſimili, ubi daretur aduocato proceſſus copia ad partem unam, & deponentium nomina ad partem aliam,& adiunctis aliis extraneis quæ alibi a maleficis fuerunt perpetrata, & non a deponẽtibus ſeu teſtibus inſcriptis depoſita,ſic delatus non poterit aſſertiue dicere illum uel iſtum inimicum capitalem, quia neſcit,quæ ſint ab illis contra eũ depoſita.Tertius modus qui & ſupra tactus capitulo quinto,nam quando delatus examinatur in fine ſecundi examinis, antequam petit defenſiones,& antequam aduocatus ſibi deputatur,interrogetur,an reputet ſe habere inimicos capitales, qui omni diuino timore poſtpoſito,falſo imponerẽt ſibi labem hęreſis maleficarum. Et tunc forte impræmeditatus ac improuiſus,& nõ uiſis deponentium atteſtationibus, reſpõdet,quod non reputet ſe habere tales inimicos,uel ſi dicit puto me habere,tunc nominat,& illi inſcribantur,& cauſa etiam inimicitię, ut poſtmodum Iudex ualeat eo certius inueſtigare, poſtquã copia proceſſus & nomina ſeorſum fuerint tradita modis quibus ſupra. Eſt & quartus modus ut iterum in fine ſecunda examinis aut confeſſionis, de qua in ſexta quæſtione circa ſecunda interrogatoria antequam dentur ſibi defenſiones, interrogatur de teſtibus qui grauius depoſuerunt contra eum: ꝑ hunc modum. Cognoſcis tu talem, unum nominando de teſtibus,qui grauiora depoſuit,& tũc dicet quod ſic,vel quod non. Si dicit quod non, tunc non poterit ex poſt dando ſibi defenſiones & aduocatum, ponere illum capitalem inimicum, cum dixerit medio iuramento prius oppoſitum,ſcilicet,nõ cognoſcere illũ.Si autem dicit quod ſic, tunc interrogetur,ſi ſcit, uel audiuit quod ipſa, uel ipſe, egerint aliquid contra fidem Chriſtianam,ſicut maleficę facere ſolent.Si dicit quod ſic, talia enim & talia fecit. Interrogetur quoque ſi eſt eius amicus, uel inimicus,ſtatim reſpondebit, quod amicus, & hoc ideo ut eius teſtimonio ſtetur,& ex tunc in illa cauſa,non poteſt dare il-

lum

lum inimicum capitalem per ſuũ aduocatum, cum medio iuramento quod per antea dixit eum amicum Si autem reſpondeat quod nihil ſcit de eo, tunc interrogatur an ſit eius amicus uel inimicus, & ipſe ſtatim reſpondebit quod amicus, quia allegare inimicum de quo nihil mali nouit, non facit, dicet ergo ſum ſuus amicus, attamen ſi ſcirem aliqua, non obmitterem quin illa reuelarem. In tali ergo cauſa non poterit eum ponere ex poſt inimicum, uel ad minus allegabit cauſas inimicitiæ capitalis a principio, & tunc aduocato adhibebitur fides. Quintus modus, eſt nã datur delato ſeu aduocato copia proceſſus, ſuppreſſis nominibus deponentium, & ubi aduocatus informabit eũ de ſingulis, coniecturatur quis uel qui depoſuerunt talia contra eum, & frequenter uenit in cognitionem, & tunc ſi dicet talis eſt inimicus capitalis, & uolo probare per teſtes, tunc Iudex habet conſiderare concorditer iuxta proceſſum nominauit, & tunc quia dixit uelle probare per teſtes, illos examinabit, & cauſas inimicitię examinabit ſecrete cõuocato ad hoc bono cõſilio peritorum uel antiquorum, in quibus latet prudẽtia, & ſi ita inuenerit cauſas inimicitiæ capitalis ſufficientes, tũc repellat primo teſtes, & illi dimettentur ſi non adſunt alia grauamina aliorum teſtium. Et hic modus quintus & cõmunis obſeruatur, & de facto maleficæ cito ex copia proceſſus eliciunt qui uel quæ aduerſus eam depoſuerunt, & quia rariſſimè in tali cauſa inuenit̃ inimicitia capitalis, quia niſi ea quę ex earum malis operibus oritur. Ideo Iudex de facili ſe habet per prefatos modos reſoluere, attento etiam quod ſæpe deponentes affectant ſe perſonaliter maleficis præſentare, & in faciem obiicere ea quæ per maleficia eis ſunt illata. Eſt & alijs & ultimus, ad quem finaliter Iudex recurre poteſt, ubi prædicti modi fortaſſis iudicarentur ab aliquibus doloſi, & per aſtutiam practicati, præſertim quatuor primi, ideo omnino ad ſatisfaciendum & quietandum ſcrupoloſas mentes, & ne Iudici quicquam obiiciatur, aduertat quod poſtquam per pręcedentes modos expertus eſt non eſſe aliunde inter delatum & deponentẽ,

capitalem

capitalem inimicitiam,uult tamen hoc idem cõſilio aliorum aſſeſſorum concludere in finem,ne ſibi quicquã obiiciatur,faciat hoc,det delato ſeu eius aduocato copiã proceſſus , deponentium tamen & deferentium nominibus ſuppresſis,& quia defendendo dicit ſe habere inimicos capitales,& fortasſis cauſas inimicitiarum uarias allegat, ſiue in re ita ſint,ſiue non congregat tamen Iudex conſilium peritorum cuiuſcunque facultatis,ſi commode haberi poteſt uel ad minus ex prouidis & honeſtis perſonis quibuſcunque,quia ad hoc tenetur iuxta cap.ſtatuta.frequenter allegatum,& illis totum proceſſum integraliter & perfecte, per notarium.ſeu ſcriptorẽ legi faciat, & cũ teſtium ſeu deponentium nomina publice exponant , ita tamen quod ad tenendum ſecretum ſub pręſtito iuramento oẽs aſtringat,& de illo an hoc facere uelint,prius habet inquirere , quia alias omnino nõ ſunt eis nomina illa exponenda. Ex poſt dicat qualiter per talem & talem modum inquirendo de inimicitia, nullam potuerit perpẽdere. Attamen ſubinferat,ſi uidebitur fiat è duobus unũ, aut per conſilium diſcernatur,qui ſint ex deponẽtibus repellendi tanquam inimici capitales, & quomodo eligantur,tres quatuor,aut quinque,qui amplius nouerint , in uilla aut oppido,amicitiam uel inimicitiam delati,& teſtium,& qui non ſunt pręſentes in conſilio , & publicentur illis tantummodo nomina delati,& teſtium,non autem articuli pr oceſſus,& ſtabtiur iudicio eorundem , ex primo non poterũt bene teſtes repellere,attẽto quod Iudex ſuos modos inquirendi practicauit , ex ſecundo vero totaliter ſe immunem faciet,& omnem a ſe ſiniſtram ſuſpitionem excutiet , tenetur etiam hunc ultimum modũ ſeruare,ubi delatus in alieno loco & patria eſſet captus, & hæc ſufficiant ad diſcernendum ſuper inimicitiam.

Super

Super ea quæ ante interrogatoria in loco carceris, & torturæ proponenda habet iudex aduertere,& eſt actus octauus.

QVAESTIO XIII.

QVID denique iudice agendum ſit clare patet ſi enim ut communis exigit iuſtitia ad pœnam ſanguinis non iudicatur niſi propria confeſſione conuincatur. quamuis ex alijs duobus habetur pro manifeſte deprehẽſa in hæretica prauitate ſcilicet ex euidentia ſeu indicia facti,& ex teſtium productione legitima vt ſupra.q.1.tactum fuit,& de tali etiam delata ad præſens agitur.tunc vtique quæſtionibus & tormentis pro criminum faſſione exponetur. Et vt quæſtio clara ſit ponatur caſus qui & Spire contigit & ad multorum notitiam peruenit.Quidam honeſtus dum quandam mulierem pertrãſeundo non ei ad nutum in venditione cuiuſdam rei venalis complacere voluiſſet.illa indignata poſt tergum clamauit,in breui optaſſes & annuiſſes,& eſt vſitatus ſic modus loquendi maleficarum vel a ſimili quando maleficiũ per auiſamenta volunt inferre,tunc ille indignatus & nõ immerito ſuper eam vultũ poſttergũ vertit vt eam quo animo verba protuliſſet inſpiceret,& ecce ſubito maleficio percuſſus os ſuum in obliquum horribili deformitate vſque ad aures extẽditur nec retrahere potuit, ſed multo tempore in illa deformitate perſtitit. Hoc euidens factum iudici proponitur,caſum ponimus & an pro manifeſta depræhenſa in hæreſi maleficarum ſit habenda quęritur.Reſpondere oportet ex uerbis Bern. in gloſſ. ordinaria.& in ca.ad abolendam.ut ſupra quæſtione notata tangitur quòd ſic.eo quod tribus modis vt ibi tangitur quis

medio maleficam experiatur,an ore tantum & nõ corde fidem abnegando ſimili modo etiam homagium ſibi pręſtaret.Nam cum diabolus intima cordis nõ niſi per exteriora,& cõiecturaliter cognoſcere habet,ut in prima parte operis ſub difficultate an dæmones ad odium,uel amorem mentes hominum immutare poſſunt, plures etiam reperiantur quę neceſſitate aliquam,aut egeſtate inductę per alias maleficas,& ſub ſpe cõfeſſionis,& euaſionis a fide in toto uel in parte apoſtatant, tales utique etiam nõ coactus a ſancto angelo relinquit,unde & faciliter ſua crimina fatentur, cum tamen aliæ quæ ſicut ore, immo & corde ſibi adhæſerunt pro uiribus ab eo defendantur, & indurãtur ad taciturnitatis maleficiũ.Et per hæc patet ſolutio ad quæſtionem, unde prouenit qđ certæ maleficæ de facili fatentur.Aliæ uero minimæ, quia ubi diuinitus diabolus non repellitur, adhuc tamen ſponte illas relinquit,ut per temporalem confuſionem & horribilem mortem ad deſperationem inducat quos corde allicere nunquam poterat.Patent hæc etiam ex ſacramentalibus earum confeſſionibus in quibus aſſerunt ſe nunquam uoluntarie adhæſiſſe, & plura maleficia coacte & dæmonibus ĩtuliſſe.Eſt & alia differentia quòd cernuntur aliquę poſt faſſionem criminum ſibijpſis mortem intẽtare ut laqueo uel ſuſpẽdio uitam ſibiipſis auferant.Quod utique inimicus ille operatur,ne per ſacramẽtalem cõfeſſionem ueniam a Deo conſequantur, & hoc præcipue illis quæ non uoluntarie ſibi adhæſerunt, licet & alijs quæ ſibi uoluntarie adhæſerunt poſt criminum faſſionem in tentat. Sed tunc cernitur quòd diabolus coacte maleficam habuit relinquere.Concludamus quod tantus uel etiam maior præſupponitur labor ad quæſtionandum pro dicenda ueritate maleficam quantus ad exorcizandum a dæmone poſſeſſum.Ideo iudex nec uolũtarius nec facilis ad hęc eſſe debet,niſi ut dictum eſt,in punitionem ſanguinis. Sed & in hac cauſa faciat diligentiam prout ſequitur primo ferendo ſententiam.

De modo ſententiandi delatam ad quæſtiones , & quomodo prima die ſit quæſtionanda , an poſſit conſeruationem uitæ compromittere . Actus decimus.

QVAESTIO XIIII.

QVID denique ſecundo loco Iudex habet aduertere,ſtat poſt actus in eo quod refert ſententiam ſuam per modum qui ſequitur. NOS Iudex & aſſeſſores attendentes meritis,ſeu conſiderantes merita proceſſus facti per nos, contra te talem , talis locis,talis diocœſis,& diligenter omnibus examinatis, inuenimus quod tu es uarius in tuis confeſſionibus,utpote quia dicis tales minas,protuliſſe,non autem in eo nocendi animo,& tamen nihilominus ſunt indicia uaria, quæ ſunt ſufficientia te ad exponendum quæſtionibus & tormentis. Quapropter vt veritas ab ore tuo proprio habeatur,& ut deinceps aures iudiciũ non offendas interloquendo,declaramus, indicamus , & ſententiamus , die præſenti,& hora tali,te ſupponendum quæſtionibus , & tormentis. Lata fuit hæc ſententia,&c. Secundo , ſta t actus in eo quod & præmiſſum,eſt,adhuc non ſic uoluntarius ad quæſtionandum,ſed carceribus ad pœnam mancipatus,& non iam ad cuſtodiam tantum ut prius, & adhibitis eius amicis,ut pœnas ſubterfugiat, & quod fortaſſis morti non tradetur,licet alias punietur, vbi veritas fatetur, illis proponat.& ꝙ ad hoc ipſum delatum inducere uelint,hortatur.Nam meditatio frequens & carceris calamitas,ac replicata informatio proborum uirorum diſponunt ad ueritatem erudiendam,& a nobis expertum eſt , quod per huiuſmodi informationes maleficæ taliter confortatæ fuerunt,ut inſignum reſiſtentiæ in terram ſpuentes,quaſi in faciem diaboli,dicebant,exeas maledicte diabole,

bole, faciam quod iſtum erit & conſequenter crimina ſua fatebantur Si uero conuenienter delato expectato,& tempore congruenter prorogato, & multipliciter informato. Credat Iudex bona fide ipſum delatum negare ueritatem, quæſtionem eum moderate, utpote ſine ſanguinis effuſione, ſcientes quod quęſtiones ſunt fallaces, & ſępius ut tactum eſt inefficaces. EST autem modus incipiendi talis, ut dum miniſtri ſe diſponunt ad quæſtionandum, poſt expolient eum, uel ſi eſt mulier, prius antequam ad carceres pœnoſos dicetur, ab aliis mulieribus honeſtis & bonæ famæ expolietur, ea de cauſa ut ſi maleficium aliquod inſutum eſſet ueſtimentis, prout ſæpe e informatione dæmonum practicant, & membris pueri non baptizati, in finem ut pueri uiſione beatifica priuentur. Et dum inſtrumenta diſponuntur, Iudex per ſe & alios bonos uirus fidei zelatores, inducant quæſtionandum, ad fatendum ueritatem libere, & ſi fateri noluerit, mandet miniſtris quod ad cordas ligetur, uel ad alia inſtrumenta applicetur, & ibi ſtatim obtemperent non læti, ſe quaſi turbati. Poſt iterum, ſoluatur ad petitionem aliquorum, & ad partem trahatur, & iterum inducatur, & inducendo informetur, quod non tradetur morti. VBI QVAERITVR. An hic Iudex ſuper delatum infamatum, & per teſtes, & indicia facti legitime conuictum, cum nihil deſit niſi in ore proprio crimen fateatur poſſit licite, & conſeruationem uitæ compromittere, cum tamen ſi crimen fatetur, ultimo ſupplicio punietur. RESPONDETVR a uaris uaria ſentiuntur nam quidam ita ſentiunt, quod ſi delata eſt plurimum infamata, & ſuper indicia facti uiolēter ſuſpecta, & quod ipſa in magnum nocumentum ſit, tanquā aliarum maleficarum magiſtra, etiam tunc ſecurari poſſet de uita ſub his circunſtantiis, ut perpetuis carceribus, in pane & aqua adiudicaretur, dummodo alias maleficas ſub certis & uerifſimis ſignis manifeſtaret, nec tamen illa pręſentia carceris ut ponitur ei manifeſtanda eſſet, ſed duntaxat ſecuritas uitę promittenda, & aliquali pœnitentia pu-

nienda, per exilium, uel alio modo punienda. Et ſine dubio pro maleficis famoſis, & præſertim quæ malefici medicaminibus inſiſtunt, & maleficiatos ſuperſtitioſis actibus curant, taliter ſeruandæ eſſent, ut aut maleficiatis ſubuenirent, aut maleficas proderent, nec tamen eorum proditioni ſtaretur, eo quod diabolus mēdax, niſi pariter & alia indicia facti cum teſtibus occurrerent. Aliis uidetur ad idem in caſu quo ſic carceribus deputata eſſet ad tempus promiſſio ſeruanda, & poſt ſpacium temporis incineranda. Tertii ſunt, qui dicunt Iudicem ſecure poſſe in conſeruationem uitæ compromittere, ita tamen quod ex poſt a ſententia ferenda ſe exoneraret, & in ſuum locum alium ſubſtitueret. Inter quos modos primos licet uideretur utilis propter maleficiatorum curationem, tamen quia non eſt licitum maleficia ſeu illicita opera tollere, licet ut in quæſtione prima, & introductoria huius tertiæ partis patuit plurimum opinio ſit, quod licitum ſit maleficia per opera uana ſuperſtitioſa tollere. Sed quia in his magis docet Iudices experientia atque uſus, & negociorum uarietas, quam ars alicuius, ſeu doctrina. Ideo relinquitur hoc Iudicibus. Certum eſt autem ut experientia pluries docuit, multi faterentur ueritatem niſi quod metu mortis retrahuntur. Quod ſi nec minis nec talibus promiſſis fateri uoluerit ueritatem, tunc miniſtri ſententiam latam exequantur, & quæſtionetur conſuetis modis, & non nouis nec exquiſitis, leuius uel fortius, ſed quod crimen exigit delinquentis, & dum quæſtionatur de certis articulis ſuper quibus quæſtionatur, & hoc ſæpe & frequenter a leuioribus incipiendo, quia citius concedet leuia quam grauiora. Et dum hæc fiunt, notarius totum ſcribat in proceſſu, & quō quæſtionatur & de quibus interrogatur, & quō reſpōdetur. Et nota ꝙ ſi fatetur per tormēta, ducatī poſtea ad aliū locū, ut denuo te cognoſcat, & ꝙ non tantummō ui tormētorum cognouerit. Quarto ſtat actus in iſto ꝙ ſi quæſtionatus decēter noluerit fateri ueritatem, ponantur alia tormētorum genera corā eo, dicēdo ꝙ oporteat eū ſuſtinere, ni fateatur

ueritatem.

ueritatem.Quod ſi nec poterit ad terrorē uel etiā ad ueritatem induci,tūc pro ſecūda aut tertia die quæſtionandū ad continuandū tormenta,non ad iterandum,quia iterari non debent,niſi noua ſuperueniſſent indicia.feretur coram eo ſententia in modum qui ſequitur. Et nos præfati Iudex,ut ſupra.Aſſignamus tibi tali,diem talem, ad quęſtiones continuandum,ut a tuo ore proprio ueritas audiatur,& totum ponatur in proceſſu à notario.Et infra illud tempus aſſignatum Iudex per ſe,aut per alios probos uiros,inducet eam ad fatendum ueritatem,modo præmiſſo cum ſecuritate uitæ,ſi ita uidebitur expedire.Aduertat ēt Iudex ut infra illud tempus continue apud eam ſint cuſtodes,ut uidelicet ſola non relinquatur,quia a dęmone frequentabitur,ut ſibiipſi mortem inferat, ſi & quantū diabolus deſerere ipſam intendit,aut ad deſerendum ipſam diuinitus arcetur,hoc ipſum enim diabolus melius noſcere poteſt quàm aliquis ſcriptis reſerare.

Super tormenta continuanda, & de cautelis & ſignis, quibus cognoſcere poteſt Iudex maleficans & quomodo ſe ab earum maleficijs debet præmunire, & quomodo ſunt apprehendendæ, & ubi ſua habent maleficia abſcondita, cum declarationibus uariis, ad obuiandum maleficio taciturnitatis,& eſt actus undecimus.

QVAESTIO XV.

QVID autem conſequenter reſtat Iudici ſuper tormenta continuanda.Eſt aduertendum primo,quod ſicut nō omnium membrorum eſt eadem medicina,ſed potius diuerſorum & ſingulorum, ſunt diuerſæ & ſingulares medicinæ, ſic nec ad omnes hęreticos, ſeu de hęreſi delatos, idem modus interrogandi, inquirendi &

examinandi,quo ad articulos,& ſeruandos,ſed ſecundum ueritatem ſectarum,& perſonarum,uarius & diuerſus modus examinandi.Idcirco ipſe prudens Iudex & medicus,q putrida membra,& ſcabioſas oues reſecare,& ſequeſtrare ab innoxiis nititur, iam æſtimare poteſt delatam maleficio taciturnitatis infectam,quam taciturnitatem euellere non poteſt,una & infallibili depingi regula, ſeu modus,immo etiam dare non eſſet tutum, eo quod cum illum modum conſequenter aſſuetum, ac regulam generalem, dum tenebrarum filii præuiderent ipſum tanquam laqueum ſuæ perditionis, facilius euitarent ſeu etiam præcauerent. Cur & igitur prudens ac induſtrius Iudex occaſionem & modum interrogandi accipere, ſiue ex teſtium reſponſis ſeu atteſtationibus, ſiue ex iis quæ alias experientia eum docuit,ſiue ex iis quæ proprii ingenii acumen aperit, ſubſcriptis cautelis utendo. Nam ſi inueſtigare affectat an maleficio taciturnitatis ſit inuoluta aduertat an lachrymare coram eo ſtando queat, aut tormentis exponendo, hoc ipſum enim pro certiſſimo ſigno ex fide dignorum antiqua relatione ac propria experientia docente, adeo repertum eſt, quod etiam ſi ad lachrymandum coniurationibus hortetur, & compellatur, ſi malefica exiſtit, hoc ipſum, ſcilicet, lacrymas emittere non poteſt,dabit quidem flebiles uoces, & ex ſputo genas, & oculos linire, ac ſi fleret attentabit, ſuper quo a circunſtantibus caute aduertendum erit. Modus autem coniurandi ad lacrymas ueras,ſi innoxia fuerit, & cohibere lacrymas falſas,talis uel conſimilis in ſententia practicari poteſt a iudice ſeu presbytero, manum ſuper caput delati ſeu delatæ ponendo.Coniuro te per amariſſimas lacrymas,a noſtro ſaluatore Domino Ieſu Chriſto in cruce pro ſalute mundi effuſas, ac per ardentiſſimas lacrymas ipſius glorioſiſſimæ Virginis Mariꝫ,matris eius,ſuper uulnera ipſius, hora ueſpertina ſparſas, & per omnes lacrymas,quas hic in mundo omnes ſancti & electi Dei effuderunt,& a quorum oculis iam omnem lacrymam abſterſit, ut inquantum ſis innoxia, lacrymas effundas, ſi nocens,

cens,nullo modo. In nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti,Amen.Experientia docuit, quanto amplius coniurabantur,tantò minus flere poterant,cum tamen uehemẽter ſe ad fletum ſtimulabant & genas ſputo humectabãt. Poſſibile tamen ut poſt in abſentia iudicis, & extra locũ & tempus torturæ,coram cuſtodibus flere ualeant.Quod ſi cauſa impedimentus fletus in maleficis quæritur,poteſt dici quod quia gratia lacrymarum in pœnitentibus, præcipuis donis aſcribitur, cum cœlum penetrare & inuincibilem uincere, humilis lacryma à Bernardo aſſeritur, nulli dubium quin & inimico ſalutis plurimum diſplicere noſcitur,unde & ſummis conatibus illas impedire nemo ambigat,ut finalis impœnitentia potius introducatur.Sed quid ſi aſtucia diaboli,Deo permittente, etiã maleficam flere contingeret,cum flere,nere,decipere, etiam proprium mulierum dicatur. Reſponderi poteſt cum occulta ſint Dei iudicia ſi alias non poſsit conuinci per legitimos teſtes,ſuper aliqua indicia facti,nec etiam ſuſpecta eſſet grauiter aut uiolenter, utique eſſet abſoluenda, & pro leui ſuſpitione in qua ſtaret, propter infamiam quã teſtes depoſuerunt,haberet hæreſim maleficarum abiurare,ut in ſecundo modo ſententiandi diſcutietur. Secunda cautela non ſolum poſt hanc primam obſeruanda,uerum etiam omni tempore iudici & omnibus aſſeſſoribus aduertenda,quod non permittant ſe ab ea tangi corporaliter,præſertim ſuper nudam iniuncturam manuum & brachiorum,ſed omnino ſecum deferat ſal exorcizatũ in dominica,die palmã,& herbas benedictas, hę enim res inſimul cum cera benedicta inuoluta, & in collo deportata, ut ſupra in ſecunda parte operis de remediis contra maleficiales infirmitates & defectus patuit, miram habent efficaciam præſeruandi, non ſolum ex maleficarum teſtimoniis,uerumetiam ex uſu & conſuetudine eccleſiæ,quæ in hunc finem huiuſmodi exorcizat & benedicit,ut patet in earum exorciſmis,cum dicitur ad effugendam omnẽ poteſtatem inimici,&c.Et non uideatur extraneum de tactu iuncturarum ſeu membrorum, quia diuina permiſſione

inter-

interdum per auditum uerborum ab eis prolatorum maleficare operum dæmonem poſſunt, præcipuè eo in tempore ubi quæſtionibus exponuntur. Experientia nos edocente, nouimus quaſdã in caſtris detẽtas, quæ nihil aliud à Caſtellanis inſtantiſſimis prẽcibus flagitabant, niſi ut in aduentu Iudicis, aut alterius præſidentis, eis cõcederetur ut primũ intuitũ uiſus in ipſum iudicem diligere poſſent antequàm ab eo uel aliis eſſent uiſæ, ex quo intuitu etiam ſortitæ, ꝙ talis iudex aut alii ſui aſſeſſores ita alieni in eorum cordibus fuerunt, ꝙ omnem ſi quam habuerũt indignationem amiſerunt, nec ipſas moleſtare quoquo modo prȩſumebant, ſed libere abire permiſerunt, qui ſcit, & expertus eſt, uerum dat teſtimonium, & utinam talia procurare non poſſent, non paruipendant Iudices talia auiſamenta & remedia, cum uilipenſio talium poſt tantas, admonitiones, in æternam eis cedet damnationẽ, iuxta Saluatoris dictum, Si non ueniſſem, & locutus eis nõ fuiſſem peccatũ non haberent, nunc aũt excuſationem nõ habẽt pro peccato. Muniãt ergo ſe præmiſſis ex eccleſiæ cõſtitutione, & ſi cõmode fieri poteſt, ipſa a tergo deorſum uertendo ad Iudices & aſſeſſores introducatur, & nõ ſolũ in præſenti actu, uerũ in omnib. præcedentibus & ſequentib. ſigno crucis ſe muniendo, & uiriliter aggrediendo, frãgentur cũ Dei adiutorio uires antiqui ſerpẽtis. Nec quis æſtimet ſuperſtitioſum, ut a terra introducatur, cũ ut ſȩpe tactum eſt, canoniſtæ ad tollendũ & impedimẽtũ maleficia maiora concedunt, & uana uanis contũdere ſemper dicũt eſſe licitum. Tertia cautela in præſenti actu undecimo obſeruanda, ex pili ex omni parte corporis abra dãtur, & eſt eadem ratio, ſicut ſupra de ueſtimẽtis exuẽdis, habent.n. pro maleficio taciturnitatis, aliquas ſuperſtitioſas alligaturas quarundam rerũ, ſiue in ueſtimentis, ſiue in pilis corporis, & interdum in locis ſecretiſſimis non nominandis. Quod ſi obiiceretur, nunquid diabolus ad hmõi ligaturis rerũ poſſet mente maleficȩ indurare, ut crimina non ualeat fateri, ſicut & alii ſceleroſi ſæpius inueniũtur, ſub quibuſcunq; maximis tormentis, quantumcũque per indicia

facti

facti,aut q̃ teſtes ſint cõuicti.Reſpõdetur utique uerũ eſſe φ abſq; rebus quibuſcunq; dęmon ualeat talem taciturnitatem procurare,illis tñ rebus utitur animarum perditionem, ac offenſam maiorem diuinæ maieſtatis, quod ut clarius pateat.Malefica quędam in oppidio Haganoæ, de qua ut ſupra in ſecunda parte operis tactum eſt, tale maleficium taciturnitatis procurare ſciebat,ut maſculus recenter natus & non baptizatus, & cum hoc primogenitus interemptus,& in fornace aſſatus, & cum aliis rebus quas exprimere non expedit,incineratus & pulueri zatus, ſi qua malefica aut flagitioſus,ex iis quicquam ſecum deferret nullo modo ſua crimina fateri poſſet,Hic clarũ eſt quod ſi centum milia pueri adhiberentur, ex naturali inclinatione nunquam talem effectum taciturnitatis cauſare poſſent,utitur tamen ut cuiq; intelligendi patet,in animarum perditionem, & diuinæ maieſtatis offenſionem. Sed & hoc quod allegatur quod ſæpe flagitioſi homines & non malefici,talem penes ſe taciturnitatem retinent. Dicẽdum eſt quod talis taciturnitas triplici ex cauſa prouenire poteſt.Primo, ex naturali quodammodo duritia mentis,quia ſicut aliqui ſunt molles corde,aut uecordes, quod ad leuem torturam omnia concederent,etiam quæcunque falſa,ita aliqui ſunt ita duri,quod quantumcunq; uexentur,ueritas ab eis non habetur, & pręcipue illi, qui alias fuerunt quæſtionati,quorum brachia citò ſicut trahuntur,ita & flectuntur.Secundo, prouenit ex maleficio penes ſe retento,prout dictum eſt,ſiue in ueſtimẽtis, ſiue in pilis corporis.Tertio,quod interdum licet penes ſe nõ habeant maleficia inſuta,aut alligata, maleficiũtur tamẽ ab aliis maleficis,quantumcunq; remotis, prout malefica quædam YsbrucK ſe iactare ſolebat, quòd ubi ad minus filum in ueſtimentis alicuius detenti haberet, tantum efficere poſſet,quod quantumcunque tormentaretur, etiã uſque ad mortem,nihil fateri poſſet,quare patet reſponſio ad obiectionẽ. Sed quid in diocœſi Ratiſbonenſi caſu cõtigiſſe aſſeritur,quod dum quidam hæretici ex propria confeſſione deuicti,nõ ſolum ut impœnitentes, immo &

defenſores illius perfidiæ,morti fuiſſent adiudicati, accidit ut illi ſi in ignem remanerent, tandem per aliam ſententiam ad ſubmerſionem aduocati,nihil proficere potuerunt,ſtupentibus omnibus,& fidem ipſorū ut iuſtam defendere dum quidem conabantur, ſollicitus præſul ſuper gregem,triduanum ieiunium indixit,quo deuote expleto cuidā notificatur,quod in certo loco corporis, uidelicet ſub brachio uno,maleficium quoddā inter pellem & carnem inſutum haberent,quo reperto & amoto, continuo incendio conſumpti fuerunt,licet ab aliis opinatur quod quidam nigromanticus ex dæmonis conſultatione, qui ſibi hoc indicauerat,prodidiſſet, ſed quocunque modo factū fuerit,uериſimile eſt ꝙ diuina uirtute dęmon coactus dum ſemper ad ſubuerſionem fidei machinatur, hoc manifeſtauerit.A ſimili ubi talis Iudici acciderit caſus, quid faciendum foret,elicere poteſt,ſi uidelicet ad diuinum recurrere præſidium,uel ieiuniis & orationibus deuotarum perſonarum,hoc genus dæmoniorum a maleficiis expellatur,in caſu quo nec per mutationem indumentorum,aut tonſuram pilorum ad ueritatem fatendam ſub tortura induci ualeant.Et licet in Alemaniæ partibus talis abraſura præſertim circa loca ſecreta, plurimum cenſetur inhoneſta,qua de cauſa nec nos inquiſitores uſi ſumus, ſed tōſis capillis, cum calice aut cipho aquę benedictę, guttulam ceræ benedictæ immittēdo, & inuocatione ſanctiſſimæ trinitatis,ieiuno ſtomacho trinies in potum miniſtrādo, per Dei gratiam à pleriſque taciturnitatis maleficium abſtulimus,tamen in aliis regnis inquiſitores talē per totū corpus abraſuram fieri mandant,unde & Cumanus inquiſitor nobis inſinuauit ꝙ anno elapſo,qui fuit M.CCCC.XXXV.quadraginta & unū maleficas incinerati mandaſſet,omnibus per totum corpus abraſis, & hoc in diſtrictu & comitatu Burbię uulgariter dicitur Vvormſzer bad, in confinibus Archiducis Auſtriæ, uerſus Mediolanum. Quòd ſi quæritur an tempore neceſſitatis, quo nullis remediis congruis maleficiū remouerint ut præmiſſum eſt, licitam foret diuinatrices, quæ etiam maleficia curare & tollere,

tollere,ſolent pro amotione talis maleficiis conſulere.Re ſponſio.Quicquid ſit de negotio Ratisbonæ peracto, exhortamur in Domino,ut in nullo caſu quantumcũq; ne ceſſario pro republica,diuinatrices cõſulantur,& hoc pro pter magnam offenſam diuinæ maieſtatis,cũ tot alia ſint nobis remedia conceſſa, per quæ omnino aſſequi poterimus,aut in propria petiti forma,aut inæquiualenti,ita ꝙ omnino veritas expetietur vel ab eius ore, vt incinerari valeat,vel Deus auferet ipſam de medio, aliam mortem ſuper eam permittẽdo. Hæc autem nobis remedia propo nuntur, & primò faciat homo id quod poteſt ex propria induſtria,& ex propria virium ſuarum exercitatione modis ſupra tactis inſiſtendo pluries,& præſertim certis diebus,ut iam in ſequenti quæſtione patebit. 2.Corinth.9. Abunderis in omne opus bonum.Secundo,quod ſi deficit recurſum habeat pro conſilio ad alios homines,qui forte ſibi remediũ de quo nunquam cogitauerat impartitetur, eo quod uari ſunt modi ad maleficia tollenda. Tertio ſi prædicta deficiunt,habeat decurſum ad deuotas perſonas, iuxta illud Eccleſiaſt.37.Cum viſu ſancto aſſiduus eſto, quemcunque agnoueris obſeruantem timorem Dei.Item vt ſancti in patria inuocentur per eos.Quę ſi omnia defecerit,recurſum habeat immediate ad Deum Iudex, & omnis populus ieiuniis & orationibus, ut tale maleficio ſua pietate amoueatur,ſicut Ioſaphat. 2. Paral. 20. Cum ignoramus quid agere debeamus,hoc ſolum habemus re ſidui,ut oculos noſtros dirigamus ad te, & ſine dubio DEVS in neceſſarijs noſtris non deficiet. Vnde & Aug. & habetur.26.q.7.nõ obſeruabitis.Qui hos & quaſcũq; diuinationes,aut facta,aut auguria obſeruat,aut attẽdit, aut aconſentit obſeruãtibus,aut talibus credit, ſcilicet opere proſequendo,aut ad domum earum uadit,aut in domum ſuam propriam introducit,aut interrogata, ſciat ſe fidem Chriſtianam & baptiſmũ præuaricaſſe,& paganum & apoſtatam, & Dei inimicum,iram DEI in æternum grauiter incurrere, niſi eccleſiaſtica pœnitentia emenda tus,Deo reconcilietur.Non deficiat ergo iudex ſemper li

citis

citis utendo iuxta præmiſſa remedijs, finaliter ſubſcriptis cautelis.

De tempore, & de ſecundo modo interrogandi, & eſt actus duodecimus, ſuper finales cautelas a iudice obſeruandas.

QVAESTIO XVI.

SVper præmiſſa ſunt aliqua aduertenda. Primo quod ſacratioribus diebus, & infra miſſarum ſolemnia ſunt interrogandæ, ita ut populus adhortetur ad implorandum diuinum auxilium, in generali nihil ſpecificando, niſi ut contra quaſcunque dæmonum infeſtationes ſancti inuocentur. Secundo, ea quæ ſupra tacta ſunt de ſale & alijs rebus benedictis, cum ſeptem uerbis quæ Chriſtus protulit in cruce, in cedula conſcriptis inſimul colligatis, collo eius alligentur, longitudo Chriſti ſuper nudum corpus, & extra benedicta circuncingatur, ſiquidem longitudo ipſa commodè haberi poteſt, experientia docuit miro modo his rebus ipſas moleſtare, uixque retinere, præcipuè autem reliquias ſanctorum. His ſic diſpoſitis, & aqua benedicta in potum porrecta, diſponatur iterum ad quæſtiones, continuò exhortando ut prius. dum autem a terra eleuatur, & ſi per talem modum tormentatur, iudex legat uel legi faciat dicta teſtium, ſubmiſſis nominibus, taliter dicēdo, ecce per teſtes cōuicta es. Item ſi teſtes uellent ſe facie ad faciem adfrontare, tunc iudex interrogaret, an fateri uellet, ſi teſtes ſibi in faciem præſentarentur. Vbi ſi annueret, tunc inducendi teſtes eſſent, & coram eo ſtatuendi. ſi forte rubore, ſeu uerecundia quicquam criminum ſateretur.

Vltimo ſi uideat ipſam nō uelle detegere flagitia ſua, interrogabit eam, an pro ſua innocentia inditia can-

dentis

dentis ferri pellet ſubire,& quia illud omnes affectant, ſcientes quod per dæmones a læſione pręſeruantur, unde etiam quod uerè maleficæ exiſtant cognoſcuntur, replicabit Iudex,qua temeritate ſe tãtis periculo ſubmittere poſſit,& omnia conſcribantur,ſed quod illud candentis ferri iudicium non ſit eis concedendum,inferius patebit. Aduertat etiam iudex quod ſextis ferijs præcipue uſq; dum ſit compulſus pro expectatione noſtri Saluatoris interrogatę, ſępe faſſæ fuerunt. Sed quia ſuper extremum nos procedere oportet,uidelicet ſuper omnimodã eius negatiuam,in qua ſi præſtiterit,iudex relaxabit eam,& ſequẽtibus adhuc utatur cautelis,educendo eam de carcęre pœnoſo ad alium,pro cuſtodia tamen bene munitum,ita tamen quod ſibi omnino caueat quod nullo modo tradatur cautionibus,ſeu fideiuſſoribus,nec alias manulenta decreto,quia a talibus manulente datis ueritas nunquam haberetur,imo ſemper peiores efficiuntur, ſed hoc primo procuret quod humaniter in cibo & potu tractetur, & interim intrẽt honeſte,& non ſuſpecti,qui etiam frequẽter de diuerſis in pertinentibus ei colloquantur & tandem ut cõfidenter conſultant,quod fateatur ueritatem, promittendo quod iudex ſibi faciet gratiam,& quod uelint eſſe tanquã mediatores, & in finem huius intrebit iudex & promittet facere gratiam,ſubintelligendi uel ſibi aut reipublicæ in cuius conſeruationem totum quod fit eſt gratioſum Si uero ſibi ad uitam promitteret quæ ſupra quæſtione quartadecima,ſuper tres modos tacta ſunt, ſcribantur ſingula a notario , & ſub qua forma uerborum , ac intentione ſit gratia promiſſa. Et ſiquidem delata ſic gratiam petierit,& facta detexerit,dicantur uerba generalia quod amplius fiet ſibi quam ipſa petierit,in finem, ut ampliori confidentia loquatur .Secũda cautela in hoc actum,quod ſi omnino noluerit detegere ueritatem, habeat Iudex ut ſupra tactum eſt de eius complicibus,ſiue ipſius ſcitu examinaris,& ſi quid huiuſmodi depoſuiſſent, per quæ conuinci poſſet,hæc iudex proponat,& diligenter de ſingulis inueſtiget,& ad idem ſi qua inſtrumenta uel vnguenta &

pixi-

pixides in domo fuiſſent reperta, ſibi offerentur, & ad quę uſa fuerit, &c. Tertia cautela, ſi adhuc perſeuerat in ſua pertinacia, & habet conſodales examinatas quę contra, & non pro ea depoſuiſſent, uel ſi non habet, procuret aliom fidem dignum, quem nouit detente non ingratum, ſed tan quam amicum & fautorem, qui quodam ſero intrat ad maleficam, protrahendo locutiones, & tandem ſiquidem non eſt de complicibus, fingat nimis eſſe tarde pro receſſu & remaneat in carcere cum eadem, & de nocte pariter colloquantur, ſi vero de complicibus tunc edentes & bibentes, mutuo etiam conferunt de rebus commiſſis, & tunc ſit ordinatum quod ſtent extra carcerem in loco cōgruo explorantes eos, auſcultantes & uerba colligentes, & ſi opus fuerit, ſcriptor ſit cum eiſdem. Quarta cautela, vt ſi tunc incipiet dicere veritatem, nullo modo dimidiet iudex recipere eius confeſſionem, etiam media nocte, ſed cō tinuet quantum poteſt, & ſi in die, non curet ſi proroget prandium vel cœnam, ſed inſtet quoaduſq; dixerit veritatem, ſaltem quo ad principalia, nam per diminutiones & interruptiones frequentius eſt repertum quod redeunt ad vomitum, & nam aperiunt veritatem quam detegere inceperant, habito conſilio deteriori. Et aduertat Iudex ꝙ poſt confeſſione nocumentorū, hominibus aut iumentis illatorum, inquirat quod annis incubum dæmonem habuerit, & a quanto tempore fidem abnegauit, quia ſicut de iis nunquam fatentur, niſi prius alia fuerint faſſæ, ita etiā omnino in fine ſunt interrogandæ. Quinta cautela, ſi prædicta omnia deficerent, tunc ſi fieri poteſt ducatur ad aliquod caſtrum, & ibi certis diebus cuſtodia mancipata, fingat ſe caſtellanus ad partes longinquas peregrinaturum, & interim familiares aliqui, vel etiam mulieres honeſtę eam uiſitantes promittant ei quod velint, eam omnino dimittere libere abire, dummodo informet eos, vel eas, de certis experimentis. Et aduertat Iudex ꝙ ſæpisſimè per talem modum faſſæ fuerunt & conuictæ. Et nouisſimè in diocœſi Argentinenſi prope oppidum Sletſtat, & caſtro Kinnigsheim malefica detenta nullis tormentis & quæſtio-

quæſtionibus deduci poterat,ad fatendum ſua crimina, tā dem modo ſupra dicto de caſtellano ſeruata,licet præſens erat in caſtro,ipſum tamē.malefica æſtimabat abeſſe tres familiares intrabant,& ei liberam relaxationem promiſerunt,dummodo ſuper certa experimenta eos informaret.Et licet prima fronte renueret,& ꝙ doloſe cū ea agerent proponeret,tandem interrogans de quibus informari uellent,unus dixit,ſuper grandinum excitandum, alter ſuper carnalia facta,tandem ubi ſuper grandinem illum informare uolebat,& ſcutella aqua plena,approbata,malefica,ſibi iniunxiſſet,ut digito paululum aquam moueret,& ipſa certa uerba protuliſſet,ſubito ad locum quem explorator nominauerat,ſcilicet ſyluam adiacentem caſtro,tanta tempeſtas & grando repleuit,ſicut a multis annis uiſum non fuerat. In caſu tamen quo omnia deficerēt,uel etiam in caſu quo crimina fateretur,quid ulterius Iudici per ſententiam faciendum ſit,ut totus proceſſus finiatur,in quo ultima pro huius operis terminatur reſtat declarare.

Sequitur tertia pars huius ultimæ partis operis, qualiter proceſſus iſte fidei ſit debito fine per ſententiam diffinitiuam terminandus.

PEr Dei gratiam ijs expeditis quæ ad cognitionem proprietarum,ſuper hæreſim maleficarum deſeruiunt,inſimul etiam qualiter proceſſus fidei aduerſus illā ſit initiandus & continuādus,reſtat nūc diſcutere,qualiter talis proceſſus per debitam ſentētiā ſit cō gruo fide terminandus.Vbi primo notandum quod cum hæreſis hęc ut in principio huius ultimæ partis,tactū eſt, præ aliis hæreſibus ſimplicibus hoc habeat, quod non eſt puta,ſed mixta crimine eccleſiaſtico & ciuili,ut de ſe patet,Ideo de modis ſententiandi tractando,primo tractandum eſt de quadam ſententia,ad quam maleficæ ſolent

apellare, de qua ſecularis iudex per ſe irrequiſito ordinario agit. Secundo, de his in quibus ſine ordinario agere non poteſt. Et ſic tertio quomodo ordinarij ſe exonerare poſſunt, patebit.

Super purgationem uulgarem, & præcipue ſuper examen candentis ferri, ad quod maleficæ appellant.

QVAESTIO XVII.

AN autem malefica uulgari purgatione, de qua. 2.q. 4.conſuluiſſe. & cap. monomachiam ſit ſuper reatum tentatiuè purganda, & per iudicem ſecularem ad hoc aſtringenda, uel admittenda ad iudicium candẽtis ferri ſi ad hoc appellat, & uidetur quod ſic. Nam ſicut duellum ad conſeruationem uitæ proprie in cauſa criminali, uel rerum ſuarum in cauſa ciuili ordinatur, ita & iudicium candentis ferri, per tactum, uel aquæ bullientis per potum, ſed primum licitum eſt in aliquo caſu iuxta ſanctum Thomam 2.2.q.95.in fine ultimi articuli, ubi dicit quod tunc duellum poteſt eſſe licitum, ubi ad communem rationem ſortium appropinquat, ergo etiã in aliquo caſu iudicium ferri candentis. Item multi principes ſanctæ uitæ, & qui bonorum conſilio utebantur, ut ſanctus Henricus Imperator erga coniugem uirginem Kunigundam, quàm de adulterio ſuſpectam habuerat exercuit. Item ſicut Iudex qui habet curam communitatis, licite poteſt minora mala permittere ad uitandum peiora, ut meretrices in ciuitatibus, ne omnia turbentur libidinibus, iuxta Auguſtinum in libero arbitrio. Tolle meretrices, & omnia turbabis libidine. Ita per tale iudicium ubi quis ab inſultibus & iniurijs alicuius communitatis ſuper cauſam criminalem aut ciuilem liberari poſſet. Item quia minus eſt læſio manuum per candens

dens ferrum quam uitę interfectio per duellum,ideo etſi duellum admittitur,vbi cõſuetudo habetur a fortiori & examen candentis ferri.Contrarium habetur.2.q. 5. monomachiam,ubi dicitur hæc & huiuſmodi ſectantes Deũ tentare videntur vbi attendendum eſſe dicunt doct.quod quia non ſolum a malo iuxta apoſtolum.1.Theſſa. 5. ſed etiam ab habente ſpeciem mali abſtinendum eſt,ideo nõ dicitur in illo ca.omnes hæc ſectantes tentant Deum , ſed videtur tentare vt intelligatur quod poſito caſu quod al quis talia exercens intendat alium finẽ forte rectum,quia tamen apparentia eſt mala,cauendum eſt. Reſpondeo ꝙ tale iudicium ſeu examen ſit illicitum,præcipue candẽtis ferri.Deducitur ex duobus,primo quia ordinãtur ad iudicandum occultã quæ diuino iudicio reſeruatur.Secundo etiam quia huiuſmodi iudicium non eſt authoritate diuina,aut etiam documentis ſanctorum patrum ſancitum.Vnde in cap.conſuluiſti.2. q.5.quod ſanctorum patrum nocumento ſancitum non eſt ſuperſtitioſa adinuen tione eſt præſumendũ,Stephanus Papa in eod.capit.ſpon tanea confeſſione vel teſtium approbatione delicta con ceſſa ſunt ueſtro regimini iudicati.occulta enim & inco gnita illi ſunt relinquenda qui ſolus nouit corda hominũ. Eſt tamen differentia inter duellum & ferri candentis exa men,ſeu etiam potum bulientis aquæ,quia duella magis accedunt ad communem rationem ſortium , utpote quia pugiles ſunt penitus pares uirtute & arte , quam examen candentis ferri , quia licet vtrunque ordinatur ad alicuius facti occulti inquiſitionem , per aliquod factum ab homi ne,tamen quia in iudicio candentis ferri aliquis miracu loſus effectus expectatur quod non cõtingit in duello,vbi ſolummodo contingit interfectio vnius vel amborum , ideo examen illud eſt omnino illicitum,licet duellum nõ ſit ita illicitũ.Incidentaliter tamen propter principes & iudices ſeculares ſuper duellum admittendum eſt. Notan dum quod occaſione horũ verborum ſancti Thomæ qui hanc diſponit Nico.de lira in poſtilla ſua ſuper bibliam. 1.Reg.17.occaſione etiã duelli ſeu conflictus ipſius Dauid

cum Philiſteo, uult elicere quod in aliquo caſu duellum poſſit eſſe licitum, ideo quod hoc non ſit de mente doct. Tho. ſed potius oppoſitum probat Paulus de burgenſis contra Nicolaum præf. tum, cuius probationem bene ad uertere, debent principes & iudices ſeculares. Primo, per hoc quia duellum ſicut & examen alterum ordinatur ad iudicandum occultat quæ diuino iudicio reſeruantur, ut ſupra tactum eſt, nec poteſt dici quod inſtitutionem ha buerit ex conflicto Dauid, quia ſibi reuelatum fuit a domino interiori inſtinctu, ut tale certamen inire deberet, & quod iniuriam ſibi illatam per eum uindicare contra Philiſteum uolebat, quod ex uerbis Dauid elicitur. Ego uenio contra te in nomine Dei uiuentis, & ſic non fuit propriè duellator, ſed diuinæ iuſtitiæ executor. Secundo, ex hoc quod præcipuè iudicibus eſt aduertendum, quia in duello datur poteſtas, uel ſaltim cōceditur licentia utriq; interficiendi ſe mutuo, & cum alter eorum ſit innocens: ideo præſtatur authoritas uel ſaltim licentia interficiendi innocentem, quod cum ſimpliciter eſt illicitum, quia contra dictamen iuris naturalis & diuinum præceptum. Ideo omnino illicitum tam ex parte appellationis quā re cipientis, quàm etiam iudicantis & conſulētium, qui om nes homicidæ reputantur. Tertio, ex hoc quia cum duel lum ſit ſingularis pugna duorum, ut per uictoriam unius appareat iuſtitia tanquam per diuinum iudicium, & alte rius in iuſtitia non obſtante, quia tunc Deus tentatur, un de redditur illicitum ex parte appellantis & recipientis, ta men cum ipſi iudices alijs medijs iuſtum iudicium aut ter minationem litis procurare poſſent, cum hoc non faciunt ſed conſulūt, uel omnino permittunt, cum prohibere poſ ſent utriq; ad Interfectionem innocentis. Verum quia non eſt uериſimile poſtullatorē Nicolaū hæc latuiſſe aut igno raſſe. Ideo vbi dicit in aliquo caſu duellum abſq; peccato committi mortali, loquitur ex parte iudicantium aut con ſulum, ubi non per ipſorum inductionem aut conſilium, ſed vt ipſos appellantem & recipientem tale examen exer ceatur ſine alio reſpectu, & quia non eſt noſtra ſpeculatio

nis his immorari,ſed de ipſis maleficis diſſerere: clare pa tet ꝙ in aliis criminalibus cauſis circa furtum aut latro cinium tale examen inhibetur,quanto magis hic ubi con ſtat maleficas cuncta maleficia auxilio dęmonum procu rare,ſiue in læſionibus inferendis,ſiue curādis,ſe tollēdis aut impediendis. Nec mirum ꝙ opere dęmonum a læſio nibus in tali examine pręſeruantur maleficę, cum vt na turales tradunt ſuccus cuiuſdam herbæ,ubi manus iniun guntur a combuſtione poſſit pręſeruare,& cum ipſum dę monem uirtutes herbarum minime lateant,dato ꝙ per in terpoſitionem alicuius corporis inter manus deferentis, & ipſum ferrum,lęſionem non interciperet,prout inuiſi biliter procurare poteſt,tamen per huiuſmodi naturales rerum proprietates hoc efficere poſſet,unde minus quam quibuſcunq; aliis malefactoribus ipſi maleficis propter intimam familiaritatem quam cum dęmonibus tenēt ta li examine ſunt purgandæ. ſed ipſo facto vbi ad hoc appel lant,iam ut ſuſpectæ maleficæ ſunt habendę. Deſeruit ad hoc factum,ꝙ in Conſtantienſi diocœſis tribus annis vix iam elapſis contigiſſe fertur. Nam in dominio comitum de Furſtemburg pertinent nigræ ſyluæ, malefica quædam famoſa & plurimum ab incolis diffamata,ubi per comitē ad inſtantiam plurimorum fuiſſet comprehenſa,& de plu rimis iudiciis ſuper uaria maleficia delata, tandem inter tormēta & quæſtiones interrogatur, manus omnium uo lens euadere ad examē candentis ferri appellauit. Iuuenis comes nec multum in his expertus examen admiſit,& dū candens ferrum per tres duntaxat paſſus deferre adiudica ta fuiſſet,per ſex deportauit offerens ſe denuo ad ipſum longiori ſpacio deportare. Qua ex re dum manifeſtum ha buiſſent iudicio maleficii iudicare,quia nullus ſanctorum pręſumpſiſſet taliter diuinā aſſiſtentiā tentare,ipſa tamē abſoluta a uinculis & illeſa uſque in præſens,non utique in partium fidei ſcandalum perſeuerat.

De ſententia diffinitiua in ſe qualiter eſt ferenda.

QVAESTIO XIII.

CONSEQVENTER ad tractandum de his in quibus ſecularis Iudex per ſe cognoſcere, & ſententiare poteſt diocesanis ſi libet mentibus exoneratis, hoc ipſum enim præſupponimus, vt ne dū noſipſi inquiſitores ſalua fide ex iuſtitia ſimus, ab his ſententiandi modis exonerari, uerum & ipſos diocesanos eadē ſinceritatē exoneratos affectamus, ipſorū facultatē & iuriſdictionē minime amputando, quia tamē ſi ut uellent neceſſe foret & nos inquiſitores, iuxta cap multorum querela de hære. in cle. pariter concurrere, Attendāt tamen ꝙ quia hoc crimen maleficarum nō eſt mere eccleſiaſticū. Vnde nec poteſtatibus, nec dñis temporalibus ad iudicandū & ſententiandū, ut in cap. u t inquiſitionis. §. prohibemus. de hær. li. 6. interdictū. In quibus tamen præfata poteſtas diffinite & cognoſcere ſine dioceſanis nō poteſt, ſimiliter deducet. Sed primo uidendum de ipſa ſententia in ſe. Secundo qualiter ſit ferenda. Tertio quot modis de primo. Cum ſecundum Auguſt. ut 2. q. 2. c. 1. Nos in quenquām ſententiā ferre non poſſumus niſi aut conuictum aut ſponte confeſſum. Et ſententia ſit triplex, ut dicit gloſ. ſummaria in prin. quæſtionis. ſ. Interlocutoria diffinitione & præcepti Ray. exemplificans dicit. Interlocutoria ſententia dicitur, quæ non ſuper principaii ſed ſuper aliis quæſtionibus profertur inter principiū cauſæ, & finem emergentibus, ut eſt de teſte repellendo, uel de dilatione accuſanda, uel non, & huiuſmodi, uel forte dicitur interlocutoria, quia inter partes loquendo profertur ſine ſcripturæ ſolēnitate. Diffinitiua aūt ſententia dicitur, qñ principalis quæſtio diffinitur. ff. de re iudi. l. 1. Sententia præcepti eſt qñ maior præcipit minori De primis duabus noſtra cōſequēter erit ſpeculatio, præcipue ſuꝑ ſententiā diffinitiuā. Notandum ſecūdo, ꝙ licet in gloſa præfata dicatur,

cur, ꝙ ſi ſentẽtia diffinitiua fuerit lata omiſſo ordine iuris ipſo iure nulla eſt. 2. q. 2. Si quando. §. diffinitiua. Et poſt dicatur ſcias quod duplex eſt ordo iuris. Vnus qui eſt de neceſſaria ſubſtantia iudiciorum, ut fiat litis conteſtatio, & lites recipiantur, ſi cõtra hunc ordinem feratur ſententia non tenet. Eſt alius ordo, qui non eſt de ſubſtantia iudiciorum, ut ſcilicet ſententia non feratur, ſub conditione, & ut prius non pronuncietur de poſſeſſione quàm de proprietate, ſi tamen hoc non ſeruet, tenet ſententia. 2. q. 6. Anterio. §. biduum. In hac tamen cauſa, quia eſt cauſa fidei, & hæreſis crimen, licet mixtum proceditur ſummarie ſimpliciter & de plano, ut patet in c. ſtatu. lib. 6. & qualiterista uerba intelligantur, habes ſupra quæſt. 6. & ut ibi deducitur, Iudex neceſſario libellum non exigat, litis conteſtationem non poſtulet, &c. ſequitur, Probationes tamen neceſſarias admittat ſimiliter recitationem & proteſtationem iuramenri de calumnia, &c. Vnus & alius modus procedendi, iam per iura noua declaratur. De ſecunda autem qualiter ſit ferenda, nota quod proferri debet a Iudice, & non ab alio, aliter nõ ualet. Item, in loco publico, & honeſto etiam ſedendo, ut 3. q. 3. induciæ. §. ſpacium. Et ſimiliter de die, & non in tenebris, & ſic de multis quę ibi notantur, Tum qui ibi continentur quod non diebus feriatis, & non inſcriptis feriatur. Notandum quod quia hic ſummarie ſimpliciter & deplano, ut ſupra tactum eſt. proceditur, & de uerbo ſigni. ca. Sæpe contingit in clemẽ. dicitur quod tempore feriarum, ob neceſſitates hominũ indultarum, a iure procedere ualeat, & ꝙ Iudex amputet dilationem, ideo ſi Iudici libet ſeruare illa poterit, nec ſcripto proferre tenetur, cum ſecundum Io. An. Plures ſunt caſus in quibus ſine ſcripto ſententia ualet, & inter illos enumeratur conſuetudo loci, uel fori. diſt. 11. conſuetudinis. Epiſcopus etiam ſi eſt Iudex, poteſt per aliam ſententiam recitare, ad inſtar illuſtrium. Item nota ꝙ licet in actioni bus criminalibus exequutio ſententia non ſit differenda, fallit tamen hoc in aliquibus caſibus, præcipue quatuor, ſed pro hac materia capiuntur duo. Primo ſi lata eſt in

muliere prægnãte differtur enim uſque ad tempus partus ff. de re iu. in l. prægnantis. Item cum quis eſt confeſſus crimen, & poſtea negat, & intellige ſi confeſſio prius nõ fuit reiterata, modo quo ſupra tactum fuit, quæſtione decimaquinta. De tertio autem quot ſcilicet modis ſit ferenda, quia conſequenter uſque in finem operis de his tractabimus, ſunt tamen adhuc aliqua prætermittenda, de modis quibus perſona delata redditur ſuſpecta, eo quod uariç ſententiæ ſuper uarias ſuſpitiones ſunt ferendç.

Quot modis capitur ſuſpitio pro ſententia ferenda.

QVAESTIO XIX.

SVSPECTI de hæreſi, uel alio crimine, quot modis & quibus dicendi ſunt, & an in tali caſu, pro tali crimine ex illis adiudicãdi, & ſententiandi ſint, ubi quæritur, reſpõdẽdũ eſt & ꝑ antiqua & noua iura. Nã gl. ſuper ea nos in quenquã, in præcedẽti quæſtione allegato, dicit ꝙ quatuor ſunt modi conuincendi reum, aut ſcilicet iure ut inſtrumentis & teſtibus, aut facti euidentia, extra de cohabi. cle. c. tua. aut iuris interpretatione, ut ſæpius citatũ eſſe reũ. 3. q. 9. decreuimus. aut uiolentia ſuſpitione. 32. q. 1. dixit. notant ẽt canoniſtæ quod triplex eſt ſuſpitio. Prima temeraria, de qua cano. Nullũ iudicetis ſuſpitionis arbitrio. 2. q. 1. Secũda probabilis, & hæc purgationẽ inducit, non aũt prima, ut 2. q. 4. presbyter. Tertia eſt uiolẽta, quæ condemnationẽ inducit, & de hac intelligitur dictũ Hieronymi, quod uxor dimitti poteſt propter fornicationẽ, aut fornicationis ſuſpitionẽ. 32. q. 1 dixit. Nota inſuper quod ſecunda quæ eſt probabilis, admittitur ad ſemiplenã probationem, ut extra de præſum. in multis. Vnde coadiuuat ad probationem, ſi adſint alia adminicula, unde nõ ſolum admittitur ad purgationẽ inducendam ſed etiam ad arbitrationem. 374. in fine. De uiolenta etiam quæ ad condemnationem ſufficit, nota quod eſt duplex, dum

quçdam

quædam iuris & de iure, ut cum ius fingit & ſtatuit aliquid ſuper facto, & contra hanc nō admittitur probatio. extra de ſponſa. nec qui fidem, ubi dicitur quod ſi quis dederit fidem mulieri de contrahendo matrimonio cum ea, & poſtea copula ſequitur, matrimonium eſſe præſumitur & probatio in contrarium non admittitur. Quædam eſt iuris, ſed non de iure, ut ubi ius præſumit, ſed non ſtatuit aliquid, ut ſi uir diu mulieri cohabitauit, præſumitur ab eo cognitam. 27. q. 1. dixit, & contra hanc admittitur probatio. Applicando ad propoſitum noſtrum ſuper hęreſim maleficarū & ſuper noua iura, dicimus quod in iure ſuſpitio ſeu crimen hæreſis habetur, prima eſt modica, ſecunda magna, tertia maxima. Prima quæ eſt modica, in Iure uocatur ſuſpitio leuis, ita habetur ca. Accuſatus de hær. li. 6. in prin. ubi dicitur. Si aūt leuis & modica ſuſpitio illa fuit & relabatur quanquā ex hoc ſit grauiter puniendus, nō tamen debet pœna in hæreſim relapſorum puniri, & hæc ſuſpitio, ideo dicitur modica ſiue leuis, tum quia modica & leui defenſione tollitur, tum quia ex modicis & leuibus oritur coniecturis. Vnde dicitur modica à modicis indiciis, & dicitur leuis a leuibus coniecturis, utpote in ſimplici hæreſi circa fidem, ſi aliqui reperiantur occulta conuenticula celebrantes, uel uita uel moribus a cōmuni cōuerſatione fidelium deuiantes, ut patet cap. excōicamus. primo extra de hæreſi. circa maleficarum hæreſim. Simili modo ubi conuenticula in angariis, aut ſacratioribus anni temporibus, in campis aut ſyluis, ſiue de die, ſiue de nocte conuenirent, aut aliqua ſeorſum reperirentur, aut nō frequentare diuina temporibus conſuetis, & modis cōſuetis, aut cum ſuſpectis maleficis familiaritates ſecretas contrahere. tales enim leuiter ad minus de hæreſi habentur ſuſpecti, eo quod talia frequenter facere huiuſmodi hæretici comprobantur, de qua etiam leui ſuſpitione habetur. C. de hæreſi. lib. 2. in fine, ubi dicitur, Hæreticorum uocabulo continentur, & latis aduerſus eos ſententiis debent ſuccumbere, qui uel leui argumento a iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare. Et huic ſen-

tentiæ concordat.Hoſtiēſis in ſumma,titulo, de præſumptione.§.finali.ubi dicit, Notandum quod quamuis hæretici leui argumēto detegātur,ſcilicet, ad hoc quod ſuſpecti habeantur,tamē non debent ut hæretici haberi, & probat per præcedentia.Secunda ſuſpitio quæ eſt magna, in Iure uocatur uehemens, ſiue fortis, de qua iterum in allegato capitulo Accuſatus,in principio. Iterum ſic habetur,accuſatus de hæreſi uel ſuſpectus, contra quem de hoc crimine magna & uehemens ſuſpitio orta erat, &c. Ibi enim hæc coniunctio & non tenetur copulatiuè, ſed expoſitione ut notat Ioannes Andreas ibidem. Vehemēs autem idem eſt quod fortis,ut dicit archidiaconus ſuper allegatum canonem, accuſatus, & uerbo uehemens ut dicit Papias & Hugnitio, quod uehemens idem eſt quod fortis ſiue grandis.Allegat etiam Gregorium, primo moralium.Ventus uehemens irruit, unde dicimus aliquem uehementem habere caſum, cum habet fortem, Hæc ibi. Ergo ſuſpitio magna dicitur uehemens,ſiue fortis, & ſic nominatur, quia non niſi uehementibus & fortibus defenſionibus repellitur, & eſſet quia ex magnis & uehementibus ac fortibus oritur coniecturis, argumentis & indiciis.utpote in ſimplici hæreſi,ſi aliqui comperiantur qui eos ſciunt hæretico fore occultant, fauorem impendant,aſſociant,uiſitant,munera offerant,recipiant,defendant,& ſimilia exercentes,tales namq; de hæreſi uehemēter ſuſpecti ſunt,& ſimiliter cognoſcuntur circa hæreſim maleficarum, eo quod ſuſpitio oritur quod participant cum eis in crimine, & præcipue notantur, hic mulierizant uiri, qui ad amorem uel odium inordinatum, licet non ad alias læſiones hominum tendant, aut iumentorum ſolent maleficare. Similia enim ut præmiſſum eſt, in quacunq; hæreſi exercentes,uehementer ſunt ſuſpecti, ut patet per alle.c.accuſatus.§.illo uero,& per notata ibidem per archidiaconum. Cum non ſit dubium eos talia facere in fauorem hæreticæ prauitatis.Tertia ſuſpitio hęc eſt maxima,& in Iure uocatur uiolēta.ca.cum contumacia,& c.cum accuſatus.lib. 6. de hęreſi, & per notata per archidiaconum.

archidiaconum.& Ioan. Andreas ſuper cap. accuſatis, & uerbo uehemens,ubi dicunt,dicit uehemens non uiolenta,ſupra de præſump.c.literas. De hac ſuſpitione loquitur canon,diſtin.34.quorundam, & hæc præſumptio ſeu ſuſpitio dicitur uiolenta,tum quia uiolenter cogit & artat Iudicē ad credendum, nec tergiuerſatione refellitur qualicunque. Tum quia ex uiolentibus conuincentibus atque coercentibus oritur coniecturis. Exempli gratia,in ſimplici hęreſi ſi aliqui reperiantur qui hæreticos adorauerint,id eſt,reuerentiam ſuo amore exhibuerint, conſolationem uel communionem ab eis acceperint uel ſimilia,quæ ad ritum eorum pertinent perpetrauerint, tales namque uiolenta ſuſpitione de hæreſi & hæreticorum credentia ſunt conuicti per ca.filii.& per ca.accuſatus de hæreſi,lib.6.& per notata per archidiaconum, ſuper cap. quicunque hæreticos,& uerbo credentes, eo. lib. 6. cum non ſit dubium eos talia facere in credentiam hæreticæ prauitatis.Super hæreſim uero maleficarum a ſimili qui perpetrant ea quæ ad ritum maleficarum pertinent, & talia cum ſint uaria, uidelicet aliquando per uerba ſolum contumelioſa,dicendo,Tu ſentiens in breui tibi euenient,uel ſimilia in effectu,& per tactum, ſolum tangēdo hominem,aut beſtiam manibus, aut per uiſum tantum ſe manifeſtando nocturno uel diuturno tempore certis dormientibus,in cubilibus,& hoc ubi homines aut iumenta nituntur maleficiare, licet circa grandines uarios alios obſeruant modos,ſe aliis offerendo cæremoniis,circa flumen aliquod ſe agitando diuerſimode, ut in pręcedentibus circa modos maleficia inferendi patuit, tales utique uiolenta ſuſpitione ſuper hæreſim maleficarum ubi reperiūtur,& fama laborat,ſunt cōuicti, p̄ſertim ubi effectus eſt ſubſecutus in maleficio,ſiue ſtatim,ſiue per ſucceſſum temporis,quia tunc euidens factum cōcurrit, ſiue indiciū facti,ubi inſtrumenta maleficii in aliquo loco repoſita reperirentur,licet ſucceſſus temporis non ita aggrauaret ad euidentiam facti,manet tamen ſuſpecta uehementer,& a fortiori amplius circa ſimplicem hæreſim.ET ſi quæritur

nunquid

nunquid diabolus abſq; uiſu, aut tactu mulierum maleficiare poſſet homines ſeu iumēta. RESPONDETVR utique, ſi Deus permittit, ſed quia maior Dei permiſſio, ubi creatura Deo dicata per fidei abnegationem, & aliis horrēdis ſceleribus concurrit, ideo & diabolus amplius talē modū maleficiādi creaturas affectat, immo & dici poteſt ꝙ diabolus ēt ſi abſq; malefica poſſet, adhuc ſumme per maleficā talia exercere affectat, uariis reſpectibus, ut in præcedentib. patuit. *Epilogando ad noſtrū propoſitū ſuper modos & præſumptionibus iudicandi.* Dicendum quod ſuper præſtatam diſtinctionem, ſuſpecti de hæreſi maleficarum ſunt in triplici genere, cum quidam leuiter, quidam uehementer, & quidam uiolenter. Leuiter ſunt ſuſpecti qui talia modica uel leuia peragunt, ꝙ ex eis oritur modica uel leuis ſuſpitio cōtra eos de talis hęreſi, & licet ut dictū eſt ubi quis ſic inuenitur ſuſpectus, nō ſit hæreticus habēdus tamē debet ſibi indici canonica purgatio, uel iniungi tanquam pro leui adiuratio. Et quidē ꝙ purgatio poſſit ſibi indici, habetur cap. excōmunicamus. 1. in prin. extra. de hęreſi, ubi dicitur. Qui aūt inuenti fuerint ſola ſuſpitione notabiles, ſuſpitione probabili, hoc eſt, leui, & quę leuiter apparet, dicit Hoſtienſis, Sequitur niſi iuxta conſiderationes ſuſpitionis, qualitatemq; perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione mōſtrauerint, anathematis gladio feriantur, & uſq; ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur, ita ꝙ ſi per annum in excōmunicatione perſtiterint, ex tunc uelut hæretici condēnentur. Hæc ibi. Et notaꝙ indicta ſibi purgatione canonica, ſiue cōſentias ſiue non deficiat, ſiue non eſt, per omnia indicandū ſicut de diffamato de hæreſi, cui eſt purgatio canonica indicenda. Sed & hoc quod abiuratio poſſit tali iudici tanquam leuiter ſuſpecto de hæreſi, patet per ca. accuſatus, in prin. ubi dicitur. Accuſatus de hæreſi uel ſuſpectus, contra quē de hoc crimine magis & uehemens ſuſpitio orta erat, ſi hæreſim in iudicio abiurauit, & poſtea committit, in ipſa cenſeri debet quadam iuris fictione relapſus, licet ante abiurationem ſuam, hæreſis crimen probatum nō fuerit cō

tra

tra ipſum.Si autē modica & leuis fuit ſuſpitio illa quanquam ex hoc ſit grauiter puniendus,tamen non debet in hæreſim relapſorum pœna puniri.Hæc ibi. Quidam autem cum ſint ſuſpecti uehementer,& ſunt illi qui talia uehementia,& fortia peragunt,quod ex eis oritur uehemēs & magna ſuſpitio,& tales licet etiam non ſint hæretici, nec ut hæretici condemnandi,eo quod expreſſe habetur extra de præſumptione.c.litteris.§.quo circa.Nullus pro ſuſpitione uehementi eſt de tanto crimine condemnandus,nam ibi ita dicitur. Quocirca mandamus quatenus cum propter ſolam ſuſpitionem quamuis uehementem, nolumus illum de tam graui crimine condemnari,tamē de tali ſic vehementer ſuſpecto,debet ſibi mandari quod abiuret generaliter omnem hæreſim, & ſpecialiter inquā incidit tanquam vehementer ſuſpectus per allegatum ca. accuſatus.in principio,ut eſt dictum,& per ca.inter ſolicitudines,extra.de pur.ca & per.c.litera extra de præſumptione.Quod ſi poſt modum relabatur, uel in priſtinam, vel in aliam,vel in eos quos ſcit maleficos,aut hæreticos aſſociet,viſitet,vel deducat,vel conſulat, munera donando,vel mittat ſeu fauorem eis impendat,relapſorum pœnam non euadet,per allegatum ca.accuſatus. Vbi dicitur ſic.Eum vero qui in vna hæreſis ſpecies vel facta commiſit,aut in vno articulo fidei ſeu ſacramento eccleſiæ errauit, & poſt modum hæreſim ſimpliciter vel generaliter abiurauit.Si ex tūc in aliam ſpeciem hæreſis,ſiue ſectā, ac alio articulo ſeu ſacramēto cōmittat, volumus vt relapſu in hereſim iudicari.I lle ergo de cuius lapſu in hæreſim ante abiurationem conſtiterit,vel nunc conſtat,ſi poſt illam abiurationē receptat,hæreticos deducat, viſitet,ſiue aſſociet,ac dona vel munera eis donet,uel mittat,ſeu fauorem eis impendat,& infra merito debet iudicari relapſus,cum illum ex approbato a ſe prius errore non ſit dubiū illud feciſſe.Hæc ibi. Ex quibus uerbis apparet quod in tribus caſibus in genere ſuſpectus de hæreſi uehementer,poſtquam abiurauit pœna plectitur relapſorum. Primus eſt quando relabitur in eandem & priſtinā hæreſim,

de qua ſuſpectus fuerat uehementer. Secundus quādo hæreſim ſimpliciter uel generaliter abiurauit,& relabitur tamen in aliam hæreſim,eſto quod de ea antea nunquam ſuſpectus habitus fuerit,nec delatus. Tertius quando hæreticos receptat,& eos deducit,& fauorem impendit,& hic caſus complectitur multos caſus,& habet multos ſinus, ut patet in allegato.§.cum uero,in ca.accuſatus.frequentius repetito. Sed quæritur quid agendum ſi talis uehementer ſuſpectus ad mandatum ſui iudicis non conſenſerit continue abiurare,an tradēdus ſit ſeculari arbitrio poteſtatis animaduerſione debita puniendus,per ca.ad abolendam.§.in præſenti uero. Reſpondetur nequaquā, quia ca.illud & §.eius expreſſe loquitur non de ſuſpectisq́, ſed de manifeſtè deprehenſis in hæreſi,&c.& rigoroſus contra deprehenſus manifeſte,quam contra ſuſpectos tātum modo eſt agendum. Et ſi quæritur,qualiter ergo ſit procedendū cōtra talem. Reſpōdetur ꝙ procedet contra eū ꝑ ca.excom. 1.& per.§.qui uero ſola ſuſpicione,&c.ſuperius inſerto,& excōmunicabitur,in quā excōmunicatione ſi ꝑ annū ſteterit,eſt ut hæreticus cōdēnandus per alle.c. Quidam aūt ſuſpecti ſunt uiolēter,& ſunt illi q̧ talia uiolētia ꝑagūt,ꝙ ex illis oritur uiolētia ſuſpitio cōtra eos,talis eſt hæreticus habendus,& ſicut de deprehēſo in hæreſi eſt de eo per oīa iudicandum,per ca.excōmunicamus.i.extra.de hereſi.§.qui uero.& per ca.cum contumacia.& per cap.ut officium.lib.6.Nam uel fatentur crimen,uel non,ſi ſic, & uolunt redire,& hæreſim abiurare,& ad pœnitentiā recipiendi ſunt per c.ad abolendam,&,& per cap.excōmunic. 2.§.Si quod non conſenſerit abiurare,tradendi ſunt curię ſeculari animaduerſione debita puniēdi,per c.ad abolendam. §.1.allegatum.Si aūt non fatetur crimen poſtquā eſt conuictus,non conſenſit abiurare,eſt ut hæreticus impœnitens condemnandus,per c.ad abolendam. Violenta enim ſuſpitio ad cōdemnandum ſufficit,& probationem in contrariū non admittit,vt habetur extra de præſump. ca.literis & ca. afferre. Et cum hæc diſcuſſio locum habet in ſimplici hæreſi,abſque euidentia aut indicium facti, ſicut

cut etiam in ſexto modo ſentētiandi patebit, ubi quis ut hæreticus condemnatur, etiam ſi non ſit hæreticus in re, quãto mægis circa hęreſim maleficarum, ubi ſemper concurrit aut euidens factum, in pueris, hominibus, aut iumētis maleficiatis, aut inditium facti, puta per inſtrumenta reperta. Et licet in ſimplici hæreſi pœnitentes & abiurantes, ad pœnitentiam & ad perpetuos carceres recipiantur, ut tactum eſt. In hac tamen hæreſi licet eccleſiaſticus Iudex recipiat ut ſic ad pœnitentiam, ciuilis tamen propter forte facta circa damna temporalia, ultimo ſupplicio punire poteſt, nec eccleſiaſticus impediat, tamē relinquere poteſt.

Super primum modum ſententiandi.

QVAESTIO XX.

QVIA ergo delata perſona, uel reperitur immunis & abſoluenda totaliter, uel reperitur ſolum diffamata de hæreſi generaliter, uel reperitur ultra infamiam quæſtionibus & tormentis exponenda aliqualiter, uel reperitur ſuſpecta de hæreſi leuiter, uel reperitur ſuſpecta de hæreſi uiolenter, uel reperitur, diffamata de hæreſi, & ſuſpecta inſimul & communiter uel reperitur confeſſa hæreſim, & pœnitens, & nō relapſa ueraciter uel reperitur confeſſa hęreſim, & pœnitens, ſed relapſa probabiliter, uel reperitur confeſſa hæreſim, & impœnitens, ſed non relapſa realiter, uel reperitur confeſſa hæreſim & impœnitens, atque relapſa certitudinaliter, uel reperitur non confeſſa, ſe cōuicta de hæreſi legitimis teſtibus, & aliàs iudicialiter, uel reperitur conuicta de hæreſi, ſed fugitiua, uel abſens contumaciter, uel reperitur maleficia non inferendo, ſed tollendo per remedia illicita & incōgruenter, uel reperitur ut malefi cus ſagitta

ras coram nobis pronunciamus, declaramus. & ſentẽtia liter diffinimus, contra te nõ eſſe actum legitimè coram nobis, propter quod poſſis & debeas ut hæreticus aut maleficus, iudicari, nec ſuſpectus haberi aliqualiter de hæretica prauitate, quare a præſenti inſtantia, inquiſitione, & iudicio, totaliter te relaxamus. Lata fuit hæc ſententia, & cætera. Caueatur ut non ponatur in ſentẽtia quacunque ut delatus ſit inſons, uel immunis, ſed quod non fuit probatum legitime contra eum, quia ſi poſtmodum temporis proceſſu iterum deferatur, & legitime probatur, poteſt non obſtante prædicta abſolutoria ſententia condemnari. Nota etiam quod eiſdem modis abſoluendus eſt quis, quãdo eſt delatus de receptiõe, defenſatione, ſeu alia fautoria hæretice prauitatis, ubi nihil probatur legitime cõtra eũ. Seculares Iudex cõmiſſione epiſcopi modo ſuo iudicabit.

Super ſecundum modum ſententiandi delatam, & tantummodo diffamatam.

QVAESTIO XXI.

SEcundus modus ſententiandi eſt, quãdo delatus uel delata, proceſſus meritis diligẽter diſcuſſis, cum bono conſilio peritorũ, reperitur tantummodo de tali hæreſi diffamatus, in aliqua uilla, ciuitate, uel prouincia, & hoc eſt quãdo delatus talis nõ conuincitur, nec ꝓpria confeſſione, nec facti euidentia, nec teſtium productione legitima, nec ſunt quæcunque indicia alia probata cõtra eum, niſi præciſe ſola infamia, ita quod in ſpeciali nullum probatur maleficium perpetratum, quod quidem probare poteſt, ſuper uehementem aut uiolentam ſuſpitionem, quando uerba comminatoria ſuper læſionem inferẽdam, protuliſſet, dicendo in effectu uel in ſententia. In breui tu ſenties quæ tibi euenient, & poſt effectus aliquis fuiſſet

ſubſequutus in læſione corporum,aut iumẽtorum.Circa iſtum igitur contra quem nihil probatur niſi præciſe, infamia talis practica eſt ſeruanda. In tali enim caſu quia ſententia nõ poteſt pro delato ferri a bſoluendo eundem ſicut in primo modo tactum eſt, ſed contra indicẽdo ſibi canonicam purgationem, ideo epiſcopus ſeu eius officialis aut Iudex,aduertant primo quod in cauſa hæreſis non refert ſi aliquis ſit tãtummodo apud bonos & graues perſonas diffamatus,immo attenditur hic, quod etiam apud quoſcunque uiles,& ſimplices ſit diffamatus.Et ratio eſt, quia à quibus quis poteſt accuſari in crimine hæreſis, apud illos etiam poteſt quis infamari, ſed quilibet hæreticus poteſt à quibuſcunque perſonis accuſari, tum tãtum modo inimici capitales,ut ſupra patuit excipiuntur, ergo apud illos poteſt infamari.

Ferret ergo epiſcopus ſeu Iudex ſuper canonicam purgationem, ſententia per hunc modum, uel conſimilem.

NOS.N.miſeratione diuina, epiſcopus talis ciuitatis, aut Iudex talis dominij.Cõſiderantes quòd meritis proceſſus facti per nos contra te talem, talis diocœſis,nobis delatum de tali hęretica prauitate,diligenter diſcuſſus,& cætera. Non inuenimus te confeſſum,nec etiam conuictum de prædicta labe, nec aliàs ſuſpectum ad minus leuiter,niſi quod te reperimus legitima & ueraciter,in tali uilla,aut ciuitate,uel diocœſi, & apud bonos & malos publice diffamatum.Quapropter ad purgãdum hmõi infamiã,& ut bonus odor in cetu fideliũ exiſtas,tibi ĩdicimus canonicã purgationẽ, ut & iuris aſſignando tibi talẽ diem,talis menſis,& talẽ horam diei. In qua compareas perſonaliter corã nobis ut purges tuã infamiam tãta manu ordinis tui,qui quidem compurgatores ſint hoĩes fide catholici ac uita probati, & qui con-

uerſationem tuam ac uitam nouerunt, non tam moderno tempore quam tranſacto. Significantes quòd ſi in purgatione defeceris, te habebimus pro conuicto prout uolunt canonicè ſanctiones.

SIC autem conſiderandum eſt, quod quando aliquis reperitur legitime de aliqua hæreſi publicè diffamatus, & contra eum aliquid non probatur, niſi infamia ipſa ſola in dicitur ſibi canonica purgatio, hoc eſt, quòd habeat aliquos uiros. Septem, decem, uiginti, uel triginta, ſecundum ꝙ plus uel minus, & in locis plurimis uel paucioribus magis uel minus inſignibus, fuerit diffamatus, qui ſunt ſuæ cõditionis ſeu ordinis, ut ſi diffamatus religioſus & illi ſint religioſi, ſi clericus ſecularis & illi clerici ſeculares, ſiue militis, & illi milites qui purgãt eũ à crimine, de quo eſt diffamatus, qui cũ purgatores dicuntur eſſe homines fide catholici & uita probati, qui & illius conuerſationem & uitam non tam moderno tempore, quam antiquo nouerunt, ut habetur extra de pur. ca. inter ſollicit udines. Si autem ſe purgare noluerit excommunicetur, quam excõmunicationem ſi per annum ſuſtinuerit animo indurato, ex tũc ut hæreticus cõdẽnatur. Iuxta. c. excõicamus itaq;. §. qui autem. Si autem ſe purgare decreuerit, ſed in purgatione defecit, hoc eſt, ꝙ purgat ores tales & tantos, prout ei iniunctum fuit, qui eũ purgent non inuenerit, pro conuicto habetur, & ſic ut hæreticus condemnatur, ut habetur extra de hær. excommunicamus. 1. §. adiicimus & uer. qui non ſe. & de purga. ca. cum dilectus. Conſiderandũ autem eſt hic, ꝙ quando dicitur quod indicatur diffamato, quatenus purget ſe trina uel quarta manu ordinis ſui, ꝙ ordo ſumitur ibi in genere & non in ſpecie, unde ſi epiſcopus purgandus eſt, non negatur quin cum epiſcopis purgandus poſſit admitti. Abbates, & religioſi presbyteri, & in aliis pari forma de pur. c. Quotiẽs purgabit aũt ſe diffamatus per modũ qui ſequitur, ut colligitur extra. de pur. c. quotiens. §. porro. & c. accepimus. Quo ad ſecundum.

ADVENIENTE autem termino eidem diffamato ad ſe purgandum canonice aſſignato comparebit per-

ſonaliter purgandus,cum ſuis coniuratoribus coram epiſcopo inquiſitore,in loco ubi noſcitur infamatus, & ille qui diffamatus eſt ponens manuum ſuper librum Euangeliorum ante eum poſitū,dicet ſic.Ego iuro ſuper iſta quatuor Euangelia ſancta Dei,quod talem hæreſim exprimendo eam de qua ſum diffamatus nunquam tenui,nec credidi,nec docui,nec teneo,nec credo.Negabit.ſ.illud cum iuramento,de quo eſt diffamatus quicquid ſit illud.Quo facto omnes compurgatores ponent manum ſuper librum prædictum Euangeliorum.Et quilibet dicet ita.Et ego iuro ſuper iſta ſancta Dei Euangelia,quod credo ipſum uerum iuraſſe.Et tunc canonicæ eſt purgatus. Conſiderandum eſt etiam diffamatus de hęreſi,ibi ea purgandus, ubi noſcitur diffamatos,& ſi fuerit in multis locis infamatus, imponatur ſibi quod in omnibus illis fidem catholicam publice profiteatur,& deteſtetur hæreſim de qua noſcitur infamatus,de purga.c.inter ſollicitudines,nec contemnat qui canonicè ſede hæreſi purgauit,nam ſi poſt purgationē incidit in hęreſim iam purgatam pro lapſo habetur,& ut relapſus tradendus eſt curię ſeculari,Iuxta.ca excommunicamus.1.§.adiicimus.& uer.uel ſi eſt poſt purgationem, & ca.ad abolendam.§.illos quoque.ſecus autem ſi in aliā hęreſim incidit,de qua ſe ante non purgauit.Iuxta capitulum allegatum.

Super tertium modum ſententiandi diffamatam,& quæſtionibus,exponendam

QVAESTIO XXII.

TERTIVS modu proceſſum fidei finiendi, & terminādi eſt, qñ delatus de hæreſi proceſſus, meritis diligēter conſideratis, cū bono cōſilio peritorū reperitur uarius uel habēs inditia cōtra ſe ad quęſtiones ut. ſ. exponatur quæſtionibus & tormētis,ut ſi quęſtio-

quæſtionatus nihil conceſſerit pro immuni & innocente habeatur. Et hoc eſt quando delatus non eſt deprehenſus, nec propria confeſſione, nec etiam facti euidentia, nec teſtium legitima productione, nec ſunt indicia ad talem ſuſpitionem, ut habeat hęreſim abiurare. Eſt tamen in ſuis confeſſionibus uarius. Vel alias ſunt inditia ſufficientia ad quæſtiones & tormenta. Circa iſtum talis practica eſt ſeruanda. In tali autem caſu quia ſententia interlocutoria eſt contra delatū ferenda & non pro eo Ideo per inquiſitorē coniunctim & non diuiſim eſt ferenda iuxta c. multorum. In primis ſi talis ſteterit in negatiuis firmiter & nullatenus licet inductus, per probos uiros fateri uoluerit ueritatem feretur ſententia quæ uidetur ſapere uim diffinitiuę ſententiæ per modum tenoris ſequentis.

NOS. N. miſeratione diuina epiſcopus talis ciuitatis, aut iudex in terris ditioni talis domini ſubiectis. Attendentes meritis proceſſus facti per nos contra te talem, talis loci, talis diocœſis, & diligenter examinatis, quod tu es uarius in tuis confeſſionibus, & nihil ominus ſunt indicia multa quæ ſunt ſufficientia ad te exponendum quæſtionibus & tormentis. Ea propter ut ueritas ab ore tuo proprio habeatur, & ut deinceps aures Iudicum non offendas interloquendo, declaramus; iudicamus, & ſententiamus die præſenti, & hora tali, te ſupponendum quęſtionibus & tormentis, lata fuit hæc ſententia. Si uero quæſtionandus reperiatur, uarius & inſimul ſint indicia alia ad quæſtiones ſufficientia, ponetur utrunque in ſententia, ut in prędicta poſitum eſt, ſi autē hæc duo non concurrant, ſed unum tantum, utpote uarietates, ſcilicet, ne aliis indiciis uel alia indicia ſine uarietate ponetur in ſententia, ut inuenitur, ſententia autē lata mox exequatur, uel exequi ſimuletur. Non ſit tamen Iudex multum uoluntarius ad quæſtionandum aliquem, nam quæſtiones & tormenta non inferuntur niſi in defectu aliarum probationum. Et ideo perquirat alias probationes, quod ſi nō inuenerit, & tenet probabiliter quod delatus eſt culpabilis, ſed metu negat ueritatem bonis

modis,& quandoque cautelofis interdum adhibitis, eius amicis inducentibus ad ueritatem dicendam,faciat ſuam diligentiam,ut ab ore eius habeat ueritatem, & negociũ non feſtinet,nam meditatio frequens & carceris calamitas,ac replicata informatio proborum uirorum diſponũt ad ueritatem erudiendam. Quod ſi delato conuenienter expectato & tẽpore congruẽter prorogato,ac delato multipliciter informato.Credant fide bona epiſcopus & Iudex omnibus conſideratis ipſum delatum negare ueritatem,quæſtionent eum moderate, ſine tamen effuſionem ſanguinis,ſcientes quod quęſtiones ſunt fallaces & ineffi caces.Nam aliqui ſunt ita molles corde,& uecordes,ꝙ ad leuem torturam oĩa cõcederent quęcunque falſa.Aliqui autem ſunt ita pertinaces,ꝙ quantumcunq; uexarẽtur,ab eis ueritas non haberetur. Aliqui ſunt qui fuerunt alias quęſtionati,& iſtorum aliqui melius ſuſtinẽt quæſtiones, quia brachia ſtatim trahuntur, & ſectuntur aliqui autem remanent debiliores, & ſic minus ſuſtinent quæſtiones, aliqui etiã ſunt maleficiati,& in quæſtionibus maleficiis utuntur,qui ante morerẽtur q̃ aliquid faterentur,efficiuntur enim quaſi inſenſibiles.Quare in quæſtionibus cũ maxima prudentia eſt agendum,& ad conditionẽ quæſtionãdi quam plurimũ attendendum.Cum aũt lata fuerit,mox miniſtri ſe diſponant ad quæſtionandum delatum.Et cum diſponunt ſe epiſcopus aut Iudex,& per ſe & per alios bonos uiros fidei zelatores inducãt quæſtionandã ad fatendum libere etiã cõpromittendo ad conſeruationem uitę ſi opus ſit,ut ſupra tactum eſt. Quod ſi nec ſic poterit ad terrorem,uel etiã ad ueritatem fatendam induci, poterit ſecundum diem uel tertium aſſignare, ad continuandum tormenta,ad continuandũ,quia iterari nõ debent niſi nouis ſuperuenientibus indiciis cõtra eum, & tunc poſſunt, ſed continuari nõ prohibetur,dicetur ergo ſic, Et nos.N. epiſcopus & N.Iudex ſit adhæſit præfati aſſignamus tibi tali diẽ talem,ad quæſtiones continuandum,ut à tuo ore proprio ueritas eruatur,& totum ponatur in proceſſu, & infra tempus eidem aſſignatum,& per ſe & per alios pro-

bos

bos uiros,inducent eum ad fatendum ueritatem.Quod ſi fateri noluerit,die aſſignata poterunt quæſtiones continuari,& ſic quæſtionetur eiſdem uel aliis grauioribus tormentis,fortius,uel leuius,ſecundum maiorem culparum grauitatẽ,& poterunt Iudices multas cautelas licitas adhibere,& in uerbis & in factis, ut ueritas habeatur, quas magis docet experientia atque uſus,& negociorum uarietas,q̃ ars alicuius,ſeu aliqua doctrina.Vbi aũt decẽter quęſtionatus,& tormentis expoſitus,noluerit detegere ueritatem, amplius non uexetur,ſed liberare abire dimittatur Si autem perſtiterit in ipſa confeſſione,& proderit ueritatem,culpam propriam cognoſcendo,& ab eccleſia ueniã poſtulando, tanquam depræhenſus in hæreſim, propria confeſſione,ſed pœnitens, iuxta.c. ad abolendam.§.præſenti. abiuret, & ſententialiter ut deprehenſus publicè condemnetur, per modum quo condemnantur in hæreſim deprehenſi, propria confeſſione, ut dicetur infra in octauo modo expediendi huiuſmodi deprehenſos, uideatur ibi.Vbi uero ueritatem proderit,& nõ pœnitueret,ſed in hæreſi pertinaciter perſtiterit,& relapſus nõ fuerit cõdemnabitur,iuxta c.ad abolen.§.præſenti.& expectatus cõpetenter,informatus decẽter tradetur brachio ſeculari, ultimo ſupplicio feriẽdus,ut dicitur infra in x.modo.Si autẽ relapſus fuerit,condẽnabitur per modũ quo dicetur infra in x.modo proceſſum aliquem terminandi.Videatur ibi.

SIC autem eſt diligentius attendendum, quod ille qui quæſtionandus eſt ante quæſtiones interdum contra ſe nihil cõfitetur,nec aliquid probatur propter quod poſſit nec debeat hæreſim abiurare,nec propter hæreſim condenari, & de talibus agitur hic, & dictum eſt ſtatim. Interdum autem ipſe delatus eſt in hęreſi deprehenſus, uel alias ſunt alia eum contra probatam indicia, propter quæ debet abiurare,ut leuiter uel uehementer de hæreſi ſuſpectus,propter quæ non eſt quæſtionandus,ſed ſi ultra hoc negat aliqua quæ nõ probantur, ſed ſunt iudicia ſufficientia ad quæſtiones,& eum pro talibus quæſtionatur, ſed nihil propter quæſtiones confiteatur,nihilominus iſta

prædicat & obſeruat. Item iuro me credere corde, & profiteor, ore ꝙ Dñs IESVS Chriſtus cũ omnibus ſanctis deteſtatur hæreſim peſſimũ maleficarum, & ꝙ oẽs illam aſſequentes, ſeu illi adhærentes, ęternis ignibus cruciabuntur cũ diabolo & angelis eius æternaliter, niſi reſipiſcant, & eccleſiæ ſanctæ per pœnitentiã reconciliari fuerint, & cõſequenter abiuro, abnego, & reuoco illam hæreſim, de qua haberis me ſuſpectã uos domini, epiſcopus & officialis, uidelicet ꝙ familiaritatem cum maleficis habui, eorum errorem ignoranter defendi, odio habui inquiſitores, & illarũ perſecutores ſeu etiam ꝙ eorum crimina non detexi. Itẽ iuro ꝙ nũquam prędictã hæreſim credidi, neq; credo, nec illi adhęſi, nec adhęreo, nec unquã credã, neq; hęrebo, nec illam docui, nec docere intendo, ꝙ ſi aliquid prędictorũ fecerim in futurũ, (ꝙ Deus auertat) pœnis Iuris taliter abiuratis, prompto animo me ſubmitto paratus ſubire oẽm pœnitentiam, quã pro iis quæ feci, & dixi merito me haberis ſuſpectũ, uolueritis mihi iniungere, illam iuro pro uiribus adimplere, ut nullatenus contrauenire, ſicut me Deus adiuuet, & hæc euangelia ſacroſancta. Prædicta aũt abiuratio fiat, in uulgari, ut ab omnib⁹ intelligatur. Qua facta, Iudex ſi adeſt aut officialis, poteſt ſibi dicere publice in uulgari talia uerba, uel ſimilia in effectu, fili, uel filia tu ſuſpitionem quã de te habebamus, ut nõ immerito abiuraſti, & purgaſti per abiurationem prælibatam, de cætero caueas tibi, ꝙ nõ incidas in hanc hæreſim abiuratã. Nam tanquã ſuſpectus leuiter, & non uehementer, tamen tunc multo fortius punieris ꝙ̃ ſi non abiuraſſes, & amodo pro modico, haberis ſuſpecta uehementer, & ubi ut talis abiurares, & prolaberis, pęna relapſi debita punieris & abſque miſericordia traderis curiæ ſeculari ultio ſupplicio feriẽda. Si aũt abiurat ſecrete in camera epiſcopi, uel camera Iudicis, quãdo ſcilicet nõ eſt factũ publicũ, modũ cõſimilĩ abiurabit. Quibus peractis, feretur ſentẽtia in hũc modũ.

NOS miſeratione diuina, epiſcopus talis ciuitatis, aut Iudex ſi adeſt, in terris talis domini ditionis ſubiectis, Attendentes quod uiſis & diligenter cõſideratis præ-

ceſſus meritis per nos facti contra te talem delatum no‑bis de hæretica prauitate, reperimus de talia & talia com miſiſſe dicantur illa quæ te reddunt ſuſpectum leuiter de hæreſi, & propter quæ te talem merito habentes, te feci‑mus ut leuiter ſuſpectum de præpicta labe, eandem hære‑ſim abiurare. Verum ne prædicta parte commiſſa rema‑neant impunita, & ut efficiatis cautior in futurũ, de mul‑torũ & magnorum conſilio, in Iure peritorum, ac etiã re ligioſorũ in & ſuper his habito maturo pariter & dige‑ſto, habentes præ oculis ſolũ Deum, ac irrefragabilẽ ſan‑ctæ fidei catholicæ ueritatem, ſacroſanctis euãgelijs poſi‑tis corã nobis, ut de uultu Dei iudiciũ noſtrũ prodeat, & oculi noſtri uideant æquitatem ſedentesq; pro tribunali, more iudiciũ iudicãtium, te talem hic in noſtra pręſentia perſonaliter cõſtitutũ, per modũ qui ſequitur condemnã mus, ſentẽtiamus, ſeu potius pœnitentiam ſcilicet ne de cætero nunqua ſciẽter teneas, aſſocies, uerbis defendas, le gat, ſeu habeas talẽ, & ne deinceps &c. Ponantur illa quæ co miſit, propter quæ ſuſpecta fuit habita de prædicta hæ‑retica prauitatis. Lata fuit hæc ſentẽtia ſeu pęnitentia. Ca ueatq; notarius ꝙ in proceſſu ponat ꝙ talis abiuratio eſt facta tanquã per ſuſpectum habitum de hæreſi leuiter, & non uehementer, alias periculum magnum eſſe poſſet.

Super quintum modum ſententiandi. ſuſpectam uehementer.

QVAESTIO XXIIII.

QVINTVS modus proceſſum fidei finiendi & terminandi, eſt quando delata de hęre ſi proceſſus meritis diligenter diſcuſſis, cum bono conſilio in iure peritorũ reperi tur, ſuſpecta de hæreſis, uehemẽter, & hoc eſt, quando delata de hæretica prauitate non reperitur, legitime deprehenſa, nec confeſſione propria nec facti euidentia, nec teſtium productione le‑gitima, ſed ſunt magna & grauia probata indicia contra

cam,

eam,& talia per conſilium indicata,quæ illam reddunt ſu ſpecta uehementer de prædicta hęretica prauitate. Circa iſtum talis practica eſt ſeruanda.Talis namq; debet ut ſuſpectus uehemenrer de tali hæreſi abiurare illã hæreticã prauitatem,ita ꝙ poſtmodũ relebatur, pœna relapſi debita puniaẽ,hoc eſt,ꝙ tradatur brachio ſeculari ultimoſupplicio ferienda.iuxta.ca.accuſatus.in prin.de hæreſi.lib.6. & abiurabit publice uel ſecrete , ſecũdum ꝙ ſuſpectus eſt habitus publice uel ſecretè, & apud plures uel pauciores, & graues uel leues,ut dictum eſt ſtatim de illo qui eſt ſuſpectus leuiter de hæreſi,& habet ut talem hæreſim abiurare.Modus aũt diſponẽdi ad abiurationem talis eſt. Adueniente namq; die dominica ad abiurationem faciendã, & ad audiendã ſententiam ſeu pœnitentiam abiurãdo imponenda,prædicator ſermonem faciet generalem.Quo facto,legãtur publicè per notariũ uel clericũ , ea de quibus ipſe adiurandus eſt cõuictus,& alia ex quibus habitus eſt ſuſpectus de hæreſi uehementer.Poſt dicetur ſibi per Iudicem,uel officialem.Ecce,ꝙ ex hic recitatis tu es nobis ſuſpectus de tali hæreſi uehemẽter, quare oportet ꝙ tu purges te,& abiures hæreſim ſupra dictã,& tunc ponetur coram abiurando liber euangeliorũ, & ipſe ponet manum ſuper illum,& ſi ſcit legere competenter, tradetur ſibi ſequens abiuratio inſcriptis,& leget coram omni populo . Si aũt neſciat legere competenter , notarius legat ea ſpacioſe,& abiurandus reſpondebit alta & intelligibili uoce per hunc modũ,nam notarius uel clericus dicet ſic. Ego talis de tali loco,& iſte reſpondebit per eadem uerba , & ille in iudicio conſtitutus eſt iſte reſpondebit per eadẽuerba , in uulgari ſemper. Et ſic quoſq; abiuratio ſit finita , & abiurauit per formam tenoris ſequentis . Ego talis de tali loco,talis diœceſis,in iudicio perſonaliter cõſtitutus corã uobis reuerendis dñis,epiſcopo talis ciuitatis, & tali Iudice in terris ditioni talis dñi ſubiectis, ſacroſanctis euangeliis poſitis coram me,propriis manibus per me tactis.Iuro me credere corde, & profiteor ore illam ſanctã fidem catholicam & apoſtolicã,quam ſacroſancta.Roma-

ecclefia

eccleſia docet,profitetur prędicat & tenet. Item iuro me credere corde,& profiteor ore,quod &c.Explicetur articulus catholicus contrarius illi hęreſi de qua uehemẽter eſt ſuſpectus,& uerbi gratia,ſi eſt hæreſi maleficarum dicetur ſic:Iuro me credere ꝙ nõ ſolum ſimplices hæretici aut ſciſmatici, ęternis ignibus cruciabuntur, uerũ ſuper oẽs hæreſim maleficarum infecti,dæmonijs fidẽ quã in ſacro fonte baptiſmatis perceperunt abnegantes,& ſpurcitiis diabolicis pro implendis eorum prauis deſideriis inſiſtunt,hominibus,iumentis,terræ frugibus,plurima nocumenta inferentes,& cõſequenter abiuro,abnego,& reuoco,illam hæreſim, ſeu potius infidelitatem, quę falſe & mendaciter aſſerit,non aliquam maleficã in terris,& ꝙ nemo credere debeat illas poſſe nocumenta inferre auxilio dæmonũ,cum talis infidelitas expreſſe militat ut iam cognoſco,aduerſus determinationem ſanctæ matris eccleſiæ oĩm catholicorum doctorum,imo & aduerſus leges Imperiales,quę huiuſmodi comburendas decreuerunt. Item iuro ꝙ nuquam prędictæ hæreſi credidi, ſupple pertinaciter,neq; credam,nec adhæreo de pręſenti,nec adhærere intendo nec docui,nec docere intendo,nec docebo. Item iuro & promitto,ꝙ talia & talia exprimantur , propter quæ habetis me ſuſpectũ de huiuſmodi hæreſi uehemẽter nunquam faciã,nec operam,ut fiant dabo.Quod ſi aliquid de prædictis fecero in futurum(quod Deus auertat)pœnis de iure relapſis debitis,prompto,animo me ſubmitto, paratus ſubire omnem pœnitentiã,quare pro his quę feci & dixi,propter quę habetis me ſuſpectũ de dicta hęreſi uehemẽter decreueritis mihi iniungere,& illã iuro ,& promitto pro uiribus adimplere,& nullatenus contraire , ſic me Deus adiuuet,& hæc euangelia ſacroſancta , Prædicta autem abiuratio fiat in uulgari , ut ab omnibus capiatur, niſi fieret ſolummodo corã perſonis eccleſiaſticis,qui linguam latinam intelligerent competenter.Si aũt abiurauerit ſecrete,ſcilicet in palatio epiſcopi,uel camera epiſcopi quando ſcilicet factum non eſt publicum,modo cõſimili abiurabit.Facta aũt prædicta abiuratione , iudex auiſabit

cum

eũ ut ſupra ꝙ non incidat relabendo in pœnã relapſorũ. Si cautus notarius, quod ponat in actis qũo talis abiuratio facta eſt per talẽ, ut per ſuſpectũ de hæreſi nehementer, ad hoc ut ſi relaberetur qualiter puniretur, quis pęna relapſis debita. Quibus peractis, fertur ſnĩa, ſeu pœnitẽtia in hunc mundũ. Nos. N. epiſcopus talis ciuitatis, & frater ſi adſit. N. Inquiſitor hæreticæ prauitatis, in terris talisdñi ditioni ſubiectis, a ſcã ſede apoſtolica ſpecialiter delegatus, attendentes ꝙ tu talis de tali loco, & talis diocœſis, talia & talia commiſiſti, (dicantur illa,) ut ex proceſſus meritis diligenter diſcuſſis legitime nobis conſtat, propter quæ merito habemus te ſuſpectum uehementer de tali hæretica prauitate, & ut taliter ſuſpectum te fecimus abiurare, de magno conſilio in iure peritorum, iuſtitia ſuadente, uerum ut efficiaris cautior in futurũ, & ne reddaris procliuior ad ſimilia peragenda, & ne crimina permaneant impunita, ut ſis cæteris delinquentibus in exemplum, de multorum & magnorum in iure conſilio peritorum, ac etiam in facultate theologica magiſtrorum, ſeu doctorum, & inſuper his habito maturo & digeſto, habentes prę oculis ſolum Deum, ac ſanctæ fidei catholicæ, & apoſtolicæ ueritatem, ſacroſanctis euãgeliis poſitis coram nobis, ut de uultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri uideant æquitatem, ſedentesq́; pro tribunali, more Iudicum iudicãtium, te talem hic in noſtra præſentia perſonaliter conſtitutum, forma qua ſequitur cõdemnamus, ſeu potius pœnitentiamus, uidelicet ne deinceps talia uel talia facere, uel dicere, aut docere præſumas, ponantur illa quæ conuincitur commiſiſſe, propter quæ fuit ſuſpectus habitus de prędicta hæreſi uehemẽter, & nonnulla quæ ſi cõmitteret, incideret leuiter in relapſum, ſed alia ſibi imponantur prout negocii uarietas expoſtulat & requirit, utpote quod nunquam ſcienter habeat talia exercitia, uel ne eos quod ſciuerit abiuraſſe, receptet & ſimilia. Lata fuit hæc ſententia. Attendendum autem quod ſuſpecti de hæreſi, & non deprehenſi, ſiue ſint ſuſpecti uehementer, ſiue leuiter, non debent perpetuo incarcerari,

nec perpetuo immutari, quia hæc eſt pœna illorum qui fuerunt hæretici,& poſtea pœnituerunt, ut patet in c.excommunicamus.2.de hære.& in cap.quoniam de hære. lib.6.ſed poſſunt propter illa quæ commiſerunt, ex quib. habiti ſunt ſuſpecti,ad certum tempus carceri mancipati, & poſtmodum ut uedebitur diſpenſari,iuxta cap.ut commiſ. de here.lib.6.Nec huiuſmodi ſuſpecti ſunt crucibus conſignandi, nam cruces ſunt inſignia heretici pœnitentis,ſuſpecti autem non fuerunt heretici habiti,quare non ſunt cõſignandi, poteſt tamen eis imponi quod ſtent certis,diebus ſolennibus,in ualuis talium eccleſiarum,uel circa altaria dum miſſarum ſolemnia celebrantur,habentes in manibus cereum ardẽtem tanti ponderis, uel quod uadant ad talem peregrinationem, & ſimilia, prout negotii qualitas expedit & requirit.

Super ſextum modum ſententiandi delatatam uiolenter ſuſpectam.

QVAESTIO XXV.

Sextus modus proceſſus fidei terminandi, eſt quando delatus de hæretica prauitate, proceſſus meritis diligenter diſcuſſis, cum bono conſilio in iure peritorum, reperitur de hæreſi ſuſpectus uehementer. Et hoc eſt quando delatus ipſe nõ reperitur legitime deprehenſus confeſſione propria,nec facti euidentia, nec teſtiũ productione legitima, ſed sũt indicia nõ leuia ſolum uel uehementia,ſed fortiſſima, & uiolentiſſima, quando ipſum delatum redeunt merito ſuſpectum de dicta hæreſi uiolenter, & propter quæ talis debet ut ſuſpectus uolenter de dicta hæreſi iudicari,Et ut modus iſte clarius intelligatᵉ demus exempla tam de ſimplici hæreſi in fide, quã & de hæreſi maleficarum.Nam ĩ ſimplici hæreſi caſus cõtingeret quando delatus ipſe non reperitur legitimè deprehen-

prehenſus,confeſſione propria,&c. ut ſupra, tamen propter aliquid quod dixit uel egit,utpote in hoc cauſa fidei ſuſtinuit excommunicationem per annum,uel plus, talis eſt iam ſuſpectus leuiter de hæreſi,quia hoc nõ caret ſcrupulo hæreticæ prauitatis,de pœnis.cap.grauem. Citatus autem reſponſurus de fide,ubi non comparet, ſed tenuit contumaciter comparere, propter quod excommunicatur,tunc fit ſuſpectus de hæreſi uehementer,nam tunc leuis ſuſpitio tranſit in uehementem,& ſi ſuſtinet illam excommunicationem per annum animo pertinaci, tunc fit ſuſpectus de hæreſi uiolenter, nam & tunc uehemens ſuſpicio tranſit in uiolentam, contra quam non admittitur defenſio,immo ex tunc talis eſt ut hæreticus condemnandus,ut patet per cap.cum contumacia,& notatur ibidem.li.6.In hereſi uero maleficarum exemplificatur ſuper uiolentã ſuſpitionem,quãdo dixit & egit aliqua quæ a maleficis practicantur,quando uolunt aliquem maleficiare,& quia hoc commune eſt,ut uerbis comminatoriis, aut factis per uiſum,uel tactum ſe habeant manifeſtare, & triplici ex cauſa,ut peccatum a Iudicibus aggrauetur. & ut ſimplices eo facilius ſeducantur, & ut Deus per amplius offendatur,& maior ſæuiendi in homines ſibi facultas relinquatur,unde uiolenter malefica fit ſuſpecta,quãdo poſt uerba comminatoria dicendo, Faciam tibi quod in breui ſenties,uel ſimilia in ſententia,& poſt uerba, effectus aliquis in ipſo,uel in alio fuit ſubſecutus, tũc enim non leuiter fit ſuſpecta,ſicut q propter familiaritatem habitam cum maleficis fuerunt ſuſpecti, aut qui procare ad amorem inordinatum aliquem uoluiſſent, uide ſupra de tribus ſuſpitionibus,leui,uehementi,& uiolenta.Nunc uidendum eſt qualis practica ſit cum talibus ſeruanda, nam circa uiolenter ſuſpectum in ſimplici hæreſi hæc practica ſeruatur.Nam licet in re fortaſſis non ſit hæreticus, utpote quia non habet errorem in mente, nec de illo pertinaciam in uoluntate,ut notat Archid.ſuper cap.alle.nihilominus eſt ut hæreticus condemnandus, propter prædictã ſuſpitionem uiolentam, contra quam non eſt probatio

admit-

admittenda. Condemnatur autem hæreticus ſic quod ſi uoluit reſilire, & hæreſim abiurare, & ſatisfactionem condignam exhibere, traditus brachio ſeculari animaduerſione debita puniendus, iuxta cap. ad abolendam. §. pręſenti. Si autem uelit & conſentiat cum effectu, abiurat hęreſim, & carceri perpetuo mancipatur, iuxta cap. excommunicamus. 2. de hær. Pari forma ille qui ſic eſt ſuſpectus de hæreſi maleficarũ uiolẽter. Circa ſuſpectũ aũt uiolenter ſuper hæreſim maleficarum, licet idem modus eſſet obſeruandus, tamen minori modo procedendo. Aduertendum ꝙ ſi ſtabit in negatiua, aſſerẽs prout facere ſolent, ꝙ non ea intentione uerba illa protulerit, ſed ex uehementi & muliebri paſſione, unde & Iudici non uidetur ipſam igni poſſe adiudicare, non obſtante uiolenta ſuſpitione, tunc iudex ea in carceribus detenta, inquirat & proclamare faciat, ſi ĩ ſimilibus dudum notata fuiſſet, & ſi ſic utrũ publice ſit de tali hæreſi diffamata, ex quibus ꝓcedere ad ulteriora poteſt, taliter ut ante omnia quæſtionibus tormentis exponatur, & ſi indicia apparuerint ſuper talem hęreſim, aut ſuper maleficium taciturnitatis, puta quia lacrymas non effudit, imo & quaſi inſenſibilis ad tormẽta reperitur, quia uidelicet cito poſt tormenta omnibus uiribus reſtituitur, tunc procedat per uarias cautelas ſupra poſitas, ubi de ſimilibus agitur. Et in caſu quo omnia deficerent, tunc aduertatur quod ſi ſimilia dudũ perpetrauit, tunc omnino nõ eſt dimittenda ſed per annum ad minus ſqualoribus carceris mancipanda & crucianda, ſępiſſimè etiam examinanda, pręcipue ſacratioribus diebus. Si aũt diffamata cũ hoc licet tunc iudex per ea quę ſupra tacta ſunt, circa ſimplicẽ hęreſim, ipſam poſſet igni adiudicare, præcipue propter multiplicationem teſtiũ, & quia ſępius in ſimilibus, uel in alijs maleficijs fuit notata, tamẽ quia cum pietate procedere uult, ideo iudicet ei canonicã purgationem, ut uidelicet uiginti, aut triginta purgatores habeat, & procedat prout in ſecundo modo ſententiandi tactum, eſt, ita uidelicet indicando ſibi quod ſi in purgatione defecerit, quod tunc tanquam rea igni adiudicabitur,

&

& ſecundum hoc iudex procedere poteſt. In caſu uero quo ſe purgaret, tunc abiurationem omnis hæreſis, cum pęna relapſorũ,ac perpetua pœnitẽtia,ꝑ modũ qui ſequit̃ in ſnía formãda faciat, & modus diſponẽdi ad abiurationẽ,talis eſt,ut dictũ eſt in quarto,& quinto,modis præcedentibus proceſſum fidei terminãdi. Nota ẽt qđ in ſequẽtibus modis oĩbus ſententiandi, ubi iudices ꝑ uiã pietatis procedere uellent,tũc ꝑ modũ iam tactũ procedere poſſent.Sed quia ſeculares iudices uariis ſuis utuntur modis, iuxta rigorẽ,& nõ ſemper iuxta æquitatẽ procedẽtes,ideo ipſis infallibilis regula & modus aſſignari nõ põt,ſicut iudici eccleſiaſtico,q̃ abiurationẽ recipere põt ſub perpetua pœnitentia,ꝑ modũ qui ſequit̃.Ego talis,de tali loco,talis diocœſis,in iudicio perſonaliter cõſtitutus corã uobis uenerabilibus dominis,ẽpo talis ciuitatis,& iudicibus,ſacro ſanctis euangeliis poſitis corã me,eiſq; propriis manibus ꝑ me corporaliter tactis,iuro me credere corde, & profiteor ore,illã ſanctã fidẽ catholicã & apoſtolicã,quã ſacro ſancta Rom.eccleſia tenet,profitetur,credit,prędicat atq; docet.Et conſequenter abiuro oẽm hæreſim,& abnego & reuoco oẽm extollentem ſe aduerſus ſanctã Romanam & apoſtolicam eccleſiã,cuiuſcunq; ſectæ fuerit, uel erroris. Item iuro & promitto talia & talia, (exprimantur illa,) quæ egi,ſeu dixi,propter quæ & ex culpa mea habetis me ſuſpectum de dicta hæreſi uiolenter,deinceps nunquam faciam,uel dicam,uel quod fiant operam dabo.Item, iuro, & promitto, quod omnem pœnitentiam quam mihi iniungere uolueritis, pro prædictis uiribus adimplebo, nec cõtraueniam in aliquo ſic me Deus adiuuet, & iſta ſacro ſancta euãgelia.Qđ ſi cõtra abiurata fecero in futurũ,(qđ Deus auertat)ex tũc pœnis de iure relapſis debitis,nũc pro tũc obligo & aſtringo quatenus illis ferior.Si cautus notarius qđ ſcribat ĩ actis ꝙ d.abiuratio eſt facta ꝑ unũ de hæreſi uiolẽter ſuſpectũ,ut ſi ꝓbaretur poſt relapſus,ut tunc talis iudicaret̃ talis,& traderet̃ brachio ſeculari. Ego talis de tali loco,talis diocęſis,ĩ iudicio ꝑſonaliter cõſtitutus corã uobis uenerabilib.dñis.N.epiſcopo talis ciuitatis, iudi-

cibus in terris tali domini, ſacroſanctis euangeliis poſitis coram me,eisq; propriis manibus per me corporaliter tactis,iuro me credere corde, & profiteor ore illam ſanctā fidem catholicam,& apoſtolicam, quam ſacroſancta Romana eccleſia tenet,profitetur,credit, prædicat atque docet.Et conſequenter abiuro, abnego & reuoco omnē hæreſim,extollentem ſe aduerſus ſanctam Romanam, & apoſtolicam eccleſiā,cuiuſcunque ſectæ fuerit,uel erroris. Item iuro & promitto talia & talia, (exprimantur illa,) quæ egi,ſeu dixi,propter quæ & ex culpa mea habetis me ſuſpectum de dicta hæreſi uiolenter, deinceps nunquam faciam,uel docebo,nec quod fiant operam dabo. Item iuro & promitto,quod omnem pœnitentiam quā mihi iniungere uolueritis pro prædictis,pro uiribus adimplebo. nec contrauenia nt in aliquo, ſic Deus me adiuuet,& iſta ſacroſancta euangelia.Quod ſi contra abiurata,uel iurata fecero in futurum,diabolo inſtigāte, quod Deus auertat, pœnis de iure relapſis debitis,nūc pro tunc me obligo & aſtringo,quatenus illis ferior,cum legitime cōſtiterit me contra feciſſe.Sit cautus notarius quod adſcribat in actis, quod dicta abiuratio eſt facta per talem,tāquam per habitum ſuſpectum de hæreſi uiolenter,ut ſi probaretur,abiuratus relapſus iudicaretur, & ut talis traderetur brachio ſeculari,

QVIBVS ſic actis abſoluat eum a ſententia excommunicationis,de qua eſt ſuſpectus habitus uiolēter,quod inciderit ſicut in hæreſibus ſupra dictis, unde ſicut hæreticus cum rediit & abiurat,eſt à ſententia excōmunicationis abſoluendus,quia omnibus omnis hæreticus eſt excōmunicatus,iuxta ca.excom.1.& 2.de hære.& etiam iuxta cap.ad abolēdam.in prin. Sic talis de quo agitur cū ſit ut hæreticus condemnādus, ut dictum eſt prius poſtquam abiurauerit,eſt ab excommunicationis ſententia abſoluendus,& abſolutione facta, feretur ſententia per modū tenoris ſequentis.

N O S. N.epiſcopus talis ciuitatis,& ſi adeſt, Iudex in terris talis Domini, attēdentes quod tu talis de tali loco

talis

talis diocœſis fuiſti uobis delatus de talibus & talibus, ſi dem ſanctam tangentibus, exprimantur illa, & quod nos proceſſimus ad informandum, nos ſuper illis ut iuſtitia ſuadebat, & meritis proceſſus diligenter examinatis, & omnibus actis & actitatis in cauſa præſenti, inuenimus te talia & talia commiſiſſe, explicentur illa. Quapropter & non immerito de tali hæreſi, explicētur illa, te ſuſpectū uiolenter habentes, fecimus te, ut taliter ſuſpectum omnē hæreſim generaliter publice abiurare, prout nobis mandant canonicæ ſanctiones. Sane eſt ſecundum eadē canonica inſtituta, omnis talis, ſicut hæreticus condēnandus, & tu ſaniori conſilio inhærendo, & ad gremiū ſanctæ matris eccleſiæ redeūdo, abiuraueris ut præmittitur oēm hæreticam prauitatem, propter quod abſoluimus te a ſententia excōmunicationis, qua ut obnoxius Dei eccleſiæ aſtrictus merito tenebaris, Si tamen de corde uero, & fide nō ficta, ac uerſus ad eccleſię unitatē, idcirco inter pœnitētes deinceps cōputaris, ad miſericordiæ ſinū ſacroſancta eccleſia, te recipiens de pręſenti. Verū quia indignū ualde exiſtit, offenſas diuinas impunitas cōniuentibus oculis pertranſire, & iniurias hominū caſtigare, cū grauius ſit diuinā quā humanā lædere maieſtatem, & ne tua crimina incentium exiſtāt aliis delinquēdi, & ut efficiaris cautior in futurū, ac minus procliuus reddaris in poſterū ad pręd icta ſeu ſimilia cōmittenda, ut in futuro ſeculo leuius patiatis. Nos epiſcopus & Iudex præfatus, præhabito in & ſuper iis ſano & maturo conſilio peritorū, ſedentes pro tribūnali more Iudicū iudicātium, habentes præ oculis ſolū Deum, & ſanctæ fidei irrefragabilem, ueritatem, ſacroſanctis euangeliis poſitis coram nobis, ut de uultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri uideant æquitatem, te talē, in noſtra præſentia perſonaliter conſtitutū, hac die & hora, tibi in antea aſsignatis, ſententialiter per modū qui ſequitur condemnamus, ſeu potius pœnitentiamus. In primis ꝙ ſtatim induaris ſuper ueſtes oēs quas defers, ueſte liuida, ad modū ſcapularis monachi, ſine caputio facta ante & retro, habēte cruces de panno croceo, longitudinis pal-

marũ trium,& latitudinis duorũ, quã ueſtem deferre habeas ſuper oẽs ueſtes alias,per tantũ tempus exprimatur unius anni uel duorum,uel plus, ad minus prout culpa exigerit delinquentis, & nihilominus cũ dicta ueſte & crucibus,ſtet in porta talis eccleſiæ,talis & tanto tempore,ſcilicet,in quatuor feſtis principalibus uirginis glorioſæ, uel talibus & talibus ciuitatibus, in ualuis talis & taliũ eccleſiarũ teq; ad talem carcerem, ad perpetuũ uel ad tale tempus,ſententialiter condemnamus.Ponantur illa quæ uidebuntur magis ad honorem fidei expedire,attẽta culpæ maioritate,ſeu minoritate,ſeu contumacia delinquentis , & ſequitur,retinentes nobis ex certa ſcientia & expreſſe , ut nobis concedunt canonica inſtituta, quatenus dictam pœnitentiam poſſumus mitigare,aggrauare,mutare,tollere, in toto,& in parte , toties quoties nobis uiſum fuerit faciendum. Lata fuit hæc ſententia, Qua lecta,mox executione debitè demandetur,& induatur ueſte prædicta , cruces huiuſmodi continente.

Super modum ſententiandi debitam ſuſpectam & diffamatam.

QVAESTIO XXVI.

SEptimus modus proceſſum fidei finiendi & terminandi,eſt quando delatus de hæretica prauitate,proceſſus meritis diligenter diſcuſſis,cum bono conſilio peritorum in Iure,reperitur ſuſpectus de hæreſi , & etiã diffamatus. Et hoc eſt quando delatus ipſe nõ reperitur legitime deprehenſus,nec propria cõfeſſione nec facti euidentia,nec etiã teſtiũ legitima productione , ſed reperitur publicè diffamatus,ac etiã reperiũtur indicia contra eum,quæ ipſum reddunt ſuſpectum alias de hæretica prauitate leuiter uel uehementer,utpote quia habuit magnam familiaritatem cum hæreticis , qualis fuit ille de

de quo agitur in cap.inter ſollicitudines.de purga.c.Et tali ratione infamiæ eſt indicenda canonica purgatio, & ratione ſuſpitionis debet hæreſim abiurare, iuxta capit. allegatum, inter ſollicitudines, circa iſtum talis practica eſt ſeruanda. Talis enim ſic publice de hæreſi diffamatus, & ultra infamiam ea aliis indiciis, ſuſpectus habitus de hæretica prauitate, imprimis purgabit ſe publicè, per modum quo in ſecundo modo tactum eſt. Qua purgatione expleta per ipſum diffamatum, mox idem diffamatus ut ſuſpectus aliter, & ex aliis inditiis hæreſi de qua eſt ſuſpectus habitus, prædictum habens librum euangeliorum, coram poſitis, abiurabit per hunc modum. Et ego talis de tali loco talis diocœſis, coram uobis uenerabilibus dominis meis. N. epiſcopo talis ciuitatis, & iudice in terris talis domini, in iudicio conſtitutus perſonaliter, ſacroſanctis euangelijs poſitis coram me, eiſque propriis manibus corporaliter per me tactis iuro me credere corde, ac profiteor ore, illam ſanctam fidem apoſtolicam, quam Romana eccleſia credit, profitetur, prædicat, & obſeruat. Et conſequenter abiuro, deteſtor. & abnego & reuoco omnem hæreſim extollentem ſe aduerſus ſanctam & apoſtolicam eccleſiam, cuiuſcunque ſectæ fuerint, ſeu erroris, & poſtea ut ſupra tactum eſt.

Item iuro & promitto, quod talia & talia, quæ egi propter quæ & pro merito ſum de tali hæreſi diffamatus, & ultra uos me habetis ſuſpectum, exprimantur illa, nunquam deinceps faciam ſeu dicam, neque operā dabo, quo fiant. Item iuro & promitto, quod omnem pœnitentiam quam mihi iniungere decreueritis, pro prædictis uiribus adimplebo, nec cōtraueniā in aliquo, ſic me Deus adiuuet, & iſta euangelia ſacroſancta. Quod ſi contra prædicta iurata & abiurata fecero in futurum, (quod Deus auertat) a pœnis talibus de iure debitis, me nūc pro tunc libere ſuppono, obligo & aſtringo, quatenus illis plectar, cum probatum legitime extiterit, me talia commiſiſſe, aduertendum tamē hoc quod ſi inditia ſunt talia & tam fortia, quod cum infamia prædicta uel abſque ea,

reddant prædictum diffamatum, ſuſpectum de hæreſi uehementer,tunc abiurabit omnem hæreſim generaliter, ut habitum eſt,& ſi relabatur in quamcunque hęreſim, pœna relapſi debita punietur,ut in capi.inter ſollicitudines, de purgatione canonica.& in ca.accuſatus, de hæreſi. libro 6.Si autem indicia illa ſunt ita modica & leuia, quod etiam cum prædicta infamia non reddant eum ſuſpectum de hæreſi uehementer, ſed ſolum leuiter, tunc ſufficient quod abiuret non generaliter,nec ſimpliciter,ſed ſingulariter hæreſim de qua habitus eſt ſuſpectus,ita quod ſi probatur in aliam ſpeciem hęreſis,pœna relapſis debita non punietur,ſed ſi in eadem ratione abiurationis, quia ſcilicet ſuſpectus leuiter abiurauit, pœna relapſi debita non punietur, licet durius quam ſi alias non abiuraſſet,ut omnia hæc patent in capi.accuſatus. in principio. de hęreſi, libro ſexto. Ratione autem purgationis canonicæ, eſt dubium an uidelicet ſi poſt purgationem canonicam, in eandem ſpeciem hæreſis, de qua ſe purgauit canonice, prolabatur pœna relapſis debita,hoc eſt,ultimo ſupplicio feriatur. Et uidetur quod ſic, per ca.excommunicamus primo paragtapho adiicimus uerbum, uel ſi poſt purgationem,& per canonem,ad abolendam. §. illos quo que. de hæreſi,in antiquis. Sit cautus notarius quod ſcribat in actis,& talis abiurauerit tanquam ſuſpectus de hæreſis leuiter uel uehementer, quia multum intereſt, ut alias frequenter dictum eſt. Quibus ſic actis, fertur ſententia ſeu pœnitentia, per formam tenoris ſequentis.

NOS.N.epiſcopus talis ciuitatis, aut Iudex in terris ditioni talis dñi ſubiectis. Diligẽtius attendẽtes, ꝙ tu talis,de tali loco,& talis diocœſis,fuiſti delatus nobis de tali hæretica prauitate exprimanẽ illa.Et nos uolẽtes, ut tenebamur iudicialiter informati,an tu incidiſſes in prædictã hæreſim condemnatam, ad inquirendum,teſtes examinandum, teque citandum & interrogandum, medio iuramento, & ad alia facienda quæ fienda erant per nos, deſcendimus. & proceſſimus ut dicebat. Quibus peractis, uiſis, & diligenter inſpectis, pariter & diſcuſſis

diſcusſis proceſſus meritis huiuſmodi cauſæ,& omnibus & ſingulis productis actis,& actitatis,habitoque in & ſuper illis theologorũ,atq; in iure peritorũ plures, maturo cõſilio,ac digeſto,reperimus te de prædicta hæreſi in tali loco,ſeu talibus locis,apud bonos graues publicè diffamatum,propter quod ut nobis mandant canonice inſtituta,indiximus tibi purgationem canonicã,qua corã nobis hic publicè te purgaſti,& ipſi cõpurgatores pariter te purgarunt.Inuenimus etiã te talia cõmiſiſſe,exprimãtur illa, propter quæ & non immerito ſuſpectũ te habuimus uehementer,uel leuiter,dicatur,ſi eſt illud uel illud,& hoc de prædicta hȩretica prauitate,propter quæ fecimus te ut taliter ſuſpectũ,hæreſim abiurare,dicatur oẽm hæreſim ſi abiurauit ut ſuſpectus uehementer,uel hȩreſim ſupradictã,ſi ut ſuſpectus leuiter,uerũ quia nõ poſſumus & debẽmus talia quæ peregiſti nullatenus tollerare,ſed cogimur ea uitare iuſtitia ſuadente , ad hoc ut reddaris cautior in futurum,& ut crimina nõ remaneant impunita,& ut cæteri non reddantur procliuiores ad ſimilia cõmittenda,& ut creatoris iniuriæ non ȩquanimiter tollerentur. Quapropter talem prædictum purgatũ & abiuratũ,hic in noſtra prȩſentia perſonaliter conſtitutũ in hoc loco,& hora tali,tibi in antea aſſignatis.Nos epiſcopus aut Iudex prȩfati,ſedente pro tribunali,more iudicum iudicantium, ſacroſanctis euangelijs poſitis coram nobis,ut de uultu Dei iudicium noſtrũ prodeat,& oculi noſtri uideant ȩquitatem,ſententiamus ſeu pœnitentiamus,per modum qui ſequitur,ſcilicet,quod tenearis,&c.Ponãtur illa quȩ uidebuntur magis ad honorem fidei eſſe,& exterminationem hereticȩ prauitatis , utpote ꝙ certis diebus dominicis & feſtiuis,habeat ſtare ad portam talis uel talis eccleſiæ,cum cereo tantis ponderis in manu,dum miſſarum ſolennia celebrãtur, capite diſcooperto & pedibus nudatis & offerre ad altare cereum antedictũ,& ꝙ habeat ſextis feriis ieiunare,& ꝙ certo tempore locum illũ non audeat exire,ſed certis diebus hebdomadȩ ſe habeat epiſcopo uel Iudici præſentare,& ſimilia quȩ iniungenda uidebuntur,

ſecūdū culparū exigētiā & uarietatē, q̄a nō poteſt dari re gula una generalis. Lata fuit hæc ſētētia. Qua lata exequa tur, poteritq́; diſpēſari, uel mitigari, uel cōmutari ſecūdū ꝙ negociū pœnitētis, correctio, & humilitas hæc reqrūt, q̄a poteſtatē habet epiſcopus & Iudex, & hoc de iure, ut in ca. ut commiſi, de hære. lib. 6.

Super modum ſententiandi hæreſiuu confeſſam, ſed pœnitentem.

QVAESTIO XXVII.

OCTAVVS modus proceſſum fidei termi nandi, ſententiandi, finiendi, eſt quā do delatus de hæretica prauitate meritis proceſſus diligēter diſcuſſis, cū bono conſilio in Iure peritorum, reperitur confeſſus hæreſim, ſed pœnitens, & alias nō relapſus ueraciter. Et hoc eſt quādo delatus ipſe confitetur iudicialiter coram epiſcopo & inquiſitore, medio iuramento, fore uerum ꝙ ipſe tanto tēpore ſtetit & perſeuerauerit in illa, ſeu alia, de qua delatus eſt, hæretica prauitate, & illi credidit & adhæſit, ſed poſt modum ad informationē epiſcopi & aliorum uult reſilire & ad gremium eccleſiæ redire & illam & oēm aliam hæreſim abiurare, & ſatisfacere prout ipſi uoluerunt ordinare, & non reperitur quod nunquam aliam hæreſim aliquam abiurauerit, ſed nunc abiurare promptu animo eſt paratus. Circa iſtam talis practica eſt ſeruanda. Talis enim eſto quod multis annis ſteterit in hæreſi prædicta, ac etiam aliis quibuſcunque illasq́; crediderit practicaue rit multosq́; induxerit in errores, ſi tandem cum effectu illas hæreſes conſenſerit abiurare, & ſatisfactionem con gruam ad arbitrium epiſcopi & iudici eccleſiaſtici exhibere, non eſt tradendus brachio ſeculari ultimo ſupplicio feriendus, nec ſi eſt clericus degradandus, ſed eſt ad miſericordiam admittendus, iuxta ca. ad abolendam. §. præſentis. extra de here. & abiurata primitus hæretica

prauitate eſt in perpetuum carcerem retrudendus, iuxta c.excõmunicamus.2.§.ſi quis ei abſolutionis beneficio im partito & iniuncto eidẽ ꝙ talibus iniungi cõſueuit. Iuxta ca.ut officiũ,prouiſo tñ ſolerter ne ſimulata fictione redeat fraudulenter,ſeculare etiã brachiũ impedire non poſſunt.Modus aũt abiurandi eſt, ut ſupra tactum eſt tantũmodo additur ut corã populo feſtiuo die in eccleſia crimina ſua ore proprio confiteatur,ita uidelicet ut dũ ab officiali interrogatur, ut tot annis perſeueraſti in tali hæreſi maleficarũ,& ille reſpondebit:ita,& poſt: tu hæc,& hæc feciſti ut cõfeſſus es,& ille reſpõdebit,ita & ſic cõſequenter,& tunc poſt oĩa abiurabit flexis genibus.Et qui ſuſpecti de hereſi nullatenus habeãtur.Et quia iſte q eſt ſic deprehenſus in hęretica prauitate excõicatus,iuxta ca.excõicamus.1.& 2.de hęre. & per abiurationem rediit ad gremium eccleſię,ideo eſt ei abſolutionis beneficium impendendum.Iuxta ca.ut officium in princ. de hęre. lib.6. quare poſt prędictam abiurationem eſt abſoluendus, ut modum habent epiſcopi abſoluendi a maiori excommunicatione,quia utuntur apoſtolica auctoritate, & ſtatim feratur ſententia per hunc modum.

NOS talis epiſcopus talis ciuitatis,aut Iudex in terris talis domini ditioni ſubiectis. Attendentes quod tu talis de tali loco, talis diocœſis fuiſti nobis fama publica referente, ac fidem dignorum inſinuatione delatus de hęretica prauitate. Et quia illa infectus fuerat multis annis,in magnum tuę animę detrimentum: quę delatio noſtra pręcordia acrius uulnerauit nos,quibus incumbit ex officio nobis tradito ſanctã fidem catholicam, in cordibus hoĩm complantare, ac prauitatem hęreticam ab eorum mentibus eneruare,uolentes ut tenebamur, in & ſuper certius informari et uideri,ſi clamor q ad aures noſtras peruenerat ueritate aliqua fulciretur. Vt ſi ſic ueritas ſe haberet, prouidemus de ſalubri remedio oportuno deſcendimus ad inquirendum teſtes,examinandum teq; uocandum,ac ut congruentius potuimus,in & ſuper contra te denunciatis te interrogandũ medio iuramento

&

& ad peragendum, omnia & ſingula quæ per nos erant fienda iuſtitia exigente, ac ut nobis mandant canonicæ ſanctiones. Sane cum uellemus cauſæ tuæ huiuſmodi congruum finem dare, & uidere, clare quod compertum fuerat, an ſcilicet, ambulares in tenebris, uel in luce, & an fores infectus hæreſis labe, necne proceſſus meritis acti tatis ſolenne, tam in ſacra theologia facultate, quam in iure canonico & ciuili peritorum, coram nobis conſilium ordinauimus, congregari ſcientes quod ſecundum canonica inſtituta, integrum eſt iudicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur, & habito in & ſuper omnibus & ſingulis actis & actitatis, in cauſa præſenti, ſano, maturo ac digeſto conſilio peritorum prædictorum, uiſiſque ac diligenter inſpectis, proceſſus meritis omnibusque & ſingulis in eo contentis, libratis inuenimus te propria confeſſione in iudicio recepto per nos medio iuramento, multiplici prauitate, maleficarum deprehenſum exprimantur articuli. Verum cum miſericors & miſerator Dominus nonnullos probabili permittat, aliquando in hæreſes, & errores, non ſolum ut uiri catholici literati in ſacris eloquiis exerceantur. Verum etiam ut fide lapſi humiliores, deinceps fiant in pœnitentiæ operibus excitentur eiuſdem proceſſus meritis diligenter diſcuſſis, reperimus quod tu ad informationem noſtram frequentem, noſtroque & aliorum proborum adhærendo conſilio ſaniori, ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ, & ad eiuſdem unitatē ſalubriter euolaſti, prędictos errores & hæreſes deteſtando, ac fidei ſanctæ catholicæ agnoſcens irrefragabilem ueritatem tuis internis uiſceribus infligendo, propter quod illius ueſtigiis inhærentes, qui neminem uult perire, te admiſimus ad adiutoriam & abiuratoriam, publicam cautionem faciendo te in pręſentiarum præfatas hæreſes, & aliam omnem hæreſim publicè abiurare, qua completa abſoluimus te a ſententia excommunicationis maioris, qua ex lapſu in hæreſim extitiſti innodatus, & te reconciliando ſanctæ matri eccleſiæ, reſtituimus eccleſiaſticis ſacramentis, dum tamen te corde uero, & fide non ficta, re

dieris

dieris ad eccleſiæ unitatem, prout ſe feciſſe credimus & ſperamus. Sane cum indignum ualde exiſtat dominorum temporalium iniurias ulciſci. Deumq; cęlorum creatoris omnium iniurias æquanimiter tollerare, cum multo grauius ſit æternam quam temporalem lædere maieſtatem, & ut ipſe peccatorum miſereator tui miſereatur, ſisq; cæteris in exemplum, & ut crimina non remaneant impunita, & ut efficiaris cautior in futurum, & non reddaris procliuior, ſed difficilior ad prædicta, & quæcunque alia illicita committenda. Nos epiſcopus & iudex, ſeu iudices in cauſa fidei ante fati, ſedentes pro tribunali, more ut ſupra quod induatur ueſte liuida. &c. Item te ſententialiter cō demnamus ad perpetuum carcerem, & ibi ſemper pane dolorio, & aqua anguſtiæ crucietis, retinātes nobis ex certa ſcientia, & expreſſe, quatenus poſſimus libere dictā ſententiā mitigare, aggrauare, commutare, tollere totaliter, uel in parte, ſi & quādo, & prout nobis & toties quoties uidebitur faciendum, lata fuit hæc ſe ntentia, &c. Qua lecta Iudex aſſumat per puncta, & dicat ſententiato, hæc uel ſimilia in effectu, Filii, ſententia uel pœnitentia tua, ſtat in hoc, quod ſcilicet portes tototempore uitæ tuæ cruces quod ſtes in ſcala cum eis, in porta talium eccleſiarum, & quod ſis in carcere perpetuo ad panem, & aquam, ſed filii ne ſcit tibi graue, quia certifico te, quod ſi patienter tolleres, miſericordiā apud nos inuenies, non dubites, nec deſpere, ſed firmiter ſperes quibus dictis, ſententia executione debite demandetur, & ſtatim ueſtis prædicta ſibi induať, & in gradu ſcalo in alto ponať, ut ab egredientibus eminenter uideatur, circundantibus eum miniſtris curię ſeculari. Hora autem prandii ducatur a miniſtris ad carcerē, & poſt fiant alia, prout ponuntur in ſententia. Dum autem ipſe inducitur, & ad portam eccleſiæ, deducitur Iudex eccleſiaſticus nō ſe amplius intromittat, ſi curia ſecularis contentatur, bene quidem, ſi non agat ad libitum.

Super modum ſententiandi hæreſim confeſſam, ſed relapſam, licet pœnitentem.

QVAESTIO XXVIII.

NONVS modus proceſſum fidei terminandi, & ſententiandi, eſt quando delatus pro hęretica prauitate, proceſſus meritis diligenter diſcuſſis, cum bono conſilio reperitur confeſſus hæreſim & pœnitens, ſed relapſus realiter, & hoc eſt quando delatus ipſe confitetur iudicialiter coram epiſcopo, aut iudicibus, alias ſe omnem hæreſim abiuraſſe, & ita legitime reperitur, & quod poſt cecidit de tali hęreſi, ſeu errori, uel ꝙ ſpecialiter hæreſim abiurauit, ſcilicet maleficarum, & poſt rediit in eandē, ſed poſt adhærens conſilio ſaniori pęnitet, credit catholicè, & reuertitur ad eccleſiæ unitatem, tali.n.non ſunt ſi humiliter petat, deneganda pœnitentiæ & euchariſtiæ ſacramenta, ſed quantūcunque pœniteat, nihilominus ut relapſus eſt tradendus brachio ſeculari, ultimo ſupplicio feriendus. Hoc autem intelligitur ſic, ubi etiam reperitur quod abiurauerit tanquā deprehenſus in hęreſim, ſeu tanquam ſuſpectus de hæreſi uehementer, non autem leuiter tantum. Circa iſtū autem talis practica eſt ſeruanda; nam concluſio in conſilio peritorum maturo pariter & digeſto, & ſi oportuerit replicato, quod prædictus delatus de iure eſt relaſpus. Epiſcopus aut Iudex mittent ad dictū relapſum delatum in carcere incluſum, duos uel tres probos uiros, & præſertim religioſos ſeu clericos, fidei zelatores, eidem relapſo non ſuſpecto nec ingrato, ſed familiares & gratos, & iſti intrabunt ad eum captata hora competenter, & loquenter ſibi de contemptu mundi, & miſeriis uitæ præſentis & gaudiis ac gloria paradiſi, & demum his præmiſſis, indicabunt ſibi ex parte

epi-

epiſcopi ſeu iudicis, quod non poteſt euadere mortem temporalem,& ideo quod curet de ſalute animæ ſuæ, ac diſponat de peccatorum ſuorum confeſſione, & ſacramẽti Euchariſtiæ perceptione,& iſti frequentabunt eum,inducentes illum ad pœnitentiam, ac etiam ad patientiam, confirmantes eum pro uiribus in catholica ueritate, taliter ut ipſum diligenter faciant confiteri, ac conferri eidem petenti humiliter euchariſtiæ ſacramentum,nam huiuſmodi ſacramenta non ſunt talibus deneganda, iuxta c. ſuper eo.de hæreſi,lib.6. quibus ſacramentis receptis, eo quòd bene diſpoſitio ad ſalutem iudicio prædictorũ, poſt duos uel tres dies. In quibus per prædictos in fide catholica confirmetur,& ad pœnitentiam inducatur, epiſcopus ſeu Iudex loco eius mandabunt Baliuo loci,ſeu poteſtati curiæ ſecularis,quatenus tali die & hora,ſcilicet non feſtiua,ſit cum ſua familia,in tali platea ſeu loco, extra eccleſiam tamen, ac recipiendum de foro ſuo quendam relapſum,quem ipſi epiſcopus & Iudex tradent ei. Et nihilominus quod die præfixa de mane ſeu præcedente faciat publice præconizari per ciuitatem ſeu locum, in locis illis ſeu uicis,in quibus præconizationes aliæ communiter ſolẽt fieri. Quod tali die & hora,in tali loco,prædicator pro fide ſermonẽ faciet,& epiſcopus & alii iudices condemnabunt quendã relapſum in hæreticã prauitatem, tradendo eum brachio ſeculari.Conſiderandũ aũt hic eſt,ꝙ iſte qui ſic relapſus eſt,ſi fuerit in ſacris ordinibus cõſtitutus, uel aliàs,ſacerdos uel cuiuſcunq; ordinis ſeu religionis obumbratione fuſcatus,prius antequã tradatur,eſt totius eccleſiaſtici ordinis prærogatiua nudandus, & ſic omni officio eccleſiaſtico expoliatus,relinquatur ſecularis arbitrio poteſtatis,animaduerſione debita puniendus,& in c.ad abolendam.§ pręſenti.de hære. Quando igitur talis eſt a ſuis ordinibus degradandus & ſeculari curię derelinquendus, epiſcopus conuocet pręlatos, & uiros religioſos ſuæ diocœſis,quia licet nõ olim, nunc tamen ſolus epiſcopus cũ prælatis,& aliis uiris religioſis & petitis ſuæ diocœſis, poteſt in ſacris ordinibus conſtitutum degradare,cum eſt relinquendus

linquendus

linquendus brachio ſeculari, uel perpetuo immutandus pro hæretica prauitate, iuxta cap. quoniã. de hær. li. 6. ar. 6. Adueniente aũt die præfixa degradando relapſo, ac tradẽdo ſi fuerit in ſacris ordinibus cõſtitutus, in brachio ſeculari, aut relinquendo ſi fuerit laicus, ad audiendam diffinitiuam ſententiam, in aliqua platea ſeu loco extra eccleſiam, populo congregato, & facto ſermone per inquiſitorem, ac ipſi relapſo inibi in alto loco cõſtituto, & præſenti curia ſeculari, ſi degradãdus ipſe relapſus fuerit Epiſcopus in pontificalibus indutus, & prælatus ſuæ diocœſis eidem aſſiſtentibus, ipſum degradatum coram eo exiſtentem, & indutum ac diſpoſitum, ac ſi deberet in ſuo ordine miniſtrare, à ſuo ordine degradabit, à ſuperiori ordine incipiendo, & ſic gradatim uſq; ad infimum, & ſic conferendo ordinem, uerbis utitur epiſcopus, ad hoc per eccleſiam ordinatis, ita degradando in qualibet depoſitione & caſulæ & ſtolæ, & ſic de aliis poterit uti aliquibus uerbis contrariis primis. Qua quidẽ degradatione facta, ubi fienda ſit per modum ſecundum quem de iure ſeu conſuetudinis, eſt fienda, officialis mandabit notario ſeu religioſo, uel clerico, quatenus legat ſententiam, quæ ſententia ſiue relapſus laicus, ſiue clericus eſt, degradatur, feretur per modum tenoris ſequentis.

NOS. N. miſeratione diuina Epiſcopus talis ciuitatis, & Iudex in terris talis Domini ditioni ſubiectis. Attendentes legitime informati, quod tu talis, de tali loco, & talis diocœſis, fuiſti grauiter coram nobis ſi ita fuerit, ſeu contra talibus epiſcopo & iudicibus, delatus de tali hæretica prauitate ſeu talibus explicentur. In quibus hæreſibus ut legitime fuit compertum, fuiſti a confeſſione propria deprehenſus, ac etiam teſtibus conuictus, & quod tu in illis perſtiteras tanto tempore, animo indurato, (dicatur prout fuit.) ſed poſt adhærens cõſilio ſaniori, illas hæreſes in tali loco publice abiuraſti, in forma eccleſiæ conſueta, abnegaſti & reuocaſti, propter quæ prædicti epiſcopus & inquiſitor, credentes te ueraciter conuerſum ad gremium eccleſiæ ſanctæ Dei, te ab excommuni-

cationis

cationis ſententia, qua aſtrictus tenebaris abſoluentes, ſi tamen de corde uero & fide nõ ficta reuerſus eſſes ad ſanctæ eccleſiæ unitatem, iniunxerunt tibi pœnitentiã ſalutarem, uerũ poſt omnia ſupra dicta, & tot annorũ curriculis iam elapſis, tunc nouiter iterum delatus nobis extitiſti ꝙ iterum incideras in tales hæreſes abiuratas, explicetur, noſq; licet diſplicenter de talia audiſſemus, tamen iuſtitia nos cogente, deſcendimus ad inquirendum, teſtes examinandum, teq; uocandum & interrogandum, medio iuramento, nec non ad oĩa & ſingula facienda, quæ per nos fienda erant, ſecundum canonica inſtituta. Sane cum uellemus præſentem cauſam fine debito terminare, ſolenne cõcilium tam in theologica facultate q̃ in iure canonico ac ciuili peritorum, iuſſimus congregari, & habito prędictorũ cõſilio maturo, pariter & digeſto, in & ſuper omnibus & ſingulis actis actitatis, ac uiſis & diligenter diſcuſſis proceſſus meritis, & oĩbus æqua lance libratis, prout fieri exipebat, reperimus legitime tã per teſtes q̃ per propriam tuã confeſſionem iudicialiter receptam, ꝙ tu incidiſti in hæreſes abiuratas, nam reperimus ꝙ talia & talia dixiſti uel feciſti, (explicentur oĩa,) propter quæ & merito de prædictorum conſilio te habuimus & habemus pro relapſo, iuxta canonica inſtituta, ꝙ dolenter referimus, & referendo dolemus, ſed quia ad informationem noſtrã, & proborum uirorum catholicorũ, di uina gratia inſpirante, iterum es reuerſus ad gremium eccleſiæ, & ad eiuſdem fidei ueritatem, prædictos errores & hæreſes deteſtando, & credendo catholicè, fidemq; catholicã proteſtando, admiſimus te ad recipiendũ pœnitentiæ & euchariſtiæ petita per te humiliter eccleſiaſtica ſacramenta. Verum cũ eccleſia Dei in te & circa ultra non habeat quid faciat, cũ ita miſericorditer ſe habuerit erga te ut prædiximus, & tu illa abuſus, in abiuratus hæreſes incidẽdo. Quapropter nos epiſcopus, & iudices ante fati, ſedentes pro tribunali, more iudicum iudicantium, ſacroſanctis euangeliis poſitis corã nobis, ut de uultu Dei iudicium noſtrũ prodeat, & oculi noſtri uideat æquitatem, habentes præ oculis ſolum

lum Deum, & ſanctæ fidei irrefragabilem ueritatem, ac extirpationem hæreticæ prauitatis, te talem, hoc loco, die & hora tibi, audiendam diffinitiuam ſententiam in antea aſſignatis ſententialiter iudicamus te eſſe ueraciter relapſum hæreticam prauitatem, licet pœnitentem, & ut ueraciter relapſum in eandem, de foro noſtro eccleſiaſtico te proiicimus,& relinquimus brachio ſeculari traditus,rogamus tamen & efficaciter dictam curiam ſecularem,quatenus circa te citra ſanguinis effuſionem, & mortis periculum ſuam ſententiam moderetur. Et ſic epiſcopus & ſui aſſeſſores recedentes, curia ſecularis ſuū officium exequetur. Aduertendum eſt quamuis epiſcopus & inquiſitor debeant eſſe ſummopere diligenter, & per ſe & per alios facere, ut relapſus pœniteat, & ad fidem catholicam conuertatur, tamen poſtquam pœnituerit,& concluſum fuerit in concilio quod licet pœniteat, nihilominus ueraciter eſt relapſus, ut talis tradendus eſt brachio ſeculari ipſi perſonaliter, quod tali ſententia debet plecti eidem non indicent, quia facies iudicis terret condemnandum. Et uerba ſua magis inducunt plectendum ad impœnitentiam, quam ad patientiam & ideo nec ante ſententiam, nec poſt, cum ſibi faciant præſentari, ut non moueatur animo contra eos, quod in caſu tali mortis diligentius eſt cauendum, ſed ut eſt dictum, mittant ad eum aliquos uiros probos, præſertim religioſos,ſeu clericos ei non ingratos, ſed gratos, qui futuram ſententiam atq; mortem infligendam, inducant eum ad fidem confirment,ad patientiam exhortentur, & poſt ſententiam eum aſſocient,cōſolentur,cum eo exorent,& ab eo non diſcedant donec ſpiritum reddiderit creatori. Sint igitur cauti & auiſati, ne quid agant ſeu dicant propter quod relapſus mortem præueniatur,& ipſi efficiantur irregulares,& unde debeant meritum deportare, deferant ſecum pœnam,pariter atque culpam. Conſiderandum eſt etiam ꝙ tales ſententiæ tradendi aliquem curiæ ſeculari, nō conſueuerunt fieri die feſtiua,uel ſolenni, nec etiā in eccleſia,ſed extra in aliqua platea,quia ſententia eſt quæ

ducit

ducit ad mortem, & honeſtius eſt quod feratur in die feriali & extra eccleſiam, cum dies feſtiua & eccleſia Domino ſint dedicata.

Super modum ſententiandi hæreſim confaſſam, ſed impœnitentem, & tamen relapſam.

QVAESTIO XXIX.

Decimus modus proceſſum fidei terminandi, & ſententiandi eſt, quando delatus de hæretica prauitate proceſſus meritis diligẽter diſcuſſis, cũ bono cõſilio peritorũ in Iure, reperitur confeſſus hæreſim & impœnitens, nõ tamen relapſus. Sed quia rariſſime inuenitur talis caſus, licet interdum nobis inquiſitoribus contigerit, tamẽ epiſcopus & iudices cum tali non debent feſtinare, ſed bene cuſtoditam & compeditam, ad conuerſionem inducere, etiam per plures menſes, proponendo quod in corpore & anima ſic impœnitens damnabitur. Quid ſi tãdem nec proſperis nec aduerſis, nec minis, nec blãditijs poterat emolliri, ut reſiliat ab erroribus ſuis, & fuerit prędicta cõgruo tempore expectatus. Epiſcopus & iudices diſponent ſe ad tradendum eum ſeu relinquendum brachio ſeculari, & mandabunt per cedulam nuntio, ſeu baliuo, ſeu poteſtati curiæ ſecularis, quatenus tali die non feſtiua, & tali hora, ſic, in tali loco, extra eccleſiam, tamen cum ſua familia, & ipſi tradent ſibi quendam hæreticum impœnitẽtẽ. Et nihilominus quod ex parte eorum faciat publice præconizari in illis uicis, ſeu locis, in quibus aliæ præconizationes ſunt fieri conſuetę, quod die & hora, ac loco prędictis, Prædicator faciet ſermonem pro fide ac tradet hæreticum quendam brachio ſeculari, & ideo quod omnes ueniant & interſint, & habebunt indulgentiam conſuetam. Quibus expletis, tradetur curiæ ſeculari per modum teno-

tis ſequentis.ſæpius tamen admonendo per prius ut reſiliatur,& pœniteat, quod ſi omnino noluerit, fertur ſententia.

NOS.N.miſerationem diuina, epiſcopus talis ciuitatis, aut Iudex in terris talis domini attendentes quòd tu talis,de tali,loco,talis diocœſis, fuiſti nobis delatus fama publica deferẽte,ac fide dignorum inſinuatione, de hæretica prauitate,explicentur hæreſes, & quod in illis hæreſibus & factis perſtiteras multis annis,in tuæ animæ detrimentum, nosque quibus ex officio incumbebat prauitatem hæreticam extirpare,uolenter ut tenebamur,in & ſuperſiis certius informari,uidere an ambulares,in tenebris uel in luce,diligenter inquiſiuimus de prædictis,teque citantes,& efficaciter interrogantes,reperimus te prędicta infectum hęretica prauitate. Sane cum præ cunctis noſtræ mentis deſiderabilibus incidat corde noſtro fidẽ ſanctam catholicam in populorum præcordiis complãtare, eradicata hęretica prauitate, modos diuerſos, uarios, & congruos, tam per nos quàm per alios adhibuimus, quatenus reſilires ab hęreſibus,& erroribus ante dictis, ĩ quibus ſteteras atq; ſtabas,prout & nunc ſtas contumaciter, ac pertinaciter animo indurato,uerum cauſa humani generis inimico tuis pręcordijs,aſſiſtenteque in dictis erroribus uoluente & inuoluente, nolueris neq; uelis à ſæpe dictis hæreſibus reſilire, plus eligens mortem animæ incurrere gehennalem,& corporis temporalem, quàm antefatas hæreſes abiurare, ac ad gremium eccleſiæ aduolare,& animam lucrifacere, in reprobum ſenſum datus. Quapropter cum ſis ab eccleſia sãcta Dei excommunicationis uinculo innodatus & merito, à numero & grege dominico ſeparatus,ac participatione bonorum eccleſię priuatus, eccleſia circa te non habeat, ultra quid faciat, cum ad te conuertẽdũ fecerit iuxta poſſe.Nos epiſcopus & iudices in cauſa fidei ſępe fati, ſedẽtes ꝓ tribunali more iudicum iudicãtium ſacroſanctis euangeliis poſitis coram nobis, ut de uultu Dei iudicium noſtrum prodeat,& oculi noſtri uideãt æquitatẽ habẽtesq; prę oculis ſolum

Deum,

Deum, & ſanctæ fidei ueritatem ac extirpationem hære ticæ prauitatis, hac die hora & loco tibi in antea aſſignatis, ad audiendam ſententiã diffinitiuam condemnamus, ac ſentẽtialiter iudicamus te eſſe ueraciter hæreticum impœnitentẽ, & ut ueraciter talem tradendum & relinquendum brachio ſeculari, & ſic ut hæreticum impœnitẽtem per hanc noſtram ſentẽtiam de foro noſtro eccleſiaſtico proiicimus, & tradimus ſeu relinquimus brachio ſeculari, ac poteſtati curię ſecularis, dictam curiam ſecularem efficaciter deprecãtes, quatenus circa te citra ſãguinis effuſionem, & mortis periculum, ſuam ſententiam moderetur, lata fuit hæc ſententia.

Super hæreſim confeſſam & relapſam & impœnitentem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVAESTIO XXX.

VNdecimus modus proceſſum fidei terminandi & finiẽdi eſt, quãdo delatus de hęretica prauitate, proceſſus meritis diligẽter diſcuſſus, cũ bono cõſilio in iure peritorũ, reperitur cõfeſſus hæreſim, ac impœnitẽs, & relapſus. Et hoc eſt quando: delatus ore proprio cõfitetur, iudicialiter talia & talia ſe credere, & practicaſſe, circa iſtum eſt practicandum ut ſupra. & feratur ſentẽtia coram epiſcopo & iudicibus, quæ tamẽ ſunt hæreticalia manifeſte per formam tenoris ſequentis.

NOS. N. miſeratione diuina epiſcopus talis ciuitatis, aut Iudex in terris talis domini, attendentes quod tu talis, de tali loco, talis diocœſis, fuiſti nobis, ſeu talibus prædeceſſoribus noſtris, delatus de hæretica prauitate (explicentur.) In quibus ut legitimè eſt compertum, fuiſti confeſſione propria iudicialiter ac fide dignis teſtibus deprehenſus, & quod in illis perſtiteras tanto tempore, animo indurato, dicatur prout fuit, ſed quod poſt ſano cõ

ſilio inhærendo,illas hæreſes publice abiuraſti in tali loco,in forma eccleſiæ conſueta, propter quæ prædicti epiſcopus & Iudex,credentes te ueraciter reſiliſſe ab erroribus ante latis, & ad gremium eccleſiæ tradendo, catholice aduolaſſe, ſibi abſolutionis beneficium impartirent, abſoluentes te ab excommunicationis ſententia, quæ aſtrictus in antea tenebraris, ſi tamen de corde uero, & ſi de non ficta,conuerſus extiteris ad ſanctæ eccleſiæ unitatē tibi ſalutarem pœnitentiam iniungentes, ad miſericordiam receperunt,quia eccleſia ſancta Dei non claudit gremium reuertenti, uerum poſt omnia antedicta fuiſti nobis delatus,quod diſplicenter accepimus, quod iterum incideris in damnatas hæreſes, per te publice in antea abiuratas,ſeu talia & talia commiſiſti contrā abiurationem prælibatam,in tuæ animæ detrimentum, exemplificetur, noſque quanquam diſplicentia ſauciati, ꝙ de te talia audiſſemus, nihilominus iuſtitia nos cogente deſcendimus ad inquirendum, teſtes examinandum, teque uocandum & interrogandum,ut decebat,medio iuramento, & ad faciendum omnia & ſingula quæ per nos fienda erant,ſecūdum canonica inſtituta. Sane cum uellemus præſentem cauſam ſine debito terminare, ſolenne tam peritorum in theologica facultate,qua in Iure canonico & ciuili, cōcilium fecimus congregari. Et habito cum prædictis in & ſuper omnibus & ſingulis in præſenti cauſa productis, deductis,actis,& actitatis, conſilio maturo, pariter ac digeſto,ac etiam replicato, uiſiſque ac diligenter diſcuſſis, proceſſus meritis,huius cauſæ, ac omnibus prout ius & iuſtitia ſuadebant, comperimus legitime tam per teſtes dignos fide,quàm per tuam confeſſionem propriam,pluries per nos receptam,te incidiſſe, ac recidiſſe in hæreſes abiuratas.Nam reperimus quod talia & talia dixiſti,uel egiſti, explicentur oīa propter quæ & merito de prædictorū conſilio te habemus tuis exigentibus exceſſibus pro relapſo; ſecundum ca.ſanctiones,quod dolenter referimus, & referēdo dolemus,nouit ille qui nihil ignorat, cordiū intima eius intuetur,& cum totis noſtris præcordiis cuperemus,

prout

prout adhuc cupimus, te reducere ad ſanctæ eccleſiæ unitatem, ac eneruare a tuis uiſceribus pręfatam hæreticam prauitatem, ut ſic ſaluares animam tuam, ac mortem euaderes corporis, & animæ gehennalem, conatus noſtros exercuimus, ad te ſalubriter conuertendum, modos congruos uarios adhibentes, ſed tu in reprobum ſenſum datus, maligno ſpiritu ductus pariter & ſeductus, pręeligiſti torqueri diris ac perpetuis cruciatibus in infernum, & hic temporalibus ignibus corporaliter conſumari, quàm adhęrendo conſilio ſaniori, ab erroribus damnabilibus ac peſtiferis reſilire, & ad gremium & miſericordiam ſanctæ matris eccleſię aduolare, quapropter cum eccleſia Dei ultra non habeat erga te quid faciat, cum ad te conuertendum totum exercuit poſſe ſuum, Nos epiſcopus & iudices in hac fidei cauſa memorati, ſedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, ſacroſanctis euangelijs poſitis coram nobis, ut de uultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri uideant æquitatem, habenteſq; præ oculis ſolum Deum, & honorem ſanctæ fidei orthodoxæ; hac die, hora, & loco, ad audiendum ſententiam diffinitiuam, tibi in antea aſſignatis, te talem in noſtra præſentia conſtitutum ſententialiter condemnamus, & condemnando iudicamus eſſe ueraciter impœnitentem hæreticum, & relapſum, & ut talem realiter tradendum ſeu relinquendum brachio ſeculari, & ſic ut uerum hæreticum impœnitentem, pariter & relapſum, per hanc noſtram ſententiam diffinitiuam de foro noſtro eccleſiaſtico te proiicimus, & tradimus ſeu relinquimus brachio ſeculari, ac poteſtati curiæ ſecularis, deprecantes efficaciter ſecularem curiam ante latam, quatenus citra ſanguinis effuſionem & mortis periculum, erga te ſuam ſentētiam moderetur. Lata fuit hæc ſententia.

Super conuictum & deprahenſum, omnia tamen negantem.

QVAESTIO XXXI.

DVodecimus modus proceſſum fidei terminandi & finiendi, eſt quando delatus de hęretica prauitate, proceſſus meritis diligenter diſcuſſis, cum bono conſilio in iure peritorum reperitur in hæreſim deprehenſus facti euidentia uel teſtium productione legitima, non tñ confeſſione propria, & hoc eſt quando ipſe delatus cõuincitur legitimè de aliqua hęretica prauitate, uel facti euidentia, ut pote quia hæreſim publice practicauit, uel p teſtes legitimos, cõtra quos excipere delatus legitime nõ potuit, tamen ipſe ſit cõuictus & deprehẽſus perſiſtit firmiter in negatiua, & cõfiteẽ cõſtanter, iuxta notata per Hoſtienſem in ſum.titu.de hęre.§.qualiter.quis in hæreſim deprehendantur, patuit ſupra q.34.circa iſtũ talis practica eſt ſeruanda. Talis duro carcere eſt tenendus, ĩ cõpedibus & cathena, frequenter ab officialibus cõiunctim & diuiſim, & per ſe ac per alios, & efficaciter admonẽdus ꝙ eis detegat ueritatem, indicendo ei ꝙ ſic faciat, & cõfiteatur errorem ſuum, ꝙ ad miſericordiam admittatur, abiurando primitus illam hæreticam prauitatem. Si autem noluerit, ſed ſteterit in negatiua, quod ad finem relinquetur brachio ſeculari, & mortem non poterit euadere temporalem. Quod ſi diutius infamatus & expectatus, ſteterit in negatiua, epiſcopus & officialis modo coniunctim, modo diuiſim, nunc per ſe, nunc per alios probos uiros, trahant ad ſe modo unum teſtem, modo alium, informãdo eum ut attendat quid depoſuit, & ſi dixit uerum uel non, quia non ſeipſum damnet æternaliter, & alium temporaliter, & quod ſi uereatur ſaltim eis ſecrete dicere, ne ille delatus moriatur iniuſte, & uerba talia ſtudeant ei

dicere,

dicere, ut clare uideant ſi, depoſuerunt ueritatem necne. Quod ſi teſtes ſicut informati ſteterint in affirmatiua, & delatus in negatiua, nec ad hoc ſtatim uelint prædictus epiſcopus & officialis, negocium per ſententiam determinare, & tradendo taliter deprehenſum brachio ſeculari, ſed diutius eum teneant, nunc inducendo deprehenſum ad affirmatiuam, nunc teſtes diuiſim, tamen ad excutiendum bene cõſcientiam ſuam, & ſingulariter attendant epiſcopus & officialis ad illum teſtem, quem uiderint melius depoſitum ad bonum, & qui uidetur melioris cõſciẽtiæ, & circa illum inſtent diutius, ſi res ita ſe habuit ut depoſuit, nec ne eius conſcientiam onerando, & ſi uiderint teſtem aliquem uacillare, uel alias habeant inditia cõtra eam, propter quæ ſuſpectus ꝙ falſitatẽ dixerit, merito habeatur, de bono conſilio peritorum atteſtent eum, & procedant ut iuſtitia ſuadebit. Compertum namq; eſt frequẽter & frequentius, ꝙ ſic deprehenſus teſtibus fide dignis, poſtquam in negatiua diu perſtitit, ad cor reductis, præſertim ueraciter informatus ꝙ nõ tradetur brachio ſeculari, ſed miſericordiam admittitur, ſuã detegit prauitatem, & ueritatem quam iam diutius negauit, tunc libere confitetur, & frequenter repertũ eſt quod teſtes malitiæ agitati ac inimicitia ſuperati, ſe adinuicem colligarunt ad imponendum inſonti hæreticam prauitatem. Poſtquam ad informationem frequentem epiſcopi & officiales, remorſu cõſcientię fatigati, ad diuinitus inſpirati reuocãt, quàm dixerunt & fatẽtur malitioſe ſe illi impoſuiſſe tantam labem, propter quod talis & taliter deprehenſus, nõ eſt per ſentẽtiam feſtinandus, ſed diutius, quia per unum annum & plures expectandum, antequam ſic tradatur curię ſeculari. Quo expectato tempore competenti, & adhibita diligentia condecenti, ſi ſic delatus legitime deprehenſus, recognouerit culpam ſuam, ac confeſſus fuerit iudicialiter ſe fuiſſe illaqueatum tempore pręfato hęretica prauitate, ac illam, ac omnem hęreſim cõſenſerit abiurare, & ſatisfacere ad arbitrium epiſcopi, & inquiſitoris, cõgruum exhibere tanquam in hæreſim deprehenſus, & pro-

pria confeſſione,& teſtium legitima productione,ut hæreticus pœnitẽs abiuret omnem hæreſim publice,per formã de qua agitur.Octauo modo ſupra poſito proceſſum fidei terminandi,ubi de talibus agitur.Si uero ſic confeſſus quod incidit ſic in hæreſim,ſed ſtat in illo animo pertinaci,ut impœnitens relinquetur brachio ſeculari,& agatur circa illum per modũ quo ſupra agitur in decimo modo proceſſum fidei terminandi,ubi de talibus agitur . Si autem ipſe deprehenſus ſteterit cõſtanter in negatiua,ſed ipſi teſtes reſilierint a ſua affirmatiua ſuũ teſtimonium reuocando,ac culpã ſuam recognoſcendo, quia inſonti tantam labem impoſuerũt,rancore & odio agitati,prece ſeu precio deducti,ipſo delato ut immune a iudicio relaxato, punientur ipſi ut falſi teſtes accuſantes ſeu deferentes, ut notat Paulus ſuper ca.multorum.& uerb.illos in prin. de hære.in cle.& feretur ſententia ſeu pœnitentia contra eos ad arbitrium epiſcopi & iudicum,omnino tamen ad perpetuo carceres tales falſos teſtes condemnando , & in pane & in aqua, ad dies uitæ pœnitẽtiando ponendo etiam, poſt ad ſcalas ante portas eccleſiæ tales,&c.habent tamẽ poteſtatem epiſcopi mitigare,aut etiam aggrauare poſt annum,& tempora,per formam tenoris ſequentis.

SI autem taliter deprehenſus per annum uel plus, uel alio maiori congruo tempore expectatus, perſtiterit in negatiua continuè,& teſtes legitimi in affirmatiua,diſponant ſe epiſcopus & iudices ad relinquendum eundem brachio ſeculari,mittendo eidem aliquos probos uiros,fidei zelatores,& præſertim religioſos, eidem non ingratos,ſed familiares & gratos,qui ſibi indicent ꝙ mortem non poteſt euadere temporalem ,dum ſic ſtat negatiua, ſed traderetur tali die ut hæreticus impœnitens poteſtati curiæ ſecularis.Et nihilominus epiſcopus & officialis mittat Baliuo ſeu poteſtati curiæ ſecularis,quatenus tali die & hora,& in tali loco,extra eccleſiam tamen,ueniat cum familia ſua recipiendum quendam hæreticum impœnitẽtem,quem tradent ei.Et etiam quod faciet publice præconizari in locis illis,in quibus præconizationes aliæ fieri

conſueuerunt, quod oẽs ſin tali die & hora, in tali loco ad audiendum ſermonem quæ prędicator faciet de fide, & tradent epiſcopus & officialis quendam hæreticum pertinacem brachio ſeculari. Adueniente aũt die prædicta ad ferendum ſententiam aſſignatam, erunt epiſcopus & officialis in loco prædicto ipſo tradendo, ibidem exiſtente alto clero & populo congregato, ut eminenter ab omnibus uideatur, ac præſente poteſtate curiæ ſecularis, ſtãdo ipſo tradendo. Quibus lectis, feretur ſententia per hunc modum.

NOS. N. miſeratione diuina epiſcopus talis ciuitatis, aut Iudex in terris talis domini. Attendentes quod tu talis, de tali loco, talis diocœſis, fuiſti nobis delatus de tali hæretica prauitate. Exprimantur. Et uellemus certiorari an ea quæ de re & contra te nobis dicta fuerant, ueritate aliqua fulcirentur, & an tu ambulares in tenebris aut in luce, deſcendimus ad nos informandum, teſtes diligentius examinandum, teque uocandum ac interrogandum ſæpius medio iuramento defenſionesque exhibendum, ac ad omnia & ſingula faciendum quæ per nos fienda erant ſecundum canonicas ſanctiones. Verum cum uellemus præſens tuum negotium fine debito terminare, ſolenne conſilium tam in theologica facultate quam in Iure canonico & ciuili, coram nobis fecimus congregari, & uiſis ac diligenter diſcuſſis proceſſus meritis, et omnibus & ſingulis in præſenti cauſa productis, deductis, actis & actitatis, prędictorum conſilio digeſto pariter & maturo, reperimus contra te legitime probatum quod fuiſti tanto tempore infectus hæretica prauitate, et iam reperimus ꝙ feciſti dixiſti talia & talia exprimantur, ex quibus apparet manifeſte quod es legitime deprehenſus in prædictam hæreticam prauitatem. Sane cum cuperemus prout adhuc cupimus, te ueritatem fatendo reſilire ab hæreſi ante dicta, & reduci ad gremium eccleſiæ ſanctę, ac ad ſanctæ fidei unitatem, ut ſic ſaluares animam tuam, & tam animæ quam corporis mortem euaderes gehẽnalem, tam per nos quam per alios noſtram diligentiam, exercẽtes, ac

per te longa tempora expectãtes, tu in reprobum ſenſum datus, contempſiſti, acquieſcere noſtro conſilio ſaniori, immo perſtitiſti, & perſiſtis, in negatiua pertinacia, ac contumaci animo indurato, quod dolentes referimus, & referendo plangimus ac dolemus. Verum cum eccleſia Dei tanto tempore expectauerit, quatenus reſilires recognoſcendo propriam tuam culpam, & nolueris neq; uelis, & non habeat ultra quid gratis faciat ac mercedis. Quapropter ut ſis cæteris in exemplum, & alii ab huiuſmodi hæreſibus arceantur, & tanta facinora non remaneant impunita. Nos epiſcopus &, Iudices in cauſa fidei memorati, ſedentes pro tribunali, more iudicum iudicantium, ſacroſanctis euangeliis poſitis coram nobis, ut de uultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri uideant æquitatem, habentes præ oculis ſolũ Deum, & ſanctæ fidei gloriam & honorem, te talem in noſtra præſentia conſtitutum, hac die, & hora, & loca, ad audiendam diffinitiuam ſentẽtiam aſſignatis, diffinimus, declaramus & ſententiamus, te eſſe hæreticum impœnitentem, tradẽdũ ſeu relinquẽdum, ut talem brachio ſeculari, ac per noſtram ſententiam ut uere hæreticum pertinacem, impœnitẽtem, a foro eccleſiaſtico te proiicimus, & tradimus ſeu relinquimus brachio ſeculari, ac poteſtati curię ſecularis eandem curiam ſecularem efficaciter deprecantes, quatenus circa & citra ſanguinis effuſionem, & mortis periculum, ſuam ſententiam moderetur. Lata eſt hęc ſententia, & cætera.

POTERVNT autem Epiſcopus & Iudices diſponere, quod aliqui probi uiri fidei zelatores ipſi relicto, curię ſeculari non ingratos, ſed familiares & gratos, aſſocient dictum relictum, dum curia ſecularis in eum ſuum officium exequetur, qui eum cõſolentur, & adhuc inducant, quod fatendo ueritatem, & recognoſcendo culpam ſuam reſiliat ab erroribus ſuis. Quod ſit forſan poſt ſentẽtiam, & iam relictus ad locum ubi eſt comburendus deductus, dixerit ſe uelle fateri ueritatem, & recognoſcere culpam ſuã, & ita fecerit, ac paratus fuerit huiuſmodi hæreſim &

omnem

omnem aliā abiurare, licet prçſumatur ꝙ hoc faciat plus
metu mortis ꝙ̃ amore ueritatis, crederem ꝙ ex miſericor
dia poſſit recipi ut hęreticus pęnitens, & perpetuo immu
rati, iuxta glo. ſuper ca. abolendam. §. præſenti. & uer. au-
dientia. & cap. excommunicamus. 2. de hęr. quamuis de ri
gore iuris nec tali cōuerſioni eſt magna fides a iudicibus
adhibēda, imo & propter damna temporalia illata ipſum
ſęmper punire poſſunt.

Super conuictum, ſed fugitiuum, uel ſe contumaciter abſentantem.

QVAESTIO XXXII.

TREDECIMVS & ultimus modus proceſſum fidei terminandi, & ſententiādi, eſt quādo delatus de hæretica prauitate, proceſſus meritis diligēter diſcuſſis, cū bono conſilio in iure peritorum, reperitus cōuictus de hæretica prauitate, eſt tamē fugituus ſeu abſens cōtumaciter, ſed congruo tempore expectatus, & hoc eſt in tribus caſibus. Primus eſt, quando delatus eſt deprehēſus in hæreſim, uel in confeſſione propria, uel facti euidētia, uel teſtiū productione legitima, ſed fugerit, uel ſe abſentauerit, & citatus legitime noluerit comparere. Secūdus caſus eſt quādo aliquis eſt delatus & receptus aliquali informatione cōtra eū, habetur aliqualiter ſeu leuiter ſuſpectus, & ſic citetur reſponſurus de fide, & quia renuit cōtumaciter comparere excōmunicatur, & excōmunicatus ſuſtinet illam excōmunicationem animo pertinaci, & ſemper cōtumaciter ſe abſentat. Tertius caſus eſt, quādo aliquis impediuit directè ſententiam ſeu proceſſum fidei epiſcopi uel iudicum; uel qui ad hoc dederit auxiliū, conſilium uel fauorem, talis eſt excōmunicationis mucrone percuſſus, quam ſi ſuſtinuerit per annum animo indurato

ex

ex tunc eſt ut hæreticus condemnandus,per ca.ut inquiſitionis.§.prohibemus de hęre.lib.6.& contumaciter ſe abſentauit.In primo caſu ille talis eſt impęnitens hæreticus condemnandus,iuxta.ca.ad abolendam.§.pręſenti . In ſecundo caſu & tertio,nõ eſt hæreticus impœnitens iudicandus, ſed tanquam ut pœnitens hęreticus condemnandus, iuxta ca.cũ contumacia ,& per cap.ut inquiſitionis,§.prohibemus de hęreti.lib.6.circa quemlibet iſtorum talis practica eſt ſeruanda,talis enim congruo tẽpore expectatus, citetur per epiſcopum & officialem,in eccleſia cathedrali illius diœceſis,in quo deliquit,& in aliis eccleſiis illius loci,ubi domicilium contrahebat,& ſpecialiter unde fugit, & citabitur per formam tenoris ſequentis.

NOS .N. miſeratione diuina epiſcopus talis ciuitatis , &c.aut Iudex talis diocœſis , ſpiritum conſilii ſanioris . Præterea cunctis noſtræ mentis deſiderabilibus, illud potiſſimum infigitur cordi noſtro , temporibus noſtris in dicta tali diocœſi,uberem florẽtemq; eccleſiam, uineam inquam Dñi Zabaoth , quam ſummi patris dextera uirtuoſis complantauit , quam eiuſdem patris filius proprii ac uiuifici unda cruoris uberibus irrigauit , quã ipſe almus ſpiritus paraclitus,miris & ineffabiliuſque donis intimus fœcundauit,quã tota ipſa incomprehenſibilis atq; inattingibilis trinitas beata,grãdiſſimis uariiſq; priuilegiis ſanctius dotauit,pariterq; ditauit,aper de ſilua qui eſt,& qui dicitur hęreticus quilibet,abſorbeat & depaſcat,fructus fidei uberes deuaſtando,ac lacerantes, hæreſim,uepres,palmitibus inſerẽdo,ſerpenſq; tortuoſus noſtri improbus humani generis inimicus,efflans uirtus, qui eſt ſathanas, & diabolus eiuſdem uineæ dominicæ palmites inficiat,atq; fructus uirus prauitatis hęreticæ immittendo,nec etiam ager ipſe dominicus,populus inquam catholicus,ad quem excolendũ pariter & ferendum , deſcendit de ſommorũ polorum arce Dei patris unigenitus,atq; primogenitus,ſeminauit miris,ſanctiſq; prædicationibus, diſcurrit per uillas & caſtella , docens non ſine magnis fatigationibus Elegit apoſtolos,uiros utique operarios, in-

duſtrios

duſtrios,ac conduxit,ditans illos æternis retributionibus expectans ipſe Dei filius,de agro iſto magno,illa die iudicii extremo uberes manipulos colligere,& per manus sãctorum angelorum recondere in cœleſti horreo ſancto ſuo,Samſonisque uulpeculę incerta,teque quę ſicut perſonæ labe hæretica prauitate,facies quidem habentes diuerſas cauſas,ſed ignitas adinuicem colligatas,quia de uarietate flammæ conueniunt in idipſum ſegetem domini cam iam albam ad meſſem , ſplendoribus fidei relucentem , morſu amariſſimo demoliantur , ac diſcurſu ſubtiliſſimo pergant , impetuq; ualidiſſimo accedant , pariter & accedant,diſpenſent & deuaſtent ſynceritatem ſanctæ fidei catholicæ,ſubtiliter & damnabiliter ſubuertendo. Quapropter cum tu talis incideris in damnatas hæreſes maleficarum , illas publice in tali loco practicando , ſeu taliter dicatur : ſeu fueris per teſtes legitimos conuictus de hæretica prauitate,ſiue propria deprehenſus confeſſione,iudicio per nos receptus,& poſt captus,fugeris, medicinam refutans ſalutarem,citauerimus te , ut de & ſuper iis,coram nobis manifeſtius reſpõderes,tuque ductus maligno ſpiritu , pariter & ſeductus , renueris comparere, uel ſic. Quapropter cum tu talis declaratus nobis dę hæretica prauitate,& recepta informatione contra te,alias de eadem eſſes nobis ſuſpectus leuiter , quoniam fores infectus labe prędicta , citauimus te , quatenus coram nobis perſonaliter comparens de fide catholica reſpõſurus , cumque citatus renueris comparere contumaciter excommunicauimus te,ac excommunicatum fecimus publicari.In qua ſtetiſti per annum,ſeu annos tot , animo pertinaci,latitans hinc inde,ita ꝙ nunc quo te duxerit ſpiritus malignus ignoramus,& cum te expectauerimus miſericorditer & benignè,ut reuerteris ad gremium ſanctæ fidei,unitatem tu facere contempſiſti,in reprobum ſenſum datus.Sanè uolumus & tenemur iuſtitia nos cogente,cauſam tuam huiuſmodi fine debito terminare,nec ualeamus tua nephanda crimina conniuentibus oculis tollerare.Nos epiſcopus & iudices in cauſis fidei ſupradictis,

te talem ſæpe fatum latitantem,profugum & fugitiuum, per præſens noſtrum edictum publicum,requirimus pari ter & citamus peremptoriè, quatenus die tali,talis menſis,tali,anno,in tali eccleſia cathedrali talis diocœſis. hora tertiarum compareas perſonaliter coram nobis,diffinitiuam ſententiam auditurus,ſignificantes quod ſiue cōparuerit ſiue non, procedemus ad noſtram diffinitiuam ſententiam,contra te prout ius & iuſtitia ſuadebūt.Et ut prius noſtra citatio perueniat ad tui notitiam,nec ualeas ignorantiæ uelamine te tueri,præſentes literas dictam requiſitionem & citationem noſtram,in ſe continentes,uolumus & mandamus affigi in ualuis publicè prædictæ eccleſiæ cathedralis.In quorum teſtimonium ſingulorum, præſentes noſtras literas impreſſione noſtrorum ſigillorum iuſſimus communiri.Datum.

Adueniente autem die præfixa,ad audiendam diffinitiuam ſententiam aſſignata. Si profugus comparuerit , & conſenſerit publicè omnem hæreſim abiurare,humiliter petens admitti ad miſericordiam,poſtulando ſi relapſus non fuerit admittetur . & ſi fuerit deprehenſus propria cōfeſſione, uel teſtium legitima productione , abiurabit & pœnitebit, ut hæreticus pœnitens , ſecundum modum quo agitur ſupra in octauo modo proceſſum fidei terminandi,ubi de talibus agitur,ſi fuerit ſuſpectus uiolenter , ita quod citatus reſponſurus de fide noluit comparere,& fuit ex hoc excommunicatus, & ſtetit in excōmunicatione per annum,animo pertinaci,& pœnitebit,admittetur, & adiurabit omnem hæreſim, & pœnitebit, ut hæreticus ſuſpectus de hæreſi uiolenter. Pœnitens ſecundum modum quo agitur ſupra in ſexto modo proceſſum fidei terminandi.Si autem comparuerit, & non conſenſerit abiurare tradetur uerus hęreticus impœnitens brachio ſeculari,per modum quo dictum eſt ſupra, & agitur in decimo modo proceſſum fidei terminandi.Si autem contumaciter renuerit comparere, tunc formetur ſententia per modum tenoris ſequentis.

Nos.N.epiſcopus miſeratione diuina , talis ciuitatis,

Atten-

Attendentes quod tu talis de tali loco, talis diocœſis, fuiſti nobis de hæretica prauitate, fama publica referente, ſeu fide dignorum inſinuatione delatus. Nos quibus ex officio decumbit, deſcendimus ad uidendum ac inquirendum, an clamor qui ad aures noſtras peruenerat, ueritate aliqua fulciretur. Verum cũ inueniſſemus te ĩ hęreſim deprehenſum, deponentibus contra te quampluribus teſtibus, fide dignis, te coram nobis aduocatum iuſſimus detineri, dicatur ſicut factum fuit, an uidelicet comparuerit, & medio iuramento interrogatus, faſſus fuerit, uel nõ Sed poſt maligni ſpiritus conſilio ductus & ſeductus, mutuens tua uulnera uino & oleo ſalubriter confoueri auſu giſti, aut ponatur, ſi ita eſt, carcerem & arreſtum, fregiſti pariter & aufugiſti, latitans hinc inde, & quo te malignus ſpiritus duxerit ante factus totaliter ignoramus: uel ſic. Verum cum inueniſſemus contra te taliter ut prædicẽt, nobis delatum de hæretica prauitate, multa inditia pp quæ ſuſpectũ leuiter de hæretica prauitate, p̃dicta, te merito habeamus, citauimus te per publicum edictum in talibus & talibus eccleſijs, talis diocęſis, quatenus infra certum terminum tibi pręfixus coram nobis in tali loco perſonaliter cõpareres, in & ſuper prædictis cõtra te depoſitis & alias de fide catholica, & eius articulis reſpõſurus, tum uero inſano conſilio adhærendo, renuiſti contumaciter comparere, cumq; iuſtitia exigente, te excommunicauerimus, ac fecerimus excommunicatum publicè denũciari, tu medicinam refutas ſalutarem, dictam excommunicationem ultra quàm per annum ſuſtinuiſti, & adhuc ſuſtines in reprobum ſenſum datus, animo pertinaci, & profugus, latitans hinc inde, ut quo te malignus ſpiritus duxerit ignoramus. Sane cum longo tempore, quia tanto die te expectauerit eccleſia ſancta Dei miſericorditer & benigne, quatenus ad eius miſericordiæ gremium euolares, ab erroribus reſilendo, & iuxta fidem catholicam profeſſam operando, ipſaque te clementia uberibus enutriret, malignorum ſeductus conſilio, acquieſcere recuſaſti, in tua pertinacia perſeuerans. Verum cum uellemus

prout

prout uolumus & debemus,iuſtitia nos cogente, cauſam tuam ſine debito per ſẽtentiam terminare, citauimus te, quatenus hac die & hora, & hoc loco comparares perſonaliter coram nobis, diffinitiuam ſententiam auditurus, & quia renuiſti contumaciter comparere,merito te oſtẽdis uelle perpetuo in tuis hæreſibus & erroribus remanere quod dolentes referimus,& referendo dolemus.Sed cũ non poſſumus nec uelimus iuſtitiam ſubterfugere,nec tã tam inobedientiam & contumaciam ad dei eccleſiam tollerare.Ad exaltationem fidei orthodoxæ,& ad extirpationem hæreticæ prauitatis, iuſtitia exigente, & tua inobedientia & cõtumacia requirente, hac die & hora, & loco tibi in antea ad audiendam diffinitiuam ſententiam peremptorie aſſignatis, præhabito multorum conſilio peritorum,tam in theologica facultate, quàm in iure canonico & ciuili,proceſſus meritis uiſis & diligenter diſcuſſis, ſedentes pro tribunali more iudicum iudicantium,ſacroſanctis euangelijs poſitis coram nobis,ut de uultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri uideant æquitatem, habentes præ oculis ſolum Deum, & ſanctæ fidei irrefragabilem ueritatem, cõtra te talem,abſentem & præſentem, beati Pauli apoſtoli ueſtigia imitantes, ſententiam diffinitiuam taliter ferimus in his ſcriptis, Chriſti nomine inuocato. Nos epiſcopus & iudices in cauſa fidei memorati, attendentes in cauſa iſta fidei, ac proceſſibus inde confectis, ordinem iuris fore ſeruatum. Attendentes etiam quòd legitimæ citatus nõ comparuiſti, nec per te, nec per alium te aliqualiter excuſaſti. Attendẽtes etiam quòd in præfatis hæreſibus longo tempore pertinaciter perſtitiſti, & adhuc etiam perſeueras, & excommunicationem per tot annos in cauſa fidei ſuſtinuiſti,prout ex nunc ſuſtinet animo indurato. Attendentes etiam quod eccleſia ſancta Dei non habet ultra erga te quid faciat eum perſeueres & perſeuerare, uelis ĩ excommunicatione & hæreſibus prælibatis.Propterea beati Pauli Apoſtoli ueſtigia ſectantes,declaramus,diffinimus, & ſententiamus, te talem abſentem & præſentem eſſe hæreticum

perdi-

pertinacem,& ut talem relinquendum brachio ſeculari, & per noſtram ſententiam diffinitiuam te a foro eccleſiaſtico repellimus & relinquimus poteſtati curiæ ſecularis,eandem curiam affectuoſe deprecantes, ut ſi quando te habuerit in ſua poteſtate,erga te citra ſanguinis effuſionem & mortis periculum ſuã ſententiã moderetur. Lata fuit hæc ſententia,&c.Conſiderandum hic quod ſi iſtæ profugus & contumax fuerit deprehenſus in hæreſi, uel propria confeſſione,uel teſtibus legitimis,& ante abiurationem fugit,eſt per ſententiam uere hæreticus impœnitens iudicandus,& ita in ſententia ponendum eſt. Si autem aliter non fuit deprehenſus,niſi quia delatus & ſuſpectus habitus,fuit citatus reſponſurus de fide, & quia renuit comparere,fuit excõmunicatus,& in excommunicatione tali ſtetit ultra quam per annum,animo indurato, & tandem noluit comparere,iſte non eſt iudicandus hæreticus,ſed ut hæreticus,& ut talis condemnandus,& ita puniendum eſt in ſententia,ut dictum eſt prius.

Super perſonam delatam ab alia malefica incinerata,uel incineranda,qualiter ſic ſententiandum.

QVAESTIO XXXIII.

QVartusdecimus modus ꝓceſſum fidei terminandi,& ſententiandi,eſt quando delatus de hæretica prauitate, proceſſus meritis circa deponentem diligentes diſcuſſis, cum bono conſilio in iure peritorum, reperitur de tali hæretica prauitate tantummodo ab altero malefica incinerata uel incinerãda,delatus uel delata,& hoc contingere põt tredecim modis,tãquam per tredecim caſus, quia ſit delatus uel reperitur immunis & abſoluendus to

taliter uel reperitur cum hoc diffamatus de tali hæreſi generaliter,uel reperitur ultra infamiam quæſtionibus exponendus aliqualiter,uel reperitur ſuſpectus de hæreſi uehementer,uel reperitur ſuſpectus de hæreſi uiolenter, uel reperitur diffamatus & ſuſpectus inſimul & communiter. Et ſi conſequenter in aliis caſibus, prout in uigeſima quæſtione tactum eſt,ut ad tredecimum incluſiue. Primus modus ſit quando tantummodo ab ipſa malefica detenta delatus eſt,& non conuincitur nec confeſſione propria,nec teſtium productione legitima, nec alias reperiuntur indicia ex quibus ueriſimiliter tãquam ſuſpectus iudicari poſſit talis omnino,uenit abſoluendus etiam per ipſum iudicem ſecularem,qui deponentem aut incinerauit, aut incinerari propria auctoritate, aut ex commiſſione epiſcopi, iudicis ordinarii habuit, & abſoluetur per ſententiam in primo modo proceſſum fidei terminandi, circa uigeſimã quæſtionem contentam.Secundus modus incidit,quando ultra hoc quód a detenta delatus eſt,etiam per totã illam uillam ſeu ciuitatem,diffamata exiſtat, ita quod tantummodo infamia præcisé & ſola laborauit ſemper licet poſt per depoſitionem detẽtæ maleficæ infamia ſit aggrauata. Circa talem talis prædicta eſt ſeruanda, quia Iudex conſiderando quod ultra infamiam nihil in particulari aduerſus eam ab aliis fide dignis in uilla aut oppido, probatur, licet forte detentæ certa grauia aduerſus eũ depoſuit, q̃a tamen fidem perdidit abnegando illam diabolo, unde & difficulter eius dictis à Iudicibus fides adhibetur, niſi ex aliis circunſtantiis illa infamia aggrauaretur, & tunc in tertium iam ſequentem modum inciderit, ideo canonica purgatio erit tunc indicenda,& procedetur per ſentẽtiam in ſecundo modo proceſſum fidei terminandi,circa uigeſimamſecundam quæſtionem contentam.

ET ſi Iudex ciuilis illam purgationem coram epiſcopo decreuerit fieri,& ſolemniter, in finem ut ſi deficeret, ut tunc per eccleſiaſticum & ciuilem Iudices in exemplum aliorum,eo firmiori ſententia puniretur,bene quidem fit. Si autem per ſe uoluerit exequi, mandet ut decem uel uiginti

ginti compurgatores ordinis ſui habeat, & procedat ut in ſecundo modo ſententiandi tales tactum eſt, niſi quòd ubi excommunicandus eſſet, quòd tunc ad ipſum ordinarium recurſum habeat. Et hoc contingeret ubi ſe purgare nollet. Tertius modus igitur incidit ſuper talem delatum, ubi licet non uincatur confeſſione propria, nec teſtium productione legitima, nec facti euidentia, nec ẽt ſunt indicia ſuper aliquod factum, in quo unquam notatus fuiſſet ab aliis inhabitatoribus uillæ aut oppidi, niſi ꝙ infamia tantum laborauit apud eos, aggrauatur aũt infamia ex detentæ maleficæ detentione, utpote qui aſſeruit illum uel illam in omnibus fuiſſe ſociam, & ſecum in criminibus participaſſe, hoc ipſum tamẽ ſicut cõſtanter delata negat, ita & aliis inhabitatoribus uel non eſt notum, uel de nulla niſi de honeſta conuerſatione, ſeu etiam participatione ipſis conſtat, circa talẽ talis prædicta ſeruatur. Primo quod adfrõtare ſe habent facie ad faciem: & obiectiones mutuæ & reſponſiones diligenter ſunt conſiderandæ, & ſiquidem uarietas aliqua in uerbis incideret, unde iudex uerisimiliter ex conceſſis & negatis præſumere poteſt ipſam delatã merito quæſtionibus exponẽdam, procedatur per ſententias in tertium modum proceſſum fidei terminandi, circa uigeſimamtertiam quæſtionem contentas, ipſam tormentis leuiter exponendo, adhibitis cautelis aliis quamplurimis & neceſſariis, de quibus circa principium huius tertiæ partis, ſupra patuit ad longum, & ex quibus præſumitur talẽ eſſe aut innoxiã aut ream. Quartus modus incidit, ubi talis delatus inuenitur ſuſpectus leuiter, & hoc uel confeſſione propria, uel depoſitione alterius detentæ, & ſunt qui ad hanc leuem ſuſpitionem reducunt illos qui ad procandũ mulieres maleficas conſuluiſſent, uel ubi inter coniugatos odio ſe mutuo proſequentes, amorem procuraſſent, aut etiam pro aliquo cõmodo temporali apud maleficas laboraſſent, ſed quia tales utiq; excõmunicati ſunt tanquam hæreticorũ credentes, iuxta ca. excõmunicamus. 1. §. credentes. lib. 6. de hęre. ubi dicitur. Credentes aũt eorum erroribus, hæreticos ſimiliter iu-

dicamus,quia etiã ex factis præſumitur de effectu,ad hoc arg.32.q.2.qui uiderit,ideo uidetur ꝙ acrius ſunt puniẽdi & ſententiandi, q̃ illi qui de hæreſi leuiter habentur ſuſpecti,ꝓut iudicandi ſunt aliqui ex leuibus coniecturis puta quia eis ſeruicia exhibuiſſent,literas detuliſſent,eorum erroribus,ſi nullam fidem adhibuiſſent, ꝙ tamen illos non manifeſtaſſent,alimonia ab eis accepiſſent.Sed ſiue illi,ſiue iſti intelligantur, hoc quod in conſilio peritorum concluſum fuerit ſuper leuem ſuſpitionẽ, proſequẽdum erit à Iudice per talem practicamtalis enim aut abiurabit,à canonice ſe purgabit, ſecundum quod in quarto modo proceſſum fidei terminãdi, ſub quæſtione uiceſimaquarta tangitur. Sed tamen quia potius uidetur ꝙ abiuratio ſit indicenda,& hoc propter alle.ca.excõmunicamus.1.§.qui uero inuenti fuerint ſola ſuſpitione notabili &c.tamen non debent ſi relabatur pœna relapſorũ puniri,& procedetur prout in quarto modo proceſſum fidei terminãdi,circa uiceſimãquartã quæſtionem tactũ eſt.Quintus modus incidit,ubi talis delatus inuenitur ſuſpectus uehementer,& hoc ſimili modo, uel confeſſione propria,uel depoſitione alterius maleficæ detectę,& ſunt qui ad hãc leuem depoſitionem reducũt impeditores iudicum directe uel indirecte eorum officium inquirendo, maleficas impediẽdo,dummodo hoc ſcienter fecerint, ex cap.ut inquiſitionis negocium.lib.6.de hær. Itẽ reducũt omnes qui impedientibus præſtant ſcienter auxiliũ, cõſilium uel fauorem,patet per allegatum ca.inquiſitionis. Item reducũt qui citatos aut captos hæreticos inſtruũt de celanda ueritate,& ut illam ſubiaceant uel falſitatem aſſerant,& hoc ex ca.accuſatus.& §.fi.Item reducunt omnes,qui eos quos ſciunt hæreticos receptant,ſcienter deducunt,uiſitant,uel aſſociãt,munera mittunt,ſeu fauorẽ impendũt,quæ oĩa in fauorẽ non perſonæ,ſed culpæ fiũt ubi ſciẽter fiunt,& ideo dicunt ꝙ ubi delata perſona participat de pręmiſſis, & hoc per conſilium ita iudicatum fuerit,tũc iuxta quintum modum proceſſum fidei terminandi,ſub quæſtione uiceſimaquinta ſentẽtianda eſt,tali

ter ut oēm hæreſim ſub pœna relapſorū ubi reciderit,habeat abiurare.Poſſumus tamen aſſerere adiiciendo ꝙ Iudices reſpectum habeant ſuper unius cuiuſq; maleficę incinerata aut detenta, ſamiliam, prolem, ſeu etiam progeniem,eo quod ut plurimum tales reperiuntur infectæ, cum maleficæ etiam proprios infantes ex dæmonū informatione ipſis habent offerre,unde & indubiè in quibuſcunque flagitiis informare, patent hæc ex prima parte operis.Probatur & ex eo quod ſic in ſimplici hæreſi propter agnitorū hęreticorum familiaritatem, dum quis de hæreſi infamatus exiſtit,etiam conſequenter ratione familiaritatis eſt de hęreſi uehementer ſuſpectus, ita & in hac hęreſi maleficarum,præfatus autem caſus patet in c. inter ſollicitudines,extra.de purgatione.c.ubi apparet ꝙ ratione infamiæ de hæreſi,fuit Decano cuidam indicta canonica purgatio,& ratione familiaritatis hæreticorum, abiuratio publica,& ratione ſcandali fuit priuatus beneficio,quouſque ſcandalum ſopiretur. Sextus modus incidit,ubi talis delatus efficitur ſuſpectus uiolenter, hoc autem fit non ad ſimplicem uel nudam depoſitionem alterius maleficę detentæ,ſed ad iudicia facti, quæ eliciuntur ex quibuſdam uerbis & factis à malefica detenta perpetratis & prolatis, quib. ad minus delata aſſeritur inter fuiſſe,& operibus deponentis cōmunicaſſe.Pro quorū intelligētia,aduertēda ſunt ea quæ ſupra quæſtione decima nona tacta ſunt,præcipue ſuper uiolentam ſuſpitionem, quomodo ex uiolentibus & conuincentibus oritur coniecturis,& qualiter Iudex uiolētatur ad credendū ex ſola ſuſpitione aliquem eſſe hęreticum, qui tamē fortaſſis bonus catholicus in corde exiſtit Sicut canoniſtæ exemplificāt circa ſimplicem hæreſim,de eo qui citatus in cauſa fidei ad reſpondendum renuit comparere contumaciter, propter quam cōtumaciam excōmunicatur, in qua ubi per annum perſeuerauit,efficitur ſuſpectus de hæreſi uiolenter.Quare & a ſimili circa talem delatam aduertenda ſunt inditia facti,ex quibus efficitur uiolenter ſuſpecta, & ponatur caſu quod detenta malefica aſſeruit illam in

terfuiſſe ſuis maleficii, quę tamen delata conſtanter negat,quid ergo faciet?utique opus erit conſiderare, an ex aliquibus operibus ſit uehementer ſuſpecta, & an uehemens ſuſpicio in uiolentam ualeat tranſire, ſicut in præfato caſu citatus reſponſurus, ubi non comparet, ſed renuit contumaciter,fit ſuſpectus leuiter de hæreſi, etiam ubi citatus fuit in non cauſa fidei. Si autem in cauſa fidei citatus renuit comparere, & propter contumaciam excommunicatur,tunc fit ſuſpectus uehementer, quia tūc leuis ſuſpitio tranſit in uehementem,& ſi per annum perſiſtat,tunc uehemens tranſit in uiolentam, ita conſiderabit Iudex,ſi ratione familiaritatis contractæ cum detenta malefica ſit delata uehementer ſuſpecta, ut immediate in quinto modo incidenti tactum fuit,tunc opus erit conſiderare, an ipſa uehemens ſuſpitio in uiolentam, tranſire poſſit, præſumitur enim quod tranſire poſſit, id eſt, quod flagitiis detentæ ipſa delata interfuit,ubi familiaritatem cum ea frequenter habuit. Eſt ergo procedendum Iudici iuxta ſextum modum proceſſum fidei terminandi,prout in uigeſimaſexta quæſtione tangitur. Quod ſi quæritur quid faciet Iudex ſi adhuc talis delata ab altera malefica,detenta omnino perſiſtat in negatiua, non obſtātibus quibuſcunque inditiis aduerſus eam productis? reſpondetur.

Primo Iudex debet aduertere ſuper earum negatiuas reſponſiones,an ex uicio ſeu maleficio taciturnitatis proueniant, ſiue non, & quidem ut in primis quæſtionibus, quæſtione decimaquinta & decimaſexta huius tertiæ partis patuit, Iudex cognoſcere poteſt ſi flere & lachrymas emittere ualeat, & ubi in quæſtionibus quaſi inſenſibilis redditur,ita quod ad priſtinas uires faciliter redit, tunc quidem uiolenta ſuſpitio aggrauatur, & tunc omnino nō eſt libere dimittenda,ſed ſecundum ut in ſexto modo ſententiandi,& proceſſum fidei terminandi patuit,ſupra allegato perpetuis carceribus ad pœnitentiam peragendam deputanda. Si uero maleficio taciturnitatis non ſit infecta,propter uehementes dolores,quos in quæſtionibus ſuſtinet,

tinet, uerè & realiter, cum tamen aliæ ex maleficio taciturnitatis quaſi inſenſibiles reddnntur, ut dictum eſt, tunc ultimum refugium Iudex habere poteſt ſuper canonicam purgationem, quæ ſi a ſeculari iudice indicitur, dicetur uulgaris licita, quæ non numero purgationum uulgariũ, de quibus. 2. q. 4. conſuluiſti. & cap. monomachiam dicitur. In qua purgatione ſi defecerit, ut reus uel rea iudicabitur. Septimus modus incidit, ubi delatus ipſe non reperitur legitime deprehenſus, nec propria confeſſione, nec facti euidentia, nec teſtiũ ꝓductione legitima, ſed tantum reperitur a detenta malefica delatus uel delata, & cũ hoc reperiuntur inditia quæ ipſum reddunt ſuſpectum leuiter uel uehementer, utpote quia ſolummodo habuit magnã familiaritatem cum maleficis, tunc tali ratione infamiæ eſt dicenda canonica purgatio, iuxta canonem allegatum, inter ſollicitudines, & ratione ſuſpicionis hæreſim abiurare, cum pœna relapſorum ubi recidiuaret ſi uehemẽter ſuſpectus, uel ſine illa ſit leuiter, & procedatur ut in proximo modo proceſſum fidei terminando, circa ca. 27. q. tactum eſt. Octauus modus incidit ubi ſic delatus reperitur confeſſus hæreſim illam, ſed pœnitens & nunquam relapſum. Vbi notandum quod conſequenter ubi agitur de relapſis & non relapſis, pœnitentibus & non pœnitentibus, tales diſtinctiones tactæ ſunt propter Iudices, qui de ultimis inferendis ſuppliciis non ſe intermittunt, ideo ciuilis Iudex ſuper confeſſam ſiue pœniteat, ſiue non, ſiue relapſa fuerit ſiue non, per ciuiles & imperiales leges procedere poteſt, ut iuſtitia ſuadebit, tantummodo recurſum ad ipſos tredecim modos ſententiandi habere poteſt, & ſecundum illos reſoluere ubi aliquod ambiguum interuenerit.

Super modum ſententiandi maleficam maleficia tollentem, in ſuper etiam ſuper maleficas obſtetrices & maleficos ſagittarios.

QVAESTIO XXXIIII.

Quintuſdecimus modus proceſſum fidei terminādi,& ſentētiandi,eſt quādo delatus de hæretica prauitate,reperitur maleficia non inferentē,ſed tollentem.Circa iſtum talis practica eſt ſeruāda,quia aut utitur remediis licitis,aut illicitis,& ſiquidē licitis,nō ut maleficus,ſed ut Chriſticola eſt iudicandus.De quibus licitis remediis ſupra circa principiū huius tertiæ partis ad longū patuit.Si uero illicitis,tūc diſtinguendū,quia aut ſunt illicita ſimpliciter,aut ſecūdū quid.Si ſimpliciter adhuc dupliciter,quia uel nocumento proximi,uel ſine nocumento,utroque tñ modo ſemper cū expręſſa dęmonū inuocatione.Si uero illicita,ſecūdū quid,puta quia abſq; expreſſa,licet nō abſq; tacita dæmonū inuocatione fiūt,talia iudicantur, uana potius q̃ illicita nominari a canoniſtis & certis theologis,ut ſupra in j.q.huius ultima parte totius operis patuit.Iudex ergo quicūq;,ſiue eccleſiaſticus ſiue ciuilis,licet primos & ultimos nō habeat reprobare, & ſi quāter primos potius cōmēdare,& ultimos tollerare, ꝑ ut canoniſtæ aſſerūt licitū eſſe uana uanis cōtūdere.Illos tñ qui cū expreſſa dæmonū inuocatione malefica auferūt nullo mō tollerare debet,pręcipue illos qui cū nocumēto proximi talia cōmittūt,& dicūtur cū nocumēto proximi practicare,qñ maleficiū ita ab uno aufertur & alteri infertur,nec obſtat ſi illa cui infertur ſit malefica ꝑ ſe,ſiue nō ſiue ſit illa quæ maleficiū intulit ſiue nō & ſiue ſit homo ſiue quæcūque alia creatura,patent ſuper hęc oīa acta & geſta in prima q.ſupra allegata,deducta.Si quæritur,quid faciet Iudex,ubi talis aſſerit ſe maleficia tollere per licita

&

& nõ illicita remedia,aut quõ poſſit talia ueraciter Iudex cognoſcere?Reſpondetur q citato illo interrogetur quibus mediis utatur,nec tamen uerbis ſuis ſtandũ , ſed eccleſiaſticus Iudex cui ex officio incũbit,diligenter inquirat ſiue p ſe,ſiue per plebanũ aliquẽ,quia ſingulis parrochiis exacte ſub præſtito iuramento quod exigere poteſt, perquirat,quibus remedijs utatur,& ſi quidẽ inuentũ fuerit,prout cõmuniter inueniũtur cum ſuperſtitioſis remediis omnino non ſunt propter horribiles pœnas a canonibus inflictas,ut inferius patebit tollerandæ.Et ſi quæritur unde poſſunt remedia licita ab illicitis diſcerni, cum ſemper aſſerant,ſe quibuſdam orationibus,& herbarum applicationibus,huiuſmodi amouere?Reſpondetur, hoc facile foret dummõ diligens inquiſitio fieret,nam quia neceſſe habent ſuperſtitioſa remedia occultare , eo ut non reprehendantur,ſeu ut facilius mentes ſimpliciũ illaqueare ualeant,ideo huiuſmodi uerbis aut herbarum applicationibus inſiſtunt,tamen ex quatuor ſuperſtitioſis eorum actibus tanquam ſortilegæ & maleficæ manifeſte reprehenduntur.Sunt enim de occultis diuinantes , & ea quæ non niſi malorum ſpirituum reuelatione ſcire poſſunt reſeruantes.Exempli gratia.Vbi pro ſanitate acquirẽda frequentantur a læſis,cauſam læſionis ,aut maleficii aperire & manifeſtare ſciunt ut ſi ratione altercationis cum uicina acciderit,uel aliqua ex cauſa,alias,hoc ipſum perfectiſſime noſcunt,& iudicare frequentantibus ſciunt.Secundo,ubi ad unius nocumenti ſeu maleficii curam ſe intromittunt,alterius uero minime,prout in diocœſi Spirenſi, malefica quædam in loco quodam , zuoffen nuncupato exiſtit,quæ licet plures ſanare uideatur,certos tamen minime ſe poſſe curare fatetur,nullam ob aliam cauſam,niſi ut ab incolis fertur,quod maleficia talib.illata ſint tã fortiter ab aliis,ut aſſerit maleficis impreſſa, & hoc utiq; uirtute dæmonum,quod illa amouere non ualeant, quia uidelicet demon nõ ſemper demoni cedere poteſt,aut nõ uult.Tertio ubi ſuper huius maleficia illata ſingulariter exceptiones facere noſcuntur,prout in ipſa ciuitate Spi-

renſi contigiſſe noſcitur, dũ quædã honeſta perſona maleficiata in tibiis,huiuſmodi diuinatricẽ ob ſanitatis gratiam aduocaſſet,illa domum ingreſſa,& eam dum intuita fuiſſet,talem exceptionem fecit,ſi, inquit, ſquamos & capillos in uulnere nõ habuerit, reliqua oĩa extrahere potero,cauſam etiã læſiones aperuit,licet ex ture, & ad duo miliaria aduentaſſet,dicẽs,quia cum uicina altercaſti, tali die,ideo tibi accidit, præter ſquamos etiam & pilos,alias quamplures diuerſorum generum res extraxit, & ſanitati reſtituit.Quarto,ubi ſuperſtitioſis inſiſtunt, aut inſiſtere faciunt cæremoniis,& ſic ante Solis ortũ, uel alio determinato tempore,ſe frequentari uolunt, dicentes quod infirmitates ultra angariam illatas ſanare nequeant, aut ꝙ tantummodo duas aut tres perſonas per annum ſanare ualeant,licet nõ ſanãdo,ſed a læſionibus ceſſando, ſanare uideantur. Poſſunt & addi quamplures aliꝗ conſiderationes,circa talium perſonarum cõditiones,quia ut plurimũ retroactis temporibus male & reprehenſibilis uitæ fuerũt diffamatæ,ſeu adulteræ,aut maleficarum ſuperſtites, unde ex nulla ſanctitate uitꝗ hæc gratia ſanitatis a DEO collata.Incidentaliter reducuntur & obſtetrices maleficæ omnes alias maleficas in flagitiis excedentes,de quibus & in prima parte operis deductum eſt,quarum etiam tantus numerus,ut ex earum confeſſionibus compertũ eſt, quod non æſtimatur uillula ubi huiuſmodi non reperiantur exiſti,cui periculo utique a præſidentibus foret in parte ſuccurrendum,ut non niſi iuratꝗ obſtetrices a prꝗſidentibus deputaretur, cum aliis remediis quæ in ſecunda parte operis tacta ſunt.Incidit & de maleficis ſagitariis in contumeliam utique Chriſtianæ religionis tanto periculoſus detegentes quanto & ſecuriores habent in terris optimatum & principum, receptatores,fautores, & defenſores. Sed quod omnes tales receptatores,fautores,&c.omnibus maleficis plerũq; in certis caſibus damnabiliores exiſtũt ſic declaratur.Nã talium defenſores a canoniſtis & theologis in duplici genere aſſignantur.Quidam nam errorem alii uero perſonam ſunt defendentes, & hi quidem qui

errorem,

errorem,damnabiliores ipſis qui errant exiſtunt, cum nõ ſolum hęretici,immo hæreſiarchi habendi ſunt, ut patet 24.q.3.qui illorum.Et de his defenſoribus cõmuniter nõ loquuntur iura,eo quod ab aliis hæreticis non diſtinguuntur,in quibus etiam habet locum ca.ad abolẽdam.§.præſ. ſæpe allegatum.Quidam alii ſunt, qui licet non defendũt errorem,defendunt tamen perſonam errantem, utpote ꝙ reſiſtunt uiribus & potentia,ne tales malefici,ſeu quicũq; alii hæretici ueniant ad manus Iudicis fidei ad examinandum,uel puniendum,& ſimilia. Simili modo etiam fautores talium ſunt in duplici genere, quidam namq; ſunt, qui publica funguntur auctoritate,hoc eſt publicæ perſonæ,ut domini temporales,ſeu etiam ſpirituales,temporalem iuriſdictionem habentes,qui etiam fautores eſſe poſſunt duobus modis,obmittendo & committendo,obmittendo,ſcilicet facere ea circa maleficos uel ſuſpectos infamatos,uel credentes,receptatores,defenſores & fautores, ad quæ ex eorum officio obligantur, cum tamen ab epiſcopis uel inquiſitoribus, uel eorum alteri requiruntur, utpote ſi eos non capiant,uel captos non diligenter cuſtodiant uel infra diſtrictum ſuum ad locum de quo eis mandantur nõ deducãt,aut executionem promptam de eis nõ faciant,& ſimilia,ut patet in ca.ut inquiſitionis.in princ. lib.6.de hære.Committendo autem,ut pote ſi captos huiuſmodi,ſiue epiſcopi aut iudicis eius licentia uel mandato,a carcere liberent,uel proceſſum, iudicium uel ſententiam eorũ directè uel indirectè impediant,[uel ſimilia per agunt,ut patet c.allegato,ut officium.§.prophi.Pene taliũ in præcedentibus circa ſecundũ principale huius operis,& circa finem,ubi de maleficis ſagittariis, & aliis armorum incantatoribus tactũ eſt, declaratæ ſunt.Ad præſens ſuffi ciat ꝙ oẽs tales,ipſo iure ſunt excõmunicati,& duodecim magnas pœnas incurrunt,patet extra.de hære.excõmunicamus.1.§.credentes. & can. allegato. ut inquiſitionis.§. prohibemus.In qua excõmunicatione ſi per annum perſtiterint animo pertinaci,ex tunc ſunt ut hæretici cõdemnãdi ut eo.ca.& §. alle. Qui uero dicendi ſunt receptatores,

&

& an habendi ſunt,ut hæretici.Reſpondetur ꝙ recipiētes huiuſmodi maleficos ſagittarios,aut quoſcunq; armorū incantatores,nigromāticos,ſeu maleficos hæreticos, de ꝗbus in toto opere tractatū ēſt,ſunt in duplici genere,ſicut etiā,de eorū deſcedentib. & fautoribus tactū eſt.Quidā nāq; ſunt,qui nō tantū ſemel uel bis,ſed pluries & frequenter tales ſuſcipiunt,& iſti proprie,& ſecundum uim uocabuli,dicūtur receptatores a receptādo,quod eſt uerbum frequentatiuū,& tales receptatores quādoq; ſunt ſine culpa,utpote ſi ignoranter hoc faciūt,nec aliquid unquam ſiniſtri de eis ſuſpicati ſunt. Aliquando ſunt in culpa,utpote qñ eorū errores ſciunt & nō ignorāt,quia eccleſia tales ſemper perſequitur tāquā crudeliſſimos fidei hoſtes,& non minus dñi terrarum eos receptant, tenēt, defendunt,&c.tales proprie ſunt & dicuntur hæreticorū receptores, & de talibus etiā loquuntur iura, & ꝙ ſunt excōmunicati,iuxta ca.excom.1.§.credentes. Quidā aūt nō pluries & frequenter,ſed tātū ſemel uel bis hmōi maleficos aut hæreticos receperūt,& iſti nō uidētur proprie dici receptatores,quia non frequentarunt,ſed receptatores,ꝗa eos receperūt,& nō receptauerūt,licet archidiaconus dicat contrarium in c.quacunq; ſuper uer.receptatores,de quo tñ non eſt magna uis,quia nō de uerbis ſed de factis curandū eſt.Ponitur tñ differentia inter receptatores & receptores,eo ꝙ domini terrarū ſemper dicūtur talium receptatores,ubi ſimplices qui eos expellere nō habent,nec poſſunt,& ſi receptores ſint, ſunt tamē ſine culpa.Vltimo aūt de impeditoribus officii inquiſitionis epiſcoporum,contra hmōi maleficos hæreticos,qui ſunt,& ſi hæretici dicendi ſunt. Ad quod reſpondetur, ꝙ hmōi impeditores ſunt in duplici genere. Quidā nāq; ſunt qui īpediūt directe,ut qui captos pro hæreſis crimine a carcere propria temeritate liberāt.uel proceſſus inquiſitionis lacerant,teſtes in cauſa fidei,pro eo ꝙ teſtificati ſunt uulnerant,uel ſi dñs temporalis ſtatuat,ꝙ nullus niſi ipſe debet crimine cognoſcat,aut ꝙ nullus niſi ſibi de hoc crimine accuſari poſſit nec teſtificari niſi corā eo,& ſimilia,&

iſti

iſti impediunt directe,iuxta no.per Io.An.in c.ſtatutum, ſuper uer.directè, lib.6.de hær.& qui proceſſus iudicium uel ſnĩam in tali cauſa fidei directè impediunt, uel qui ad hæc agenda præſtiterint auxilium,conſilium, uel fauorē, & tales licet ſint multũ culpabiles,non tñ ex hoc ſunt hę retici iudicandi, niſi aliter apparet ꝙ eſſent conſimilibus erroribus maleficorũ inuoluti cũ pertinaci uolũtate,ſunt tamen ipſo excõicationis mucro ne percuſſi,iuxta.c.ut inquiſitionis.§ prohibemus.ſic ꝙ ſi in illa excõicatione ſteterint per annũ animo pertinaci, ex tunc ſunt ut hęretici condemnandi,ut patet c.& §.alle.Quidã uero ſunt qui impediũt indirectè, utpotè qui ſtatuunt ꝙ nullus portet arma ad capiendum hæreticos,niſi de familia domini tēporalis,& ſimilia, iuxta no.per Ioan.An.in c.ſtatutum, ſuꝑ uer.indirectè,& tales ſunt minus culpabiles q̃ primi, nec ſunt hæretici,ſed ſunt excommunicati, iuxta allegatũ capitulum, Vt inquiſitionis. Et ēt præſtantes ad hoc conſiliũ,auxilium,uel fauorē,taliter ꝙ ſi ſteterint,in illa excõmunicatione per annũ animo pertinaci,ex tunc uelut hæretici ſunt condēnandi,per alle.c.& §.prohibemus. Quod ſic eſt intelligendum ꝙ hæretici condemnantur taliter ꝙ ſi uolunt redire, recipiuntur ad miſericordiam, errore prius abiurato, alias ut impœnitentes tradentur curiæ ſeculari,ut patet per c.ad abolendam.§.præſenti.Epilogando.Maleficæ obſtetrices prout aliæ maleficæ maleficia inferentes, ſecundum qualitatem criminum cõdemnantur & ſententiantur,& a ſimili maleficæ maleficia ſuperſtitioſe ut dictum eſt opere diaboli tollentes,cùm non dubium ſit ꝙ ſicut auferre,ita & inferre poſſunt, unde & ex quodam pacto totaliter maleficæ ex dæmonum ĩformatione cõueniunt,ut hæ quidem lædere,aliæ uero ſanare debēt, ut ſic eo facilius mentes ſimpliciũ illaqueando,ſuam per fidiã augmentant.Sagittarij uero & alii armorũ incantatores malefici,cum nõ niſi ex fauore,defenſione,receptatione præſidentium ſuſtentantur omnes tales,pœnis prę ſcriptis ſubiacent, & qui officiales quoſcunque cõtra huiuſmodi maleficos,aut eorũ fautores,in c.in eorum offi-

cio

cio impedirent,ſimili modo excommunicati ſunt, & omnibus pœnis uti fautores ſubiacens, uerùm ubi ſteterint per annum in illa excommunicatione animo pertinaci,ſi redire uoluerint abiurent impedimentum & fautoriam, & ad miſericordiam admittuntur, aliàs ut impœnitentes hæretici traduntur brachio ſeculari. Et ubi non ſtent per annum, nihilominus contra impeditores huiuſmodi poteſt procedi, ut contra fautores hæreticorum, ar. ca. accuſatus.§.ultimo. Et quod dictum eſt de fautoribus, defenſoribus, receptatoribus, & impeditoribus, ſuper maleficos ſagittarios, &c. idem & per omnia intelligendum eſt erga quaſcunque maleficas, aut, maleficos, hominibus, iumentis, & terræ frugibus, uaria nocumenta inferentibus, uerum & ipſi malefici quicunque, ubi in foro pœnitentiæ ſpiritu contrito & humiliato,peccata deflentes, & pure confitentes, ueniam petierint,ad miſericordiam recipiuntur, aliàs ubi innoteſcunt, contras eos procedere debent quibus ex officio incumbit, citando, atteſtando,capiendo,& procedendo in omnibus iuxta criminum qualitatem, uſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè, ut tactum eſt, ſi & inquantum huiuſmodi præſidentes æternæ damnationis laqueum, propter excommunicationem eis ab eccleſia inflictam, euadere uelint.

Huius ultimæ partis, ſuper modos ſententiandi maleficos, quoſque friuolè, aut etiam iuſtè appellantes.

QVAESTIO XXXV.

SI uero ad appellationis remedium finaliter delatum confugere Iudex cerneret, notandum primo quod hæc interdum ualida atque iuſta, interdum friuola atque nulla decernitur. Cum enim in negociis fidei ſummarie ſimpliciter & de plano ſic procedẽdũ, ut ex præcedẽtibus ſæpe tactũ eſt, ex ca. multorũ querela. in cl. ubi & appellationis remedium interdicitur. Attamẽ quia Iudices interdum ſponte propter negotii arduitatẽ libenter ipſum prorogant & dilatant, ideo aduertere poſſunt quod ubi delatus ſentiret ſe a Iudice realiter & de facto contra ius, & iuſtitiam aggrauatum, utpote quia eum ad ſe defendendum admittere noluit, uel quia ſolus ſine conſilio aliorum, uel etiam ſine aſſenſu epiſcopi, uel eius uicarii pronunciauit delatum quæſtionare cum alias ſufficientes probationes pro & contra habere potuiſſet, & huius ſimilia, tunc quidem appellatio foret iuſta, alias non. Secundo notandum quod Iudex appellatione huiuſmodi ubi præſentata, tunc abſque perturbatione & motu debet petere copiam appellationis proteſtando uerbo quod non curat ſibi tempus, & cum ipſe delatus tradiderit ſibi copiam appellationis, aduertat ꝙ adhuc habet duos dies ad reſpondendũ, & poſt hos duo, adhuc triginta ad apoſtolos adhibendum. Et licet ſtatim poſſit reſpondere, & apoſtolus dare iſtos uel illos, ubi ſit multum expertus & peritus, tamen ut cautius procedatur, melius eſt ut aliquẽ terminum x. uel xx. uel xxv. dierum eidem ad dandum pariter & recipiendum apoſtolos quales dare decreuerit, aſſignare cum poteſtate prorogandi. Tertio notandum eſt iudici

Iudici quod infra tempus iuris, & infra tempus aſſignatum debent diligenter attẽdere & diſcutere cauſas appellationis, ſeu grauamina allegata, & ſi uidet habito bono conſilio petitorum, quod iniuſtè & indebitè delatum aggrauauit, ad ſe defendendum non admittendo, uel quæſtionibus non debito tempore exponendo, uel ſimilia, ad ueniente termino aſſignato, corrigat errorem ſuum, & reducat proceſſum ad punctũ & ſtatim in quo erat quãdo defenſiones ille petiuit, uel terminum ad interloquendũ aſsignauit & ſimilia, & tollat grauamẽ, quo ablato procedat prout ante, quia per amotionem grauaminis appellatio quæ erat aliqua fit nulla, iuxta capitulum ceſſante extra de appellationibus. Sed hic tamen diligenter attẽdat circũſpectus & prouidus Iudex, ꝙ quędã ſunt grauamina reparabilia, & ſunt illa de quibus iam dictum eſt, & tunc habent locum ea quæ dicta ſunt. Quędam autem ſunt irreparabilia, utpotè ſi delatus fuerit quæſtionatus realiter & de facto, & poſt euadens appellat, uel ſi clenodia, & aliquantilia ſimul cum uaſis & inſtrumentis quibus malefici utuntur, fuerunt recepti & combuſti & ſimilia quæ nequeunt reparari, nec reuocari, & tunc non habet locum. prædictus modus, ſcilicet proceſſum ad ſtatum reducere, in quo fuit grauamen huius irrogatum. Quarto notandũ iudici eſt, quod licet a die reſpõſionis habeat triginta dies ad apoſtolos exhibendum, iuxta cap. de appellationibus, & poſsit petenti aſsignare ultimum diem iuris, hoc eſt triceſimum, ad apoſtolos recipiendum, tamen nec uideatur quod uelit uexare delatum, & de uexatione indebita reddat ſuſpectum, & ne uideatur confirmare grauamen ſibi impoſitum propter quod extitit appellatum, melius eſt ꝙ aſsignet infra tempus iuris terminum competentem, utpote decimum diem, uel uiceſimum, & poteſt poſtmodũ ſi expedire noluerit, aduenienṫe termino prorogare, dicẽdo ſe fuiſſe alijs negotijs implicatũ, uel huiuſmodi. Quinto notandũ Iudici eſt, ꝙ quando præfixit terminũ appellãti & apoſtolos petenti, ꝙ non aſsignet ſolũ ad apoſtolos dandum, ſed ad dandum pariter & recipiendum, qua ſi aſ-

ſignaret

aſſignare ad dandum tantũ,tunc Iudex a quo appellaretur haberet appellanti mittere. Aſſignabit ergo ei terminum,hoc eſt,talem diẽ talis anni,ad dandũ eis,& recipiendũ a Iudice apoſtolos,tales quales dare decreuerit.Sexto, notare debet ꝙ in aſſignatione huius termini, non dicat reſpondendo,ꝙ dabit apoſtolos negatiuos aut affirmatiuos,ſed ut plenius deliberare poſſit,dicet ꝙ exhibebit tales quales tunc decreuerit exhibendos. Attendat etiam ꝙ in aſſignatione huius termini,appellanti ut tollatur omnis cautela.& aſtutia, & malitia appellantis, aſſignet locum in ſpecie,diem & horã, utpote quod aſſignet uigeſimum diem Auguſti, anni pręſentis,& horam ueſperã, & camera ipſius Iudicis,in domo tali,talis ciuitatis uel loci ſitam, tali appellanti ad dandum & recipiendum apoſtolos tales quales decreuerit exhibendos.Septimo notat ꝙ ſi decreuerit in animo ſuo detinere delatũ crimine requirente,& iuſtitia exigente in aſſignatione termini ponat, ꝙ asſignat talem terminũ ad dandum uel recepiendũ perſonaliter apoſtolos,ipſi appellant, asſignetq; talẽ locum eidem appellanti, ad dandum eidem, & recipiendũ ab eo apoſtolos.de quo ſit ĩ poteſtate Iudicis appellantẽ libere retinere,dati tñ prius ſtatim apoſtolis negatiuis, alias nõ. Octauo notet Iudex ne aliquid innouet circa appellãtem ipſum capiendo,uel quęſtionando,ſeu a carcere liberãdo uel alias ab hora quã fuit ſibi appellatio præſentata,uſq; ad horam qua tradidit apoſtolos negatiuos. Epilogãdo. Nota ſępe contigit ꝙ delatus quando dubitat ꝙ cõtra eũ feratur ſententia quia conſtat ſibi de culpa ſua, frequẽter recurrit ad appellationis remedium,ut ſic ſubterfugiat Iudicis ſententiam,unde ab ipſo appellat,& cauſas friuolas aſsignat,utpote ꝙ Iudex eum captum tenuit,& cautioni idoneæ eũ tradere noluit, ſimilia friuola colorata, quã appellatione Iudici pręſẽtata, copiã appellationis petat, qua habita ſtatim uel poſt duos dies, reſpõſionem, diem, & horam, & locum appellanti ad dandum & recipiendũ apoſtolos tales quales decreuerit præfigat, infra terminũ iuris,utpotè 45.26.uel.30.diem talis menſis,infra quẽ

terminũ aſsignatum Iudex copiã appellationis & grauamina ſeu cauſas propter quas appellat diligẽter diſcutiat, & cum bono cõſilio iuris peritorum, deliberaret an exhibeat appellanti apoſtolo snegatiuos, hoc eſt reſpõſiones negatiuas, appellationem nõ admittẽdo, Vel affirmatiua & reuerentiales mittẽdas ad iudicẽ ad quem appellat appellationi deferendo. Si enim uideat ꝙ cauſæ appellationis ſunt falſæ uel friuolæ atq; nullæ, & ꝙ appellans non uult niſi iudicium ſubterfugere, ſeu prorogare, det apoſtolos negatiuos ſiue refutatorios. Si aũt uideat quod grauamina ſunt uera, & iniuſte, ſibi illata, & non ſunt irreparabilia, uel dubitat ſi eſt ita, uel alias fatigatus ꝓpter malitiam appellantis, uult ſe a tanto onere liberare, exhibeat appellanti apoſtolos infirmatiuos ſeu reuerẽtiales. Aduenientе igitur appellanti termino aſſignato, ſi iudex nondum formauit apoſtolos ſeu reſpõſiones, uel alias nõ eſt diſpoſitus, peremptoriè poteſt rogare ſimul vel ſuceſſiuè uſque ad tregeſimum diem, qui eſt ultinus terminus iuris ad exhibendum apoſtolos aſſignatos. Si autem formauit & eſt diſpoſitus, poteſt ſtatim dare apoſtolos apellanti. Si igitur decreuerit dare apoſtolos negatiuos, ſeu refutatorios, aduertente termino peremptorio aſſignato, exhibebit per modum qui ſequitur in ſcriptis.

ET dictis Iudex reſpondens præfatæ interiectæ appellationi, ſi dici appellatio mereatur, dicit ꝙ ipſe iudex & ſecũdum canonicas ſanctiones, ſeu etiam imperialia ſtatuta, ſeu leges, proceſſit, & ꝓcedere intẽdit, & a iuris utriuſq; tramite non diſceſſit, nec diſcedere intendit, minuſq́; ipſum appellantẽ aggrauauit, nec aggrauare intẽdit, aut ĩtellexit, quod patet per cauſas coloratas allegatas ſingulas decernendo. Non enim grauauit in hoc, quod eum cępit & captum tenuit, quia cum ſit ſibi delatus de tali hæretica prauitate, & teſtes multos habeat contra eum, merito ipſum tanquam conuictũ de hæreſi uel ſibi uehementer ſuſpectum, captum tenere debuit, atque debet, nec grauauit eum, quia dare ipſum noluit cautioni, nam cum crimen hęreſis ſit crimen de maio

ribus,& ipſe appellans eſſet conuictus, & ſtatim in negatiua nequaquam erat,nec eſt cautioni etiam maximę dandus,ſi eſt & erat in carceribus detinendus, & ſic diſcurrat per alias rationes. Quo facto, dicat ſic: Quare apparet quod ipſe iudex debitè & iuſtè proceſſit, & a iuris ſemitis minimè deuiauit,minuſque ipſum in aliquo aggrauauit, ſed ipſe appellans ꝑ quaſdam cauſas coloratas atq; fictas nititur ſubterfugere iudiciũ iniuſtè & indebitè appellando, propter quæ eius appellatio eſt friuola atq; nulla,utpotè a nullo grauamine interiecta, peccans enim in materia & forma.Et cum appellationibusfriuolis nec iurarè deferãt,nec ſit a iudice deferendum, ideo dixit iudex ipſe quod interiectam appellationem nõ admittit,nec admittere intẽdit,nec ei defert,nec deferre proponit,& hanc reſponſionem offert dicto tali ſic ĩdebitè appellanti pro apoſtolis negatiuis, & mandat ineri ſtatim immediatè poſt appellationem prædictam eidem præſentatam, & ſi tradat notario qui appellationem eidem præſentauit.

QVibus apoſtolis negatis ſic adhibitis appellanti, ſtatim iudex continuando ipſum ſuum officium exequatur,mandando eundem capi ſeu detineri uel ipſum arreſtãdo,uel terminum ad cõparẽdũ corã ſe eidem asſignando, uel aliquid ſimile propter qđ appareat ꝙ nõ deſinit eſſe Iudex, continuabitque proceſſum ſuum contra appellantem quouſq; a iudice ad quem eſt appellantem ſit prohibitus ne procedat. Caueat tamẽ Iudex quod nullam nouitatem faciat cõtra appellãtem perſonã, nec ipſum capiendo, nec ſi captus eſt carcere liberando,nec alias ab hora qua fuit ſibi appellatio pręſentata,quouſq;apoſtolos ei tradiderit negatiuos, ſed ex tũc ut prædicitur, proterit ſi iuſtitia hoc requirat,quouſq;ſit prohibitus à iudice ad quem fuerat appellatum, & tunc cum proceſſibus clauſis & ſigillatis, & cũ fide ac tuta cuſtodia,idonea cautione ſi oportuerit remittat eum ad Iudicem ante dictum.Si autẽ Iudex exhibere decreuerit apoſtolos affirmatiuos & reuerentiales, aduenientè eidem

termino peremptorio aſsignato ad dandum & recipiendum apoſtolos, exhibit per modum qui ſequitur in ſcriptis.

ET dictus Iudex reſpondendo præfatæ interiectę appellationi, ſi dici appellatio mereatur. Dicit enim ipſe iuſtè, & prout debuit in cauſa pręſenti proceſſum & nō alias, nec dictum aggrauatū ſe appellaſſe aggrauare intendit, qđ patet per allegatas rationes, ſingulas diſcurēdo, nō enim ipſum aggrauabit in hoc quod dixit, &c. diſcurrat per cauſas ſingulas appellationis, meliori modo & cum ueritate quia poterit reſpondendo, cōcludendo ſic, quare apparet quod ipſe iudex dictum appellantem nullatenus aggrauauit, nec cauſā dedit eidem appellanti, metuens ne ſecūdum eius demeritā ad iuſtitiam procedatur, propter quod eius appellatio eſt friuola atq; nulla, quia a nullo grauamine interiecta, nec ei eſt iure a Iudice deferendum, uerum propter reuerētiam ſedis apoſtolicæ ad quam extitit appellatum, dicit ipſe iudex quod dictam appellationem admittit, eiq; defert, & deferre intendit, totum pręſens negocium ad S. dominum noſtrum Papam, & ſanctā ſedem apoſtolicam remittēdo, aſsignando eidem appellanti cer tū tempus, ſcilicet tot mēſes proxime ſubſequentes, infra quos cum proceſsibus, clauſulis, & ſigillatis, ſibi per ipſum iudicem tradendis, uel alias data idonea cautione de præſentādo, ſeu in Romana curia, uel cum fida & tuta cuſtodia eidem peripſum iudicem exhibenda, habeat in Romana curia præſentare domino noſtro Papæ, & hanc reſponſionem offert ipſe iudex eidem appellanti, pro apoſtolis affirmatiuis, & mandat eam inſeri immediate poſt īteriectam appellationem eidem pręſentatam, & ſi tradet eam notario qui appellationem eidem pręſentauit.

ATtendat autem prudens iudex quòd mox ut apoſtolos reuerentiales appellanti exhibuit, in cauſa illa ꝓ qua ille appellauit, ſtatim ipſe deſinit eſſe Iudex, nec pōt amplius de illa cognoſcere, niſi ſibi eā remiſſa per ſanctiſſ. dn̄m noſtrum Papam, quare de cau

ſa illa ſe amplius nō intromittat, niſi mittendo dictū appellantem per modum prædictum ad D.noſtrum Papā, aſſignando eidem terminum competentem, utpote unius menſis, duorum uel trium, quatenus interim poſſit ſe ad eundem diſponere & parare, recipiatq; ab eo de cōparendo, & ſe preſentando in Roma curiam infra eundem terminum aſſignatum, idonea cautione, uel ſi appellans non poteſt illam præſtare, mittatur cum fida & tuta cuſtodia, uel obligat ſe melius quo poterit, quatenus ſe infra terminū aſſignatum in Romanam curiam præſentabit dño noſtro Papæ, uel per ipſum non ſtabit. Si autem iudex habet cauſam aliam, ac procedit contra eam in alia cauſa in qua delatus non appellauit, in ipſa illa cū iudex remanet prout ante iudex, etiam ſi poſt admiſſam appellationem, & datis apoſtolis reuerentialibus, ipſe appellās accuſatur & denunciatur iudici de aliis hæreſis criminibus, de quibus non agitur in cauſa pro qua appellauit, nō deſinit eſſe iudex, imo poteſt pro ſe ad informandū, & teſtes examinandū liberè prout prius, & finita prima cauſa in Romana curia, uel ad iudicē remiſſa, poteſt procedere libere in ſecunda. Aduertant autē iudices q̃ proceſſus clauſos & ſigillatos ad Roma. curiam mittant, iudicibus aſſignatis, qui iuſtitiam faciant, proceſſus meritis actitatis, nec inquiſitores ibi curent agere contra appellantes, ſed dimittant eos prædictis ſuis iudicibus iudicandos, qui iudices ſi inquiſitores nolunt facere partem cōtra appellātes procedent ex officio ad procurationē appellantiū, ſi uoluerint expediri. Aduertant etiā iudices quòd ſi ad appellantium inſtantiam citentur perſonaliter, & cōpareāt caueant tamen omnino litē non iurare, ſed attendāt proceſſus exhibere, & totam cauſam ad illos reducere, & procurent ut citius poterunt remeare, ne ibi tædiis, miſeriis laboribus & expenſis, damnabiliter fatigentur, ſequūtur namq; damna eccleſiæ, & hæretici cōfortātur, & eſt poſt non inueniunt iudices tantum fauorem & reuerentiā, nec timentur, prout eorum præſentiā facit. Item ipſi hæretici aliis qui cunque uidentes iudices in Romana curia

fatigari,& detineri,erigent ſibi cornua & contemnẽt,ac malignabuntur,& audacius hæreſes minabunt, & ubi agitur contra eos,ſimili modo appellabunt, Alii etiam Iudices efficiuntur debiliores, an negotia fidei proſequendum,& ad hæreticos extirpandum, metuentes ne per conſimiles appellationes, tædijs, & miſerijs fatigentur, hæc omnia cedent in magnum prę iudicium fidei eccleſiæ ſanctę DEI, a quibus ſingulis ſponſus. ipſius eccleſiæ eam præſeruare dignetur.

SEQVITVR IN PRAECEDENTEM TRACTATVM APPROBATIO, ET SVBſcriptio Doctorum almæ uniuerſitatis Colonienſ.

IVXTA FORMAM PVBLICI inſtrumenti.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI, IESV CHRISTI, Amen. Nouerint uniuerſi præſentes publicum inſtrumentum lecturi, uiſuri, & audituri. Quod anno a natiuitate, eiuſdem Domini noſtri, Milleſimo, quadringenteſimo, octuageſimoſeptimo, Inditione quinta, die uero ſabbati, decimanona menſis Maij, hora quinta poſt meridiem, uel quaſi pontificatus ſanctiſſimi in CHRISTO patris & domini noſtri domini Innocentii, diuina prouidentia Papæ octaui, Anno tertio. In mei notarii publici & teſtium infraſcriptorum, ad hoc ſpecialiler uocatorũ & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus, Venerabilis & religioſus frater Henricus inſtitoris ſacræ theologiæ profeſſor, ordinis prædicatorum. hereticæ prauitatis inquiſitor, a ſancta ſede apoſtolica, una cum uenerabili & religioſo fratre Iacobo Sprenger, etiam ſacræ

theologiæ profeſſore,ac contentus prædicatorum Colo nienſ. priore collega ſuo ſpecialiter deputatus, pro ſe & di cto collega ſuo propoſuit atque dixit,modernus ſummus pontifex ſcilicet,dominus Innocētius Papa,præfatus, per unam patentē bullam commiſit ipſis inquiſitoribus Hēri co & Iacobo,ordinis prædicatorū & ſacræ theologiæ pro feſſoribus prædictis,facultatem inquirendi apoſtolica au ctoritate ſuper quaſcunq; hæreſes præcipuè autem ſuper hęreſim maleficarum,modernis temporibus uigentem, & hoc per quinque eccleſias Metropolitanas, uidelicet, Maguntinen. Colonien. Treueren. Saltzburgen. & Bremen cum omni facultate contra tales procedendi, uſque ad altimum exterminium, iuxta tenorem bullæ apoſtolicæ, quam ſuis habebat in manibus, ſanam, integram, illęſam,& non uiciatam,ſed omni prorſus ſuſpitione carenti. Cuius quidem tenor bullę ſic incipit. Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI. Ad futuram rei memoriam ſummis deſiderantes affectibus,prout paſtoralis ſolicitudinis cura requirit,ut fides catholica noſtris potiſſimè temporibus ubiq; augeatur & floreat &c. Finit autem ſic, Datum Romę apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ Milleſimo,quadragēteſimo octuageſimo quarto,Nonas Decembris.Pōtificatus noſtri Anno primo.

Et quia nonnulli animarum rectores, & uerbi DEI prędicatores,publicè in eorum ſermonibus ad populum aſſerere & affirmare non uerebantur maleficas non eſſe, aut qui nihil in nocumētum creaturarum quacūque operatione efficere poſſent,ex quibus incautis ſermonibus nonnunquam ſeculari brachio ad puniendum huiuſmodi maleficas amputabatur facultas,& hoc maximum augmentum maleficarum & confortationem illius hæreſis. Ideo præfati inquiſitores,totis eorum uiribus cunctis periculis & inſultibus obuiare uolentes, tractatum quendam non tam ſtudioſe, quam laborioſe collegerunt. In quo non tam huiuſmodi prædicatorum ignorantiam. pro catholicæ fidei conſeruatione repellere,n.ſ ſunt quātum

tum etiam in exterminium maleficarum debitos modos ſententiandi & eaſdem puniendi,iuxta dictæ bullę tenorem,& ſacrorum canonum inſtituta laborarunt. At quoniam conſonum rationi eſt,ut ea quæ pro communi utilitate fiunt,etiam communi approbatione doctorum roborētur.Ideo ne præfati rectores diſcoli,& prædicatores ſacrarum literarum ignari æſtimarent prædictum tractatum,ſicut præmittitur collectum minus bene doctorum determinationibus, & ſententiis fulcitum,eundem alma uniuerſitati Colonień.ſeu nonnullis ibidem ſacræ paginæ profeſſoribus ad diſcutiendum & collationādū obtulerūt, ut ſi qua reprehenſibilia,& a catholica ueritate diſſona reperirentur,eorum iudice ſic refutarentur,quod tamen cōſona catholicæ ueritati approbarentur,quod ſubſcriptis modis factum fuit.

In primis egregius dominus Lambertus de Monte,manu ſua propria ſe ſubſcripſit,prout ſequitur. Ego Lambetrus de Monte,ſacræ theologię humilis profeſſor,Decanus pro tēpore facultatis ſacræ paginæ eiuſdem ſtudii Colonień.fateor ac manu mea propria iſtum tractatum tripartitum, per me luſtratum, & diligenter collationarum,quo ad eius partes primas nihil continere , ſaltim meo humili iudicio , quod ſit contrarium aut ſentētiis non errantium Philoſophorum,aut contra ueritatem ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ fide,aut contra doctorū determinationes, a ſancta Eccleſia approbatorum aut ad miſſorum.Tertia etiam pars utique ſuſtinenda & approbanda,quo ad illorum hæreticorum punitiones, de quibus tractat inquantum ſacris canonibus non repugnat. Iterum propter experimēta in hoc tractatus narrata,quę utique propter famam tantorum uirorum præcipuorum etiam inquiſitorum creduntur eſſe uera. Conſulendum tamen uidetur quod iſte tractatus doctis & uiris zeloſis qui ex eo ſana,uaria,& matura conſilia in exterminium maleficarum conferre poſſunt, communicetur ſimul & eccleſiarum rectoribus timoratis & conſcientioſis dūtaxat,ad quorum doctrinam ſubditorum corda in odium

tam

tam peſtiferæ hæreſis incitari poterunt ad cautelã bono rum pariter & malorum inexcuſabilitatem atq; punitionem,ut ſic miſericordia in bonis & iuſtitia in malis luce clarius pateat,& in omnibus Deus magnificetur ipſo præſtante., cui laus & gloria.

Deinde ad idem uenerabilis magiſter Iacobus de Stralen,etiam propria manu ſua ſubſcripſit,in hunc modum. Ego Iacobus de Siralen,ſacræ theologiæ profeſſor minimus,poſt uiſitationem,tractatus memorati ,ſentio conformiter per omnia,his quæ per uenerabilem magiſtrum noſtrum Lambertum de Monte decanum, ſacræ theologiæ ſuperius annotata ſunt, quod atteſtor hac ſcriptura manus meę ad laudẽ Dei.Pariformiter eximius magiſter Andreas de OcKſenfurt, etiam propria manu ſe ſubſcripſit , ut infra de materia oblati tractatus,quantum prima facie apparuit quod conteſtor,manus meæ ſcriptura, ad finem in eodem expreſſum promouendum.

Conſequenter autem egregius magiſter Thomas de Scotia,ſimiliter ſe propria manu ſua ſubſcripſit prout ſequitur. Ego Thomas de Scotia ſacræ theologiæ doctor licet immeritus conformiter ſentio per omnia uenerabilibus magiſtris noſtris præcedentibus in materia prǫfati, tractatus per me examinati,quod atteſtor manu propria mea.Subſequenter & ſecunda ſubſcriptio contra præfatos prædicatores incantos ſic acta fuit. In primis poſiti fuerunt articuli prout ſequitur. Primo inquiſitores hęreticæ prauitatis deputatos auctoritate ſedis apoſtolicæ iuxta formam canonum commendant magiſtri ſacrę theologiæ ſubſcripti, & hortantur quod dignentur proſequi cum zelo eorum officium.Secundo, quod maleficia poſſe fieri permiſſione diuina ex cooperatione diaboli,per maleficos,aut maleficas,non eſt contrarium fidei catholicę, ſed conſonum dictis ſacræ ſcripturæ, immo neceſſarium eſt, iuxta ſententias ſanctorum doctorum , illa quandoque poſſe fieri admittere. Tertio,prædicare ergo maleficia non poſſe fieri erroneum eſt,quia ſic prædicantes impediunt,quantum in eis eſt opus pium inquiſitorum

ſitorum,in præiudicium ſalutis animarum,ſecreta tamen que quandoque ab inquiſitoribus audiuntur non ſunt omnibus reuelanda. Vltimo exortandi ueniunt omnes principes, & quicunque catholici,ut aſſiſtere dignentur tam pijs uotis inquiſitorum,pro defenſione ſanctę catholicæ fidei.Demum uero ſubſcripti & ſupraſcripti doctores prædictæ facultatis theologiæ, manibus propriis ſe ſubſcripſerunt,prout ego Arnoldus notarius infraſcriptis ex reuelatione honeſti Ioannis Vorda de Meclinia, almæ uniuerſitatis Colonieñ.bedelli iurati qui mihi hoc retulit, audiui & ex manibus etiam ſupra & infraſcriptis apparuit,uidi & in hunc qui ſequitur modum.

Ego Lambertus de Monte, ſacræ theologiæ humilis profeſſor, ita ſentio ut præſcribitur,teſte hac manu mea propria. Ego Vdalricus Kiyden vvijK. de eKlyngen, ſacræ theologiæ profeſſor nouiſſimus,ut pręſcriptum eſt ita ſentiendum, hac manus propriæ ſubſcriptione cenſeo. Et ego Conradus de Campis, ſacræ theologiæ profeſſor humilimus, prout ſupra cum maioribus meis in idem concurro iudicium. Ego Cornelius de Breda, minimus profeſſor ita ſentio,ut præſcriptum eſt,quod teſtificor manu mea propria. Ego Thomas de Scotia, ſacræ theologiæ profeſſor,licet immeritus conformiter ſentio uenerabilibus profeſſoribus præſcriptis teſte manu mea propria. Ego Theodoricus de Bummell, ſacræ theologię humilimus profeſſor, ita ſentio ſicut ſcriptum eſt per magiſtros meos præſcriptos,quod teſtor manu mea ꝓpria, in aſſertione articulorum præſcriptorum conformis iudicij ſum cum uenerandis magiſtris noſtris,præceptorib.meis. Ego Andreas de Oeſenſurt ſacræ theologiæ facultatis profeſſor,ac theologorum uniuerſitatis Colonienſis,collegij minimus,Nouiſſime autem & finaliter iam dictus uenerabilis & religioſus frater Henricus Inſtitoris inquiſitor habuit & tenuit in ſuis manibus quādam aliam literam pergamenā Sereniſſimi regis Romanorum ſigillo ſuo rubeo rotōdo,in capſa cęre glauce impreſſa,impreſſula pergameni inferius impendentis, ſigillatam

ſanam

ſanam & integram non uitiatam, non cancellatam, neq; in aliqua ſui parte ſuſpectam, ſed omni prorſus uitio & ſuſpitione carenti. Ita quod in faciliorem expeditionem huius negocii fidei, idem ſereniſſimus Dominus Romanorum rex præfatus, ipſam eandem bullam apoſtolicam ſupra tactam tanquam Chriſtianiſſimus princeps tueri & defendere uoluit, atque uult, & ipſos inquiſitores in ſuā omnimodam protectionem ſuſcipit. Mandans & præcipiens omnibus & ſingulis Romano Imperio ſubditis, ut in executione talium negociorum fidē ipſis inquiſitoribus omnem fauorem & aſſiſtentiam exhibeant, ac alias faciant prout in eadem litera plenius cōtinetur & habetur. Cuius quidem literæ regalis principium & finis hic infra annotantur in hunc modum. Maximilianus diuina fauente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgoniæ, Lotharingię, Brabantiæ, Lymburgiæ, & Geldriæ, Comes Flandrię, &c. Finis uero. Datum in oppido noſtro Bruxellen. noſtro ſub ſigillo, menſis Nouembris dię ſexta, Anno Domini, Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto, regni noſtri anno primo.

DE ſupermiſſis in omnibus & ſingulis iam dictis, uenerabilis & religioſus frater Henricus, inquiſitor, pro ſe & collega ſuo antedicto, ipſis a me notario publicū, ſeu publica inſtrumentum & inſtrumenta, in meliori forma petiit. Acta ſunt hæc Coloniæ, in domo habitationis uenerabilis magiſtri Lamberti de monte prædicti infra emunitatem eccleſiæ ſancti Andreæ Colonienſis ſitus, in camera negociorum & ſtudii eiuſdem magiſtri Lamberti, inferius, ſub anno Domini, inditione, menſis, die & horis & pontificatus quibus ſupra, præſentibus ibidem prędictis magiſtro Lamberto, & Ioanne Bedello, nec non honeſtis uiris Nicolao Cuper de uēroide, uenerabilis curię Colonieſis, notario iurato. & Chriſtiano Vintzē de cuſi Kirchen, clerico Colonienſis diocœſis, teſtibus, ad prēmiſſa fide dignis rogatis & requiſitis.

Et ego Arnoldus Kolich de cuſiKirchen, clericus Colonienſis

lonienſis iuratus. Quia præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, fierent & agerentur, una cum prę nominatis teſtibus præſens fui, eiq; ſic fieri uidi, & ut prę fertur ex relatione Bedelli audiui, idcirco prę ſens publicum iſtrumentum, manu mea propria ſcriptum & ingroſſatum, ex inde confeci, ſubſcriſi, publica ui, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignaui, & rogatus & requiſitus, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum prę miſſorum.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X
Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii

Tabula per ſe patet.

VENETIIS,
Apud Io. Antonium Bertanum. 1576.

PIETAS. HOMINI TVTISSIMA VIRTVS.

FARNESI ALFREDO
Legatore di Libri
ROMA
Via S. Nicolò da Tolentino 46